Menzel
FF

F.C. [illegible]

MONUMENTA
HUNGARIAE HISTORICA.

ACTA EXTERA.

I.

(Wenz...)

FP.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

NEGYEDIK OSZTÁLY.

DIPLOMACZIAI EMLÉKEK. I.

BUDAPEST, 1874.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALÁBAN.

(Akademia-utcza.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
DIPLOMACZIAI EMLÉKEK

AZ

ANJOU-KORBÓL.

A M. TUD. AKADÉMIA TÖRT. BIZOTTSÁGA

MEGBÍZÁSÁBÓL SZERKESZTETTE

WENZEL GUSZTÁV,

M. AKAD. RENDES TAG.

ELSŐ KÖTET.

BUDAPEST, 1874.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALÁBAN.

(Akadémia-utcza.)

Budapest, 1874. Nyomatott az Athenaeum nyomdájában.

ELŐSZÓ.

A Magyar Tudományos Akademiának Történelmi Bizottsága a »Magyar Történelmi Emlékek« egy negyedik osztályának megindítását határozta el, mely »Magyarország Diplomacziai Emlékeit« tartalmazza, egyelőre fő tekintettel a XIII., XIV. és XV. századokra, egész a mohácsi ütközet éveig, tehát az önálló magyar birodalom korára. Ezen gyűjtemény első szakának az anjoukori emlékek jelöltettek ki, melyeknek szerkesztésével e sorok írója bízatott meg, ezen czélból az akademiának évtizedek óta eszközölt kézirati gyűjteményeinek használására is utaltatván.

Ehhez képest ezen gyűjteménynyel, melynek I. kötete ezennel megjelenik, az Akadémia Történelmi Bizottsága historiai irodalmunkban uj irányt akar nyitni. Mert tudva van, hogy hazánk kültörténete a koronként uralkodott általános európai tekintetek szerint mindeddig csak hiányosan lett kidolgozva, s hogy névszerint a külviszonyok tüzetes tanulmányozása a kútfői adatok tökéletlen ismerete miatt még lehetséges sem volt.

Ennek folytán alólirott itt feladatának akként felel meg, hogy a hazai kültörténetnek Anjou korszakát tárgyazó kútfőket, s névszerint azon okmányi adatokat állítja egybe, melyeket az ország külviszonyait és európai állását illetik.

Különben magában világos, hogy itt kútfői munkáról lévén szó, ezen gyűjtemény is csak azon idővel veheti kezdetét, melyből a Magyarország kültörténetét és európai érintkezéseit tárgyazó kútfők már elégséges számmal jutottak korunkra.

Kétségtelen, hogy ezen szempontból véve, szent István királynak kora, hogy Kálmán király külpolitikájának eredményei, hogy a keresztes háborúknak hatása hazánk akkori létviszonyaira, s hogy végre azon befolyás is, melyet a német Hohenstauffeni, és a byzanczi Komnen dynastiák története Európára általában, és több tekintetben Magyarországnak európai positiójára gyakorolt, itt igen érdekesek volnának. De mellőzve, hogy az általános európai conjuncturák csak a XIII. században vettek oly fordúlatot, melynek folytán az államviszonyok az egyházi hatalom irányában magokban álló jelentőséget nyertek, és ezen értelemben Magyarország is az európai nemzeti kérdésekben önálló szerepet kezdett játszani: a kútfői apparátus, mely az említett eseményeket és történeti fejleményeket illetőleg, a pápai regestákon kivül, rendelkezésünkre áll, mennyiségileg oly csekély, és minőségileg oly kevessé értékes, hogy ily gyűjteménynek alapúl és anyagúl alig szolgálhatna.

Hazai történetünket tekintve, V. Istvánnak uralkodása azon időpont, s névszerint az ezen királyunk és II. Otakar cseh király közti békekötés azon ese-

mény, melylyel Magyarországnak a szó mai értelmében vett diplomacziai története kezdődik. S ugyanazon időbe esik az Anjou ház hatalmának azon emelkedése is, mely azt Magyarországgal összeköttetésbe hozta, s mely nem csak Robert Károlyt és családját a magyar trónra juttatta; hanem mindvégig, a dynastia kimúltáig, hazánk köz- és nemzetközi viszonyaira is igen hatályos befolyást gyakorolt.

Hazánk diplomacziai és nemzetközi története ezen időben főleg Olaszország irányában fontos nem kevesbé, mint érdekes. Legfontosabb a pápai székhez viszony; de Sicilia és Velencze, s később Florencz, Génua és Miláno is mindannyi pontot képeznek, melyekhez nevezetes érdekek kötvék. E mellett a német birodalom és annak Magyarországgal határos tartományai, Csehország, Lengyelország, s a német rend is több tekintetben szoros összefüggésben álltak hazánkkal; főleg Robert Károly óta, ki az európai-magyar diplomacziai alakúlásoknak volt tulajdonképi alapítója; melyek azután fia és utódja Lajos király által teljesebb kifejtést nyertek, ennek halála után azonban ismét szűkebb korlátok közé szoríttattak. S megjegyzésre méltó itt még az is, hogy hazánknak keleti politikája, névszerint Szerbia és Bulgária irányában, az Anjouk alatt a nyugatnak nemzetközi conjunctúráitól nagyobb mérvben függött, mint Konstantinápolytól; s hogy Zsigmond óta Magyarország már egészen átváltozott viszonyok közt kezdett létezni.

Egyébiránt a Magyar Akadémia Történelmi Bizottságának nem az lévén terve, hogy az ország diplomacziai történetéhez a meglévő kútfők teljes

gyűjteménye készíttessék; és csak azon emlékek közzé tétele vétetvén czélba, melyek ujabban felfedeztettek, vagy legalább eddig történelmi irodalmunkban nem használtattak: kimarad zárva a jelen munkából mindaz, mit a meglévő kútfői gyűjteményekből, p. o. Fejér Codex Diplomaticusából már ismerünk.

A mennyiben pedig ezen gyűjteménynek elkészítése és közzététele épen reám bizatott: az Akademia Történelmi Bizottságának annál forróbb hálát mondok; minthogy történetünknek Anjou-korszaka ifju koromtól kezdve mindig tanulmányaim legkedvesebb tárgya volt, melynek minden iránybani felvilágosítása végett harminczöt év óta nem csak az előttem nyitva állt hazai, hanem több külső levéltárban is (Bécsben, Velenczében, Párisban, Münchenben, Krakkóban stb.) terjedelmes buvárlatokat tettem.

De e mellett lényeges támogatást nyertem az Akademia Történelmi Bizottságának kézirati gyűjteményeiben, melyek az utolsó évtizedek alatt több lelkes buvár által akademiai megbizásból külföldi levéltárakban tett kutatások után gyültek. Ezek közűl különösen Simonyi Ernő, Óváry Lipót és Mircse János uraknak tartozunk elismeréssel és köszönettel.

Simonyi Ernő ugyanis az ötvenes években külföldön több utazást tevén, ezen alkalommal a hazai történet iránti buzgóságának az által adta szép bizonyságát, hogy a Magyar Akadémia Történelmi Bizottsággal összeköttetésbe lépvén, annak felszóllítására különösen Anglia és Olaszhon néhány levéltárát kutatta át. A jelen gyűjteménynek azon része, mely I. Lajos király történetére vonatkozik, Simonyinak főleg

azon kutatásai által nyert több becses adalékot, melyeket ő a florenczi nagy levéltárban tett.

Nem csekélyebb fontossággal, sőt az Anjou korszaknak leginkább kezdetére, és Lajos királynak siciliai eseményeire nézve leglényegesebb jelentőséggel bírnak Óváry Lipót tanulmányai. Mert miután a Történelmi Bizottságnak sikerült, az Anjou dynastia azon nevezetes regestakönyveiről közelebbi tudomást szerezni, melyek Nápolyban az olasz királyi Grande Archivio-nak fő kincsét képezik, Óváry Lipót 1865 óta a Bizottság meghagyásából ezen regestakönyveket kutatván, s azoknak Magyarországra vonatkozó kivonatait, valamint más olasz levéltárakban tett tanulmányait is beküldvén, a hazai történelem körében elismerésre méltó érdemeket szerzett magának. Az említett »Registri Angioini«-ra nézve azt jegyzem meg, hogy eredetileg 579 kötetből álltak, melyek közűl jelenleg már csak 378 van meg, s hogy az elveszett 201 kötetnek tartalmát némi részben azon jegyzetekből ismerjük, melyeket azokból a XVII. században Lellis Károly készített, és melyek Minieri Riccio Kamil úrnak birtokában vannak.

Ezeken kivül Mircse János is 1867. óta különösen Velenczében az egykori köztársaság nagy levéltárában kutatván, akadémiai küldeményeiben számos adatot szolgáltatott a hazai történettudománynak, melyek reám nézve annál becsesebbek: minthogy én velenczei utazásom alatt ott sok időt történeti tanulmányokra nem fordíthattam, a bécsi császári titkos levéltárban őrzött velenczei kútfők pedig nem oly teljesek, hogy a kutató fáradalmait mindenkép kielégíthetnék.

Végre megjegyzem még, hogy a jelen gyűjteménynek Anjou-osztálya három kötetből fog állni, melyeknek elseje Robert Károly királynak haláláig (1342. júl. 16.) terjed, másik ketteje pedig az I. Lajos király, I. Mária királyné, és a többi Anjouk történetére vonatkozó emlékeket fogja tartalmazni.

Budapesten, 1874. december 10.

Wenzel Gusztáv.

TARTALOM.

MAGYAR

DIPLOMACZIAI EMLÉKEK

AZ

ANJOU-KORBÓL.

I.

1.

I. Károly, VIII. Lajos franczia királynak fia, 1265—1284. siciliai király, s az Anjou dynastia alapitója. 1268.

Karolus, filius Regis Francie, Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Alme Vrbis Senator, Andegauie, Prouincie et Forcalquerij Comes stb.

(A »Registri Angioini« czimű regesta-könyvek szerint, az olasz királyi levéltárban vagyis u n. »Grande Archivio«-ban. Nápolyban.)

2.

Domokos és János szerzetesek maggar követek I. Károly siciliai királxnál. 1268.

Pro Nuntijs Vngarie.

Karolus etc. Secreto Apulie etc.

Fidelitati etc. quatenus statim Dominico Priori et fratri Johanni de Ordine Predicatorum, Nunctiis et Ambassatoribus Regis Vngarie, expensas et omnia necessaria pro personis eorum, duobus scuteriis et quatuor equis ipsorum a presenti in antea, quousque ipsos in jurisdictione tua contigerit commorari, de pecunia Curie nostre officii tui, que est vel erit, per manus tuas honorifice, sicut decet, exibeas et facias exiberi; ita quod ipsos in premissis non contingat substinere defectum. Recepturus etc. Datum in obsidione Lucerie XXIII°. Junii XII. indictionis.

(A »Registri Augiovini« B. 4. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 144. lev.; az olasz királyi »Grande Archivio«-ban Nápolyban.)

3.

I. Károly siciliai királynak rendelete János prépost és Jadrai Mihály, a magyar király megérkezett követeinek fogadtatása tárgyában. 1268.

Karolus etc. Justitiario Terre Bari, vel Vicario eius in Barolo, et Philippo de Sancta Cruce Prothontino eiusdem Terre et Monopoli etc.

Quia Nostra Serenitas intellexit, quod Johannes Prepositus Vngarie et Michael de Zadra, Nuntii Illustris Regis Vugarie nuper applicauerint apud Barolum; fidelitati vestre etc., quatenus in continenti equitaturas et omnia alia necessaria eis et quibuscunque venientibus cum eisdem inuenientes, omnino eis statim assignare curetis, ipsosque instanter ad nos apud Melfiam transmittatis. Cauentes, ne in hiis aliquam committatis negligentiam vel defectum; quin siue sint Baroli, siue tantum ad quem locum, volumus vos conferre, sine aliqua tarditate mictatis eosdem, cum celers (celer) accessus eorum, qui nullam dilationem recipit, nobis sit quam plurimum oportunum. Et si ad hec facienda vos omnes presentes non eritis, vel non poteritis interesse, quicunque vestrum presens fuerit, nemine alio expectato predicta omnia exequatur.

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. »Reg. Caroli I.« czimű kötetében 85. lev.; u. o.)

4.

I. Károly siciliai királynak intézkedése de Santa Croce Fülöphez a Mária István ifj. magyar király leánya, és Károly siciliai trónörökös jegyeseért küldendő hajóknak felszerelése tárgyában, 1269.

Scriptum est Philippo de Sancta Cruce Prothontino Baruli.

Pridem tibi scripsisse recolimus in hac forma:

Charolus Dei gratia etc. Philippo de Sancta Cruce etc. Volumus et fidelitati tue etc. Datum Capue XII. Martii XIII. indictionis.

Verum qnia scripsisti, quod prescriptum mandatum nostrum nondum ad te peruenit, sed redeunte pridem ad te a Curia nostra Angelo filio tuo intellexisti per eum, mandatum huiusmodi a Nostra Celsitudine emanasse; propter quod, vt inde satisfacientes mandato nostro, statim ad complendam reparationem ipsorum vassellorum, et munitionem eorundem sollicite processisti; ita quod iam galea et teride ipse reparate sunt et aptate ad dictum viagium faciendum. Fecisti, sicut scribis fieri, tam de pecunia propria quam mutuo inuenta pro vna ex galeis ipsis tendorium vnum de scarlato, vexilla, et quasdam alias munitiones necessarias pro eisdem. Ad dictum tamen prefati filij tui, qui retulit tibi prouisionem istam fore in Curia nostra factam, sis (scis), quod nichilominus restat in eis complendum, quod ad reparationem et munitionem ipsorum vassellorum; et si habuisses pecuniam oportunam pro solidis pesarum deputandarum, in eis potuisset procedi ad armationem debitam earundem. De quo tue sollicitudinis efficaciam commendantes, ecce quod predicto Justitiario Capitanate, ac eius Herario per licteras nostras expresse precipimus, vt quantitatem pecunie, quam pro solidatione predictorum vassellorum tibi per eos assignari mandauimus, statim tibi vel tuo nuntio assignare procurent. Qua recepta procedas ad armationem ipsorum iuxta prescriptum mandatum nostrum sine qualibet tarditate. Iniungimus etiam Secreto Apulie fideli nostro, vt pecuniam ipsam et omnia necessaria pro munitione, panatica et alijs necessarijs guarnamentis dictorum vassellorum tibi vel tuo nuntio, iuxta tenorem predicti mandati prioris nostri sibi proinde destinatum; debeat assignare que requiras, et recipias ab eodem; restituens tamen tibi pro alijs quibuscunque creditoribus de ipsa pecunia a predicto Secreto nostro Apulie recipienda per te, quicquid siue de tuo proprio, siue per te nuntio recepto pro predictis omnibus (quod) expendisti. Datum Neapoli V. Aprilis XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 54. lev., u. o.)

5.

I. Károly siciliai királynak intézkedése Mária István ifj. magyar király leánya, jövendőbeli mennyének Nápolyba utazása tárgyában. 1269.

Charolus etc. Magistro et Nicholao Boncelli et Joscelino de Marra. Ecce quod pro eqnitatu filie Illustris Regis Hongarie, future nurus nostre karissime, ac personarum eam comitantium, palafredos X, et pro deferendo eius harnesio mulos XXX per parochum lattorem presentium marescalle nostre seruientes ad partes ipsas dirigamus: vobis nichilominus expresse mandamus, quatenus si pro equitatu vel seruitijs plura forte animalia dicte nurui nostre, vel personis eam comitantibus fuerint oportuna, de habendis et ministrandis animalibus ipsis tam diligenter et sollicite procuretis, quod nullum penitus contingat interuenire defectum. Datum Neapoli VI. Aprilis XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Regi Karoli I. kötetéből 54. lev.; n. o.)

6.

Berndt casinoi apát és I. Károly siciliai király követének tudósitása, hogy Jadrába érkezett. 1269.

Bernardus Dei gratia Casinensis Abbas humilis carissimo in C. fratri Rectori. Fauente Christo dominica in Palmis Jadaram introiuimus sani cum omnibus socijs et familiaribus, quos ad Hungariam duximus — — — nauigium domini nostri prestolando ibidem — — — tantumque fuit desiderium veniendi, quod mons — — — Sclauoniam diuidens, qui nobis dificillimus fuit in eundo, redeuntibus in quadam planicie sunt conuersi, et sic praua facta sunt in directa, et aspera reputauimus vias planas. Curetis id ad gaudium nostris nunciare, Decanis specialiter, Sacroque Conuentui Casinensi, Archipresbitero, Archidiacono Santi Germani, ac Protonotario nostro domino T. d. p. l. et Magistro N. d. — — — — ;

nec non et alijs, quos nouistis de nostris succcssibus prosperis exultare. Datum Jadare XI. Aprilis XIII. indictione.

(Tosti Lajos, Storia della Badia di Monte-Cassino III. köt. Nápoly 1843. 68. l.)

7.

I. Károly siciliai királynak rendelete de Santa Croce Fülöphez, hogy a mennye, Mária herczegnével visszaérkező hajók az achajai herczeg segitségére küldettessenek. 1269.

Scriptum est Philippo de Sancta Cruce Baroli et Monopolis Prothontino.

Volentes viriliter iam et robustius in subsidium viri Magnifici G. illustris Principis Achaie, karissimi affinis nostri, brachium Nostre Máiestatis extendere, ac manum nostre potentie liberaliter aperire; fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus viginti quinque inter galeas, teridas et usceria de vassellis Curie nostre in Apulia, tam que ad presens ibidem sunt, quam que ad recipiendam filiam Illustris Regis Vngarie, futuram nurum nostram nauigauerint vsque maritimam Sclauonie, cum vassella ipsa redire contigerit, et lignum subtile vnum Curie nostre remorum quinquagintaduorum, quod in Apulia esse dicitur, atque vachettas tres eiusdem Curie nostre, que in Brundusio esse feruntur, cum guarnimentis affisis et conredis necessarijs, et in predictis uscerijs et teridis tabulata, nec non in teridis et usceriis stangas, stangarolas, transas et pectoralia oportuna pro eys ad transfretandum stabiliendis, inde specialiter quidem galeas que nauigant pro recipienda et ferenda persona nurus nostre predicte cum tentorio suo rubeo, stentario, banerijs, pennonibus, et quibuslibet alijs rerum guarnimentis et ornamentis factis in galea ipsa pro predicta nuru nostra honorabiliter deferenda; nec non quelibet arma necessaria in predictis vassellis omnibus, et specialiter pro qualibet predictarum galearum, teridárum et usseriorum lanceas ferratas centum, lancones ferratos trecentos, et quitrellonem vnum et duorum pedum duo mille cum cassis opor-

tunis, atque pro qualibet galea vexillum vnum, baneriam vnam, et pannucellos triginta, silicet de zendato pro qualibet terida et usserio banerias duas et panucellos viginti de panno, pro ligno subtile baneriam vnam et panucellos decem de zendato, et pro qualibet vachetta baneriolam de zendato vnam. Ad arma et insignia nostra galeas ipsas, teridas, lignum subtile et vachettas facietis ad eadem arma et insigna nostra depingi, et inter illa galeam vnam, illam videlicet que in Brundusio armabitur, sub eisdem armis et insignijs nostris facietis derubari, nobili viro Johanni Caldarano Nuncio dicti Principis dilecto nostro sine mora et difficultate qualibet assignare procures. Que omnia et singula instanter et sine defectu aliquo exequaris. De armis et rebus Curie nostre, que in nostris carsianatibus Apulie conseruantur, que de carsianatibus ipsius, prout executioni presentium necessaria fuerint, presentium auctoritate requiras et recipias a quibuslibet ad eorum conseruationem vel custodiam deputatis; per quos omnes tibi super hoc pareri volumus et intendi, et in defectu armorum et rerum Curie nostre de armis et rebus — — per te de pecunia Curie nostre, que ad manus tuas peruenerit. Nam ecce quod Justitiarij Terre Bari et Terre Ydronti, Secreto Apulie, et Vicesecretis Terre Bari et Terre Ydronti per expressas licteras nostras iniungimus, vt pro huiusmodi apparatu predictorum vassellorum ad requisitionem tuam tibi vel tuo Nuntio pro parte tua sufficientem quantitatem pecunie debeant sine difficultate qualibet ministrare, propter quod fidelitati tue precipimus, et tuam deuotionem presenti exortamur, quod apud Justitiarium, Secretum vel Vicesecretos ipsos instes propterea, sicut fuerit oportunum; et de mora forte, vel defectu ipsius pecunie tibi taliter ministrande, de tuo proprio, vel de pecunia per te ab alijs propterea mutuo recipienda, super hijs exequendis occurras, et exinde restitutionem vel satisfactionem recipias de pecunia, quam postmodum tibi propterea per Justitiarios ipsos, aut Secretum, vel Vicesecretos ipsos ministrari contigerit. In cuius defectu tibi vel alijs mutuatoribus exinde de Camera nostra satisfieri faciemus. Super quibus omnibus te procedere volumus ad instantiam et requisitionem, atque sine prouisione et ordinatione

predicti Johannis, quem supra ad instigandam executionem presentis specialiter destinamus, tu quidem sicut facias et procures quod instanter et sine alicuius dilationis obstaculo predicta vassella omnia sint ad propositum nauigium preparata. Et licet predictorum vassellorum preparatio districte tibi per presentes licteras comittatur: tamen volumus, quod si ad apparatum vassellorum ipsorum alia forsitan fuerint vel occurrerint oportuna; ea omnia ad requisitionem dicti Johannis ministrare, ae diligenter et fideliter exequi studeas, vt exinde — — — — — de hijs autem, que presentis auctoritate receperis, ydoneam apodixam. Datum Neapoli XI. Maii XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 69. lev.; u. o.)

8.

I. Károly siciliai király intézkedése ugyanazon ügyben. 1269.

Scriptum est Philippo de Sancta Cruce etc.

Significasti Culmini Nostro, quod ad mandatum nostrum, (quod) tibi direximus de muniendis et congregari faciendis apud Brundusium vassellis Curie nostre, que per te reparari et mun'ri mandauimus, quatuordecim de vassellis totaliter reparata et guarnamentis alijs communita iam sunt in portu Brundusij congregata; et de reliquis vassellis sunt V apud Tranum, duo apnd Barum, et quatuor apud Barulum; que nuper redierunt cum domina nuru nostra; et que omnia illa vassella ipsa non possunt armari in locis ipsis, in quibus congregata sunt, et specialiter in Brundusium, sicut oportet ea armari tam per terras ipsas, quam per alias terras Maritime ipsorum portuum, in quibis inueniuntur persone deputande in vassellis eisdem; et si marinarij et persone deputande in vassellis ipsis per mare vel per terram mitterentur ad dictam terram Brundusij cum rebus eorum, non posses ipsa arma tu sic commode et celeriter percompleri pro eo, quod multi ex marinarijs ipsis effugerent, et dum crederentur ne ad dictam terram Brundusij, ad partes alias declinarent. Pro-

uisionem tuam velut vtiliorem in hijs nostre Curie commendantes, volumus et mandamus, quod vassella ipsa in illis terris et locis congregari et distribui facias, in quibus armanda fuerint, et marinarij ac persone alie deputande in vassellis eisdem commodius potuerint inueniri. De quo tue prouisionis studio nihilominus et ea omnia tam celeriter quam instanter ad presens pro vno mense de pecunia tibi assignarda pro armatione ipsorũm per Magistrum Simonem de Parte dilectum clericum, et Marchum filium tuum, fideles nostros, iuxta quod eis iniungimus, quam requiras et recipias ab eis, armari facias; et omnia eiusdem vasselli sic armata et solidata ad dictum portum Brundusij congregari. Quare per eosdem Magistrum Simonem et Marchum ab inde in antea vassellis ipsis de eorum solidis satisfiat, iuxta quod est per nostram Curiam ordinatum. Super cuius executione seruitij sic prudenter, sollicite et diligenter procedere debeas, ad id exequendum indefesse cuncta sollicitudinis tue studia conuertendo, vt ad plus in octauis maximi futuri festi Pentecostes vassella ipsa omnino munita et armata ac parata ad nauigandum, quo Serenitas Nostra mandabit, sint infallibiliter congregata; sicut nostram gratiam caram habes, et Culmini Nostro desideras complacere. Ac si secus feceris, indignationem Nostri Culminis, et persone tue ac omnium bonorum tuorum — — — — incurrere dubitas; quod infallibiliter incurreres, si non satisfieret exinde votis nostris. Datum Neapoli XV. Maii XIII. indictionis

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 71. l.; u. o.)

9.

I. Károly siciliai király tudtúl adja híveinek, hogy Izabella leányát nöül adja László herczeg, István magyar király fiának. 1269.

Justitiario Sicilie vltra flumen salsum. Scriptum est eidem etc.

Fidelitati tue nuntiamus gaudium, nec minus per te volumus fidelibus nostris decrete tibi Prouincie similiter nuntiari, velud partecipantibus nostre exaltationis incrementa

pariter et honoris, quod Ysabellam charissimam filiam nostram nuper copulauimus maritali coniugio Egregio Duci Ladizlaus primogenito Illustris Regis Hungarie; et quod pro dote eidem filie nostre ducenta millia marcarum argenti eidem conuenimus exhibere. Propter quod a fidelibus nostris Regni Sicilie, iuxta ipsius Regni consuetudinem antiquam et optentam longissimo tempore et feliciter Regum predecessorum nostrorum antiquis temporibus obseruatam, subuentionem de predicta summa earundem dotium premissarum habere volumus, prout ex causa rationabili et probata. Quare Guillelmo Estandardo Marescalco et Viceammirali Regni Sicilie etc. mandamus, quod pro subuentione predicta intus omnes terras et loca Sicilie XXV millia vnciarum cum consilio tui, Justitiarii Sicilie citra (igy) flumen salsum, Secreto Sicilie, et aliquorum proborum virorum de partibus Sicilie nostrorum fidelium, distribuere et taxare debeat sine mora. Ideoque etc. quatenus tam super distributione et taxatione presentis subuentionis in Justitiariatu tuo per dictum Estandardum imponende; quam super recolligenda et mittenda pecunia ipsius subuentionis tam ad Cameram nostram, quam ad eum, Estandardo predicto iuxta mandatum, ordinationem et requisitionem ipsius deuote et efficaciter per eos tibi intendas. Datum Neapoli XXVIII. Maii XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 22. l.; u. o.)

10.

I. Károly siciliai királynak rendelete ugyanazon tárgyban, s hogy leánya ezen kiházasitásának tekintetéből a siciliai királyság egyes tartományaira adó kivettessék. 1269.

Comitatus Molisij.

¶. Justitiario Terre Laboris et Comitatus Molisij.

Fidelitati tue nuntiamus ad gaudium, nec minus per te volumus fidelibus nostris decrete tibi prouincie similiter nuntiari velud participantibus, nostre exaltationis incrementa pariter et honoris: Quod Ysabellam karissimam filiam nostram nuper copulauimus maritali coniugio Egregio Duci

Landizlaus, primogenito Illustris Regis Vngarie, et pro dote eidem filie nostre ducenta millia marcarum argenti eidem conuenimus exhibere. Propter quod a fidelibus nostris Regni Sicilie iuxta ipsius Regni consuetudinem antiquatam et obtentam longissimo tempore, et feliciter Regum Sicilie predecessorum nostrorum antiquis temporibus obseruatam subuentionem de predicta summa earundem dotium premissarum habere volumus prout ex causa predicta rationabili et probata. Ideoque fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus cuilibet vnciarum decem millia centum et decem impositarum in Justitiariatu Terre Laboris et Comitatus Molisij pro generali snbuentione mensis Octobris proximo preteriti indictionis presentis, tarenos septem et medium addere, et terris et locis Justitiariatus tui ita taxare debeas festinanter. Que tota predicta quantitas pecunie subuentionis presentis cum additione supradicta est in summa duodecim millium sexcentorum et triginta septem et medii. Quam pecuniam, cum eandem filiam nostram Deo duce felici homine (omine) cum decenti et honorabili comitiua in Regnum Vngarie ad predictum virum suum paramus in instanti et in proximo destinare, cum omni celeritate et studio recolligas et ad nostram Cameram sine mora transmittas; vt eandem filiam nostram ad predictas partes Vngarie iuxta Excellentie Nostre votum transmittere valeamus. Nihilominus volumus et mandamus, quatenus quantitatem predictam, videlicet unciarum duodecim millia sexcentarum triginta septem et medie, iuxta facultates cuiuslibet per singulos homines terrarum et locorum ipsorum, sic quod nullus a taxatione presentis subuentionis aliquatenus eximatur, particulariter distribui facias, et taxari ac recolligi per taxatores et collectores ab Vniuersitatibus iuxta solitum eligendos. A quibus taxatoribus corporale recipias juramentum, quod in taxatione predicta neminis de fauore, prece, pretio vel amore gratia vel timore, affinitate aliqua, seu et parentela, nec odio aliquos aggrauent; set ad solum Deum et equum mentis nostri propositum habentes respectum, sic super eis per eos equaliter obseruetur, vt pauperes iuxta solitum nullatenus opprimantur. Nihilominus de particolari subuentionis taxatione eius-

dem in singulis terris et locis Justitiariatus tui quinque quaternos, conscribendos non per Notarios et scriptores in Curia tua morantes, set per illos tantum scriptores, quos predicti taxatores eligent et conducent, fieri facias. Quorum vnum tibi retineas: alium sub sigillo tuo collectoribus ipsis assignes; tertium penes aliquem probum et fidelem nostrum, quem tibi communis ipsius Vniuersitatis electio presentabit, de quo per eum cuilibet volenti scire quantitatem sibi impositam, copia gratis fiat, retinendum assignes; quartum ad Cameram nostram; et quintum ad magistros rationales Magne Curie nostre per totum sequentem mensem Junii studeas destinare. Et vt omnis malignandi super hiis materia precludatur; taxatoribus eisdem predictis, quod in distributione huiusmodi facienda sic se exhibeant studiosos omni equalite seruata, quod tota integra quantitas in qualibet terra et loco taxata per collectores eosdem recolligi valeat et haberi, et quod nullum residuum occasione paupertatis vel absentie aliquorum habere posse proponant; et si quid occasione huiusmodi de taxatione defuerit, de eorum proprio Curie suppleant. Permictas quoque per collectores eosdem pro expensis eorum imponi taxari et recolligi vltra quantitatem subuentionis predicte ponende vltra summam collecte granorum auri duodecim pro qualibet vncia taxationis eiusdem habende per collectores eosdem pro expensis eorum pro qualibet vncia tamen recollecta per eos de taxatione predicta. Insuper expresse mandamus, quatenus per jurisdictionem tuam studiose ac diligenter inquiras, et si forsan inueneris terras et loca a cedula taxationis eiusdem dicto mense Octobris imposite forsan omissa, considerata summa taxationis presentis facta, et collatione de terris conuicinis taxatis in cedula supradicta, actentis quoque facultatibis eorundem, terras et loca eadem sic omissa in presenti subuentione cum consilio nostrorum fidelium taxare procures, et pecuniam eis impositam recolligas ab eisdem. Nomina vero terrarum et locrorum ipsorum, que omissa forsan inueneris, et taxationem per te faciendam eisdem Camere et Magistris Rationalibus Magne Curie supradictis sine mora per licteras tuas scribas. Si vero inueneris in Justitiariatu tuo aliquas terras forsan, quia ex-

habitatas, quas non credimus esse multas, eas taxes cum consilio nostrorum fidelium, et reducas in taxatione subuentionis presentis ad quantitatem competentem iuxta facultates habitatorum ipsorum. Que quomodo ab eis recolligi potuerit et haberi, significaturus incontinenti et sine mora tam Camere, quam eisdem Magistris Rationalibus nostris nomina terrarum et locorum ipsorum, nomina et cognomina eorundem patronorum, et quantitatem, quam terris et locis eisdem in subuentione presenti duxeris inponendam. Caute, quod sicut te geras fideliter in premissis, quod aliud per alium exinde possit aliousque tempore inueniri; a terris quoque, si quas de Justitiariatu tuo bis taxatas in dicta cedula inueneris, eas taxes in subuentione presenti ad rationem predictam pro maiore quantitate pecunie, in qua in dicta cedula sunt taxate. Volumus preterea et mandamus, quod si bona aliqua prodictorum nostrorum aliquorum, existentia in aliquibus terris et locis dominij nostri, sunt ad opus nostre Curie infiscata, vel aliquibus nostris fidelibus per Maiestatem Nostram concessa; quantitatem pecunie, que iuxta ratam taxationis subuentionis imposite in terris eisdem anno, quo predicti officij sunt proditores, pro bonis eisdem ipsos taxari contigerit in subuentione presenti, si bona tenent eadem: de summa quantitatis imponende in predictis terris in subuentione predicta deducas in terris eisdem, et presentis auctoritate relaxes; cum nolimus, quod pro bonis predictorum proditorum, que forte Curia nostra tenet, vel concessis aliquibus per Excellentiam Nostram fidelibus nostris, terrarum ipsarum in presenti snbuentione aliquatenus deputentur. Significaturus nihilominus celeriter eidem Camere et Magistris Rationalibus nostris quantitatem pecunie, quam in qualibet terrarum et locorum Justitiariatus tui occasione huiusmodi de quantitate subuentionis presentis duxeris relaxandum, et quorum fuerunt bona ipsa particularites et distincte. Ceterum cum velimus, quod mutuatoribus de singulis terris Justitiariatus tui, fidelibus nostris, qui a mense Septembris proxime preteriti presentis XIII. indictionis tibi, vel alijs pro parte Curie nostre mutuauerint aliquam pecunie quantitatem, pecunia ipsa integre debeat restitui: fidelitati tue mandamus,

quatenus constito tibi prius de quantitate pecunie mutuata per eos tibi vel quibuscunque pro parte Curie nostre de nostro mandato, et quod eis de mutuata per eos quantitate pecunie satisfactum non sit in parte vel in totum; de quantitate pecunie, pro qua soluendi sunt ex computis eis, et deducas bene et fideliter de quantitate, in qua ipsos taxari contigerit in terris eorum in subuentione presenti. Si vero quantitas pecunie, pro qua soluendi sunt pro huiusmodi mutuis, excesserit quantitatem taxationis eorum subuentionis presentis; quantitatem, que excesserit, de pecunia presentis subuentionis terrarum eorum siue aliarum terrarum Justitiariatus tui, sine difficultate et diminutione qualibet, una cum Erario tecum morante integre eis restituas sine mora; nulla per te vel Erarium tuum sub pena gratie nostre retentione exinde aliqua facienda. Sciturus, quod si secus per te vel Erarium tuum factum fuerit; sic contra vos actutum procedi mandabinus, quod vobis erit ad penam, et ceteris ad terrorem. De quantitate vero, quam huiusmodi mutuatoribus excomputaueris, vel forte solueris auctoritate presentis ab ipsis recipias vna cum dicto Erario scripta competentia ad cautelam. Et nihilominns in continenti Camere et Magistris Rationalibus nostris supradictis significare procures, et nomina mutuatorum ipsorum, terras vnde fuerint, et quantitates, quas eis excomputaueris, et quantitatem etiam quam eis forte exsolueris particulariter et distincte. Mandamus preterea, quod pecuniam supradictam, vna cum Erario tecum moranti, pro parte Curie nostre recipias, et ad cameras nostras per fideles et sufficientes nuntios vestros celeriter mittas. Insuper volumus et tibi expresse mandamus, quatenus de taxatione, quam de presenti subuentione feceris in terris et locis quibuslibet Justitiariatus tui, ad rationem predictam facias tres quaternos consimiles, quorum vnum tibi retineas, alium eidem Camere nostre, et tertium ad eosdem Magistros Rationales nostros transmittas omni mora et occasione remota. Datum Neapoli XXVII. Maii XIII. indictionis.

¶. Similes facte sunt Justitiario Calabrie de vnciis quatuor millibus quingentis nouem et tarenis vndecim et granis V. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Terre Ydronti (Otranto) de vnciis auri sex milibus trecentum septuagintaquinque. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Basilicate de vnciis auri septem milibus trecentum septuaginta quinque. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Principatus et Terre Beneuenti de vnciis auri nouem milibus centum octuaginta septem et medio. Datum v. s.

¶. Similis facte sunt Justitiario Vallis Grate et Terre Jordani de vnicis auri nouem milibus quadringentis septuaginta due et tarenis quindecim. Datum v. s.

¶. Similes facte sunt Justitiario Capitaneati et Honoris Montis Sancti Angeli de vnciis auri quinque milibus tredecim et tarenis viginti duobus et medio. Datum v. s.

¶. Similis facte sunt Justitiario Terre Bari de vnciis auri nouem milibus ducentum quinquaginta. Datum v. s.

¶. Similes facte sunt Justitiario Aprutij de vnciis auri vndecim milibus ducentis et viginti. Datum u. s.

¶. Sub simili forma scriptum est Vicario Sicilie„ quod cum consilio Justitiarii et aliorum Sapientum imponat in Sicilia in terris, vbi melius viderit expedire. XXV milia uncias auri. Datum v. s.

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. Reg. Caroli I. kötetéből 29. l.; u. o.)

11.

I, Károly siciliai király rendelete ezen adó tárgyában.. 1269.

¶. Scriptum est eidem Justitiario (Terre Laboris et Comitatus Molisij.)

Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus familiares nostros et alios, quibus forte in iurisdictione tua bona burgensatica aliqua proditorum nostrorum in burgensatico et non in pheudo per Curiam nostram sunt concessa, in presenti subuentione in Justitiariatu tuo imponenda pro maritagio Ysabelle carissime filie nostre pro bonis eisdem cum fidelibus nostris Terrarum ipsarum, in quibus bona ipsa con-

sistunt, taxari facias et conferri, sicut proditores predicti pro predictis bonis hactenus taxabantur in pecunijs, subuentionibus et collectis. Datum Neapoli ultimo Maii XIII. indictionis.

¶. Similes facte sunt Justitiario Vallis Grate. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Principatus et Terre Beneuentane. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Aprutij. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Ydronti. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Terre Bari. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Capitanate. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Basilicate. Datum vt supra.

¶. Similes facte sunt Justitiario Calabrie. Datum vt supra.

(A »Reg. Angioiui« D. 6. sz. Reg. Karoli I. köt. 30. lev., u. o.)

12.

I. Károly siciliai királynak rendelete de Santa Croce Fülöphez leánya Izabella Magyarországba utazása tárgyában, 1269.

Scriptum est Philippo de Santa Croce Prothontino Baroli et Monopolis.

Cum nos Ysabellam filiam nostram, futuram nurum illuxtris Regis Vugarie, ad partes illas intendamus e vestigio auctore Domino destinare, quod nauis ac due alie terite pro ducenda eadem parate in portu Baruli commorantes. Nosque dubitantes, ne predicta filia nostra in eisdem vasis propter maltatiam seu ventorum carentiam vltra quod debeat moretur in mari: volumus et tue fidelitati sub obtentu gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus omni mora et occasione remotis, tres alias galeas siue Venetorum, siue quorumlibet mercatorum sub expensis Curie nostre vsque portum Jadre conducas, il-

lasque, prout expedit, habeas reparatas; ita quod in aduentu filie nostre apud Barolum, si voluerit, possit actendere supradictas. Et ecce Justitiario Terre Bari per nostras iniungimus licteras, vt pecuniam necessariam pro conducendis tribus galeis ad requisitionem tuam tibi debeat ministrare; cauptus existens, ne in executione dicti mandati committas negligentiam seu defectum. Datum Neapoli XXIII. Junij XIII. indictionis:

J e g y z e t. Ugyanazon tárgyra vonatkozik még vagy húsz más, semmi egyéb érdekest nem tartalmazó okmány.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 89. l.; u. o.)

13.

I. Károly siciliai király reudelete a leánya Izabella kiházasítása tekintetéből kivetett adó tárgyában, 1269.

P r o p e c u n i a e x h i b e n d a p r o e x p e n s i s e q u o r u m.

¶. Scriptum est eisdem Justitiario et Herario (Terre Bari), quod ipsi exhibeant Hueto Vallete Marescalco vncias auri triginta ponderis generalis pro faciendis expensis quorundam equorum per eum in Siciliam ducendorum de pecunia subuentionis imposite in eodem Justitiariatu pro maritagio filie, vel de quacunque etc. mandato aliquo etc. Recepturus etc. Datum Neapoli III. Julij XIII. indictionis. Regni nostri anno sexto.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 11. l., u. o.)

14.

I. Károly siciliai királynak rendelete ugyanazon ügyben. 1269

P r o e x h i b e n d a p e c u n i a M a r e s c a l c o e t M a g i s t r o P e t r o d e V i g n e i o p r o e x p e n s i s f i l i e R e g i s e u n t i s V n g a r i a щ.

¶. Scriptum est eisdem, quod ipsi exhibeant Drocono de Bellomonte Regni Sicilie Marescalco et Magistro Petro

de Vigneio clerico, aut eorum alteri, vel eorum certo mandato, vncias auri quingentas pro expensis Ysabelle filie Regis euntis Vngariam de pecunia presentis sumationis imposite in eodem Justitiariatu pro maritagio ipsius filie Regis, vel de quacunque etc. mandato aliquo etc. Recepturi etc. Datum Neapoli III. Iulii XIII. indictionis, Regni nostri anno sexto.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I, kötetéből 10. l., u. o.)

15.

I. Károly siciliai királynak intézkedése a leánya Izabella Magyarországba utazására szükséges hajók tárgyában. 1269.

Pro galeis pro Ysabella filia Regis.

¶. Scriptum est eidem Iustitiario et Erario (Terre Bari) cum eo morante, quod tibi predicto Justitiario scripsisse credimus in hac forma.

Karolus etc. Justitiario Terre Bari etc. Cum nos Philippo de Sancta Cruce etc. per nostras expresse dedimus licteras in mandatis, vt sub expensis Curie nostre conducere tres galeas, ac armari, et omnibus necessarijs communiri faciat pro conducenda Ysabella etc. ad partes Vngarie supradictas: volumus et fidelitati tue districte precipiendo mandamus, quod statim receptis presentibus omni mora, occasione et dilatione remota pecuniam necessariam pro armandis et muniendis dictis tribus galeis omnibus necessarijs, ad requisitionem iam dicti Ph. de Sancta Cruce etc. de quacunque pecunia Curie nostre, tam de presenti generali subuentione, quam de alia, que est aut erit, per manus tuas exhiberi consueuit. Recepturus ete. attentius prouidere etc. non obstante etc Datum etc.

Verum quia prescriptum mandatum nostrum executionem debitam non recepit, eo quod in eodem mandato Erarij mentio non fiebat: fidelitati vestre districte precipimus, quatenus statim recepto presenti, sicut Culmini Nostro placere cupitis, et indignationem nostram incurrere formidatis, pre-

scriptum mandatum nostrum iuxta ipsius continentiam exequi debeatis; nec obstante, quod in prescripto mandato Erarij mentio facta non fuit. Scituri etc. Datum Neapoli V. Julij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 10. l.: u. o.)

16.

I. Károly siciliai királynak ugyanazoa tárgyra vonatkozó rendelete. 1269.

Karolus stb. (Justitiario et Erario Capitanate. Quod ad requisitionem Philippi de Sancta Cruce Baroli et Monopoli Prothontino, pro conducendis tribus galeis cum) karissima filia nostra Ysabella futura nuru Illustris Regis Vngarie ad partes illas. (De subventione pro maritagio exhibeat pecuniam.) Datum Neapolis III. Julii XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 11. sz. Reg. Karoli I. kötetéből, 3. l., u. o.)

17.

Más intézkedés ugyanazon hajók beszerzése tárgyában. 1269.

XIII. eiusdem ibidem (az ezt megelőző okmányok nagyobbára szakadozott állapotban lévén, sem a helyet honnan, sem a holnapot mikor kelt, határozottan nem lehet tudni; valószinü, hogy 1269. julius havában kelt) scriptum est Justitiario Capitanate.

Exposuit nobis Philippus de Sancta Cruce etc. quod licet dominus Rex olim tibi sub certa forma dedisset suis licteris in mandatis, vt eidem Philippo ad requisitionem suam pecuniam necessariam pro conducendis galeis, in quibus illustris mulier domina Ysabella nata Regis eiusdem cum sua comitiua ad partes Vngarie portaretur, sine difficultate qualibet assignares, et requisitus ab eo, de dandis sibi pro ipso negotio vncijs auri ducentis ponderis generalis; tu tamen asserens pecuniam Curie pre manibus non habere, pecuniam

ipsam eidem Philippo assignare hactenus non curasti; set potius per licteras tuas clausas, quas tuo sigillo munitas coram nobis in Regia Curia presentauit, rogauisti eundem, vt tibi eandem pecuniam, quam sibi restituere promisisti, pro huiusmodi negotio mutuaret Quare prefatus Philipus nobis humiliter suplicauit, vt cum ipse predictam quantitatem pecunie, de huiusmodi promissione tua confisus, pro eodem negotio de suo persoluit, ipsam sibi restituere mandaremus. Ideoque tibi etc. quatenus statim, re publica non obstante de tempore iam elapso, et quod negotia predicta Curie sint peracta; eo quod dictus Philippus promissione licterarum tuarum predictarum confidens, ipsa de proprio extitit executus, mandatum predictum Regium de pecunia ponderis generalis subuentionis maioris seu baiulationis Lucerie, aut collecte proximo imponende in Justitiariatu tuo siue quibuscumque pecunijs Curie etc. sine difficultate ratione qualibet in omnibus et per omnia exequaris, mandato aliquo tibi directo vel in posterum dirigendo etc. Recepturus etc.

(A »Registri Angioini« B. 10. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 10 lev., u. o.)

18.

I. Károly siciliai király tudtul adja X. Gergely pápának s illetőleg a bibornokok collegiumának, hogy István magyar királylyal szövetséget kötött, melynek megerősítését a római kuriától kéri. 1269.

Reuerendissimo et Sanctissimo in Christo patri domino Pape, sine in presenti, et omnibus Summis Pontificibus futuris, et Sacro Cetui Cardinalium.

Karolus etc. seipsum ad pedes Summi Pontificis cum omni reuerentia et honore, et dominis Cardinalibus salutem et sincere dilectionis affectum. Per has patentes licteras Sanctitati Vestre facimus manifestum, quod ad honorem Dei, et Sancte Romane Ecclesie, et totius fidei sacre, fecimus et facta intendimus matrimonia et alia certa pacta cum Magnifico Principe domino Stephano Illustri Rege Vngarie, Duce

Transiluano et Sclauonie et Domino Cumanorum, Catholico et fidelissimo Sancte Romane Eulesie. Et vt predicta, prout in licteris suis et nostris videbitis contineri, maiorem habeant firmitatem, requiro dictum Summum Pontificem, et dominos Cardinales Apostolica Sede vacante, quod ipsa pacta debeant confirmare, et dare licteras apertas ipsi Regi Vngarie, quod si ex parte nostra aliquis defectus interueniat, quod nos et filios nostros, et omnes qui pro nobis iurabunt, excommunicabitis, et totum Regnum nostrum supponetis ecclesiastico interdicto; et nos, et filios, et iuratores nostros tenebitis excommunicatos, et Regnum nostrum interdictum, donec adimpleuerimus ipsa pacta. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri et sigillo Maiestatis Nostre iuximus communiri. Datum Melfie XIII. Septembris XIII. indictionis etc.

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. »Reg. Karoli I. czimű kötetéből 89. l.; u. o.)

19.

I. Károly siciliai király Bernát casinói apátot, Curbaroi Amel bárót, és Brulioi Bernát mestert teljhatalommal követeknek küldi Magyarországba, az István magyar királylyal kötendő szövetség tárgyában. 1269.

Karolus etc. vniuersis fidelibus Ecclesie etc. per has patentes licteras omnibus volumus esse notum tam presentibus quam futuris, quod nos confidentes de prudentia venerabilis et religiosi viri Bernardi Abbatis honorabilis Monasterij Cassinensis, et nobilis Baronis Amelii Curbario, et Magistri Bernardi de Brulio, dilectorum familiarium Consiliariorum et fidelium nostrorum, et plenam fiduciam optinentes, facimus, constituimus, et ordinamus eos procuratores nostros et nunctios speciales ad tractandum, faciendum et complendum ad honorem Dei et Sancte Romane Ecclesie pacta et conuentiones amicitie perfecte et valentie, et iuuaminis de uno ad alium, cum Magnifico et Illustri Principe domino Stephano Dei gratia Rege Vngarie, Duce Transiluano et Domino Cumanorum, karissimo amico nostro, propter que nos teneamur ipsum

bona fide adiuuare et defendere contra omnes Principes et Barones, et milites, et omnes homines qui erunt inimici sui, et facere eis viuam guerram, et non facere inde pacem, nec treuguam, nec guerram retroductam; silicet contra Theotonicos et Theotonie adherentes prope ipsum ad quatuor dictos, et contra omnes existentes extra fidem Ecclesie, et contra omnes alios homines de mundo, qui vellent sibi auferre aliquam terram suam, vel contra hostiliter terram eius intrare. Et eodem dictus dominus Rex Vngarie teneatur nobis in omnibus et per omnia contra predictos superius nominatos, et alios inimicos nostros dare consilium, auxilium et iuuamen, et eis facere viuam guerram bona fide, et non facere treuguam vel pacem, vel guerram retroductam, cum eis vel aliqno ipsorum absque nostro consilio et consensu. Dantes dictis procuratoribus nostris, vel duobus ex eis, plenariam potestatem faciendi predicta omnia, et alia pertinentia ad predicta, cum ipso domino Rege, sicuti ipsi domino Regi, et ipsis procuratoribus, vel duobus ex eis videbitur expedire, et iurandi in omnia nostra predicta actendere et seruare; sicut ipse Rex iurabit eis recipientibus nostro nomine actendere et obseruare, salua semper fide, qua uterque nostrum tenetur Sancte Ecclesie Romane, promittentes nos ratum habituros et firmum, quicquid predicti procuratores nostri, vel duo ex eis, facient in predictis vel aliquo predictorum. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri et sigillo Magestatis Nostre iuximus communiri. Datum Melfie XIV. Septembris XIII. indictionis e.c

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. »Reg. Karoli I.« czimű kötetéből 89. lev.; u. o.)

20.

I. Károly siciliai király ugyanazokat felhatalmazza, a László, István magyar király fia, s Izabella siciliai királyleány, s Károly salernoi herczeg és Mária a magyar király leánya közt kötendő kettős házasság tárgyában. 1269.

Karolus etc. vniuersis fidelibus Ecclesie etc. per has patentes litteras cunctis facimus manifestum tam presentibus quam futuris, quod nos intendentes in seruitia Dei et Sancte Romane Ecclesie contra inimicos fidei et Ecclesie Sancte Dei cum fidelissimis Principibus amicitias contrahere, tam per matrimonia et sponsalia liberorum nostrorum, et filiorum et filiarum dictorum Principium; cernentes, quod super alios Principes huius mundi, cum quibus libere nunc possint matrimonialiter copulari, excellentior et nobilior, potentior et maioris fidei et valoris est dominus Stephanus Dei gratia Illustris Rex Vngarie, Dux Transiluanie et Sclauonie, et Dominus Cumanorum, carissimus amicus noster, natus est de genere sanctorum et maximorum Regum, Princeps potens et bellicosus, et probatus contra inimicos fidei Christiane et Sancte Romane Ecclesie; volumus predicto domino Regi omnibus modis predictis totaliter assignari, si ei placeat, quod nunc et perpetuum ipse et nos, nostrique et sui descendentes semper simus vnum et idem. Vnde confidentes de prudentia et fide venerabilis et religiosi viri Bernardi Abbatis venerabilis Monasterij Cassinensis, et nobilis Baronis Amelij de Curbano, et Magistri Bernardi de Brulio, dilectorum Consiliariorum et familiarium nostrorum, quos constituimus, facimus et ordinamus eos procuratores nostros et nuncios speciales ad tractandum et faciendum et complendum cum domino dicto Rege Vngarie sponsalia et matrimonia inter filios nostros et filias nostras, et filios et filias dicti Regis eo modo et forma, quibus melius, cempetentius et equaliter fieri poterint et firmiter obligari, per promissiones dotium et alias conuentiones, et per sacramenta ipsius domini Regis et domine Regine vxoris sue, et liberorum suorum, et suorum Prelatorum et Baronum, et Consiliariorum; et eodem modo per sacramentum nostrum, liberorum nostrorum, et nostrorum

Prelatorum, et Baronum, et Consiliariorum nostrorum; et per dationem licterarum vtriusque Regis ad Summum Pontificem et Sanctam Romanam Ecclesiam, vt ipsi dent suas licteras, quibus promittant excommunicare illum Regem, et omnes alios, qui iurarent pro predictis matrimonijs contrahendis, si per ipsum Regem, vel liberos eius dicta sponsalia et matrimonia, vel aliquod ex ipsis matrimonijs, et alia pacta non actenderent vel non complerent, vel non facerent compleri, secundum pacta et conuentiones, que dictus dominus Rex nomine suo et liberorum suorum, et dicti procuratores, vel saltem duo ex eis facerent nomine nostro et liberorum nostrorum super omnibus et singulis supradictis; promittentes bona fide actendere et complere, et per nostros liberos facere integre obseruari, quod ipsi procuratores, vel duo ex eis cum ipso domino Rege facient et ordinabunt secundum licteras conuentionum, que inde fient; dantes eis, vel duobus ex ipsis potestatem promittendi predicta omnia nomine nostro et liberorum nostrorum, et iurandum in anima nostra, quod predicta bona fide seruabimus, et faciemus bona fide seruari. In cuius rei testimonium presentes licteras nostras fieri, et sigillo Maiestatis Nostre iussimus communiri. Datum Melfie XV. Septembris XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. t. i. Karoli I. 6. sz. kötetéből 81. l.; u. o.)

21.

Bernát casinoi apát és I. Károly siciliai király követének tudósítása követségének eredményéről. 1269.

Bernardus etc. Reetori etc. Per litteras Sacro Casinensi Conuentui destinatas, quas volumus te videre, ut circa breuitatem multa possint sileri, colligere poteris statum nostrum qui per Dei gratiam, cum omnibus nostris socijs et familiaribus sani sumus, in felici ac tanta negotiorum expeditione nostris laboribus releuatornm, data nobis a Deo materia exultandi. Quocirca te ac nostros volumus esse letos et magno robore confortatos, nostra negotia viriliter peragere, et corda

sumere virtuosa. Sic igitur letificatus letos alios facias, nostra procures, leta negotia lete peragas, strenue perficias; vt iurisdictio teneatur, agricoltura exerceatur, vinee multiplicentur diligenterque colantur, sententie nostre obseruentur, Conventuin ante omnia prouideatur, et omnia cum debito moderamine ordinentur; ut dilectus a nobis magis diligaris, ut tua merita in laudibus te extollant. Datum in Saris XII. Decembris XIII. indictione.

(Tosti Lajos, Storia della Badia di Montc-Cassino III. köt. Nápoly, 1843. 67. l.)

22.

Magyar katonák I. Károly siciliai király seregében. 1270.

Karolus stb. (mentio fit) de expensis Vngarorum tunc cum Marescallo nostro in Syponto (Manfredonia) morantium stb, Datum Trani VII. Junii. XIV. indict-onis.

(A »Registri Angioini« A. 1[illegible]. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 89. lev.; az olasz királyi »Grande Archivio«-ban Nápolyban.)

23.

Adorián magyar szerzetes mint a magyar király követe I. Károly siciliai királynál. 1270.

Karolus stb. (Baiulis Trani et Baruli, ut exhibeant expensas necessarias honesto et religioso viro fratri Adriano Vngaro de Ordine Minorum pro se et equitaturis suis, qui debet) ad nos venire apud Lacum Pensilem pro seruitijs Maiestatem Nostram tangentibus stb. Datum XXI. Junii XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 10. sz. Reg. Karoli I. kötetéből. 131. lev.; u. o.)

24.

I. Károly siciliai király intézkedése a trani-i érseknek magyarországi utazása alkalmával szenvedt károk megtérítése tárgyában. 1270.

¶. Scriptum est Secreto Apulie vel venerabili Priori domino N. Tranensi Archiepiscopo pro satisfactione dampnorum et expensarum, que sustinuit et fecit in viagio Vngarie, et de pecunia officij sui ducentas vncias auri det et assignet, mandato aliquo contra non obstante. Datum Trani X. Junij XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 10. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 52. lev.; u. o.)

25.

I. Károly siciliai királynak rendelete a Bellomontei Drogo siciliai fölovászmestertől Izabella herczegnőnek magyarországi utazására felvett kölcsön visszafizetése tárgyában. 1270.

Justitiario Capitanate.

¶. Scriptum est Justitiario et Erario Capitanate, vt soluant creditoribus infrascriptis pro mutuo contracto a Drogone de Bellomonte Marescallo Regni Sicilie, pro Ysabella filia nostra ducenda ad Regem Vngarie; videlicet hominibus Sancti Angeli trigintas vncias et duos tarenos auri; hominibus Manfredonie centum trigintas vncias et viginti duos tarenos auri. Datum ibidem XV. Septembris XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 163. lev.; u. o.)

26.

I. Károly siciliai király de Santa Croce Fülöpnek a leánya Izabella Magyarországi utazása tekintetéből tett intézkedéseit helyesli, s őt költségeinek visszafizetésére nézve biztosítja. 1270.

Karolus etc. Philippo de Sancta Cruce Baruli et Monopolis Prothontino etc. Intelleximus per quoddam Capitulum tuum Culmini Nostro transmissum, quod cum tibi dedi-

mus per licteras in mandatis, vt tres galeas siue Venetorum, siue quorumcunque aliorum mercatorum sub expensis Curie nostre vsque portum Jadari conduceres pro transitu filie nostre ad partes Vngarie, illasque prout expedit paratas haberes, de pecunia videlicet, quam tibi per Justitiarium et Erarium Terre Baruli exhiberi mandaueramus; tu, quia a predicto Justitiario et Erario congruo tempore pecuniam ipsam habere minime potuisti, ne in eisdem nostris seruitijs defectus aliquis immineret, tam de pecunia tua propria, quam parte mutuo recepta, expendisti in panatica, solidis et alijs opportunis duarum teridarum et vnius galeoni Curie nostre, ac vnius vacchette in defectu galearum predictarum, quas ad conducendum minime inuenisti, nec non et in conductione, et quibusdam alijs guarnimentis vnius naius et quorundam aliorum vasselorum per te conductorum cum quibus eadem filia nostra transfretari debebat, vncias ducentas ponderis generalis, quas a predicto Justitiario et Erario propter peractionem predictorum seruitiorum nostrorum recepisti, et eas postmodum in confectione biscocti facti per te de mandato nostro; de salmis frumenti mille ducentis assignatis tibi dudum a Secreto Apulie et Magistro Massariarum Basilicate emendis gualderijs, cordis, mangranibus (?) balistarum Curie nostre, et quibusdam alijs seruitijs Curie nostre ad opus vassellorum nostrorum expendisti; propter quod Maiestati Nostre umiliter supplicasti, predicta omnia, sicut per te facta sunt et saluta, tibi per nostram Curiam acceptari. Nos autem actendentes prouisionis et sollicitudinis tue circa nostra seruitia studia, processum tuum super predictis omnibus et singulis commendantes, premissa omnia et singula tibi tenore presentium acceptamus, et volumus ea omnia in tuo ratiocinio computari; dummodo constet de solutione per ydoneam apodixam. Volumus etiam, quod predictas vncias auri ducentas a Justitiario et Erario Capitanate, quibus olim scripsimus de danda tibi pecunia exinde necessaria pro conducendis et preparandis galeis predictis, requiras et recipias; et pro restitutione predicte pecunie tibi debeas retinere. Significasti etiam nobis quod Drogo de Bellomonte Regni nostri Sicilie Marescalcus cum predicta filia nostra ad partes Vngarie transiens, in

excambium predictarum duarum teridarum per te preparatarum, in hoc quod predicta filia nostra honorabilius et tutius ad dictas partes Vngarie portaretur; cepit galeas duas Curie nostre, vnam videlicet que erat rubea cum tendorio de scarlato, standaro, et alijs guarnimentis et armamentis in ea, armatam de hominibus Baruli, et aliam de hominibus Trani, solidatas pro mense vno, et munitas panatica pro duobus mensibus. Que erant de numero vigintiquinque nostre Curie vassellorum ad partes Achaie profecturorum in subsidium magnifici viri Principis Achaie de mandato nostro; et dimissis predictis duabus teridis, ad supplendum numerum predictorum viginti quinque nostre Curie vassellorum pofectorum ad partes Achaie in subsidium Principis supradicti, cum predictis duabus galeis, galiono et vacchettis paratis et munitis, et predictis vassellis alijs deductis per te cum predicta nostra, ad dictas partes Vngarie transfretauit. Et quod dedisti eidem Marescalco vel alijs de mandato suo panaticam pro familia ipsius filie nostre et sua in certa quantitate, sicut patet, vt asseris, per apodixam exinde tibi factam. Que omnia placent nobis, et beneplacito nostro cedunt; eo quod predicta nostra filia honorabilius et tutius in predictis galeis, galiono et vacchetta ac vassellis alijs conductis per te, vt dictum est., profecta est ad partes Vngarie supradictcs. Et ea omnia tenore presentium acceptamus, et tam predicti Marescalci nostri, quam tui huiusmodi prouisionis et sollicitudinis studia commendamus. Datum ibidem XVI. Septembris XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. Reg. Karoli I. kötetéből. 6. l.; u. o.)

27.

I. Károly siciliai királynak rendelete a Bellomonte Drogo siciliai főlovászmester által felvett kölcsön tárgyában. 1270.

Pro domino Drógone de Bellomonte Regni Sicilie Marescalco.

¶. XXIIII. Septembris scriptum est Secreto Apulie.

Cum Drogo de Bellomonte Regni Sicilie Marescalcus

cum filia nostra ad Regnum Hungarie se personaliter conferat, et postmodum in Siciliam redire intendat; cui nauem aliquam pro suo passagio ad presens mittere non valeamus, et propterea miserimus et velimus, vt ad expensas nostre Curie sibi de passagio prouideas, et oportuna procures nauigia inuenire: fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus quando idem Marescalcus ad aliquem Regni nostri portum applicuerit, ad eius requisitionem omnes expensas, quas in eodem passagio suo et familie sue fecerit, tam pro conducendis nauigijs, quam pro faciendis expensis alijs oportunis de pecunia Curie nostre officij tui, que est vel erit per manus tuas, eidem vel suo pro eo nuntio exhibeas sine difficultate qualibet ac persoluas, mandato nostro aliquo non obstante, propter quod huiusmodi solutio impediri valeat vel differri. Recepturus nichilominus de hiis que dederis apodixas ydoneas ad cautelam. (XXIV. Septembris XIV. indictionis.)

(A »Registri Angioini« D. 6. sz. Reg. Karoli I. kötetében 168. lev. és A. 29. sz. kötetéből 29. lev.; u. o.)

28.

Sixtus mester ezztergomi kanczellár mint a magyar király követe Siciliában. 1270.

Vicesecreto Messane, ut daret et assignare procuret decem vel usque ad quindecim uncias auri de pecunia Curie officii sui, que est etc. Notario Raynerio Beni pro expensis Magistri Sisti Cancellarii Strigoniensis Nuntii Regis Vngarie, et familie sue existenti in Messana. Recepturus etc. Datum Castello Johannis (a mai Villa S. Giovanni melletti Pezzo Ponte nevű vár Calabriában, nem messze Reggiőtől) XXVII. Decembris XIV. indictionis, Regni nostri anno sexto.

(A »Registri Angioini« B. 10. sz. Reg. Karoli I. kötetében 69. lev.; u. o.)

29.

Quirini Tamás velenczei consul I. Károly siciliai királyhoz intézett levelében beismeri, hogy Almissa tengeri város és kerülete a magyar király birtokában van. 1271.

Eodem ibidem (1271. Bari január 25.) scriptum est Magistro Portulano Prothontino, Portulanis Magistris Juraratis et Officialibus singulis per terras Maritime in Apulia constitutis presentes licteras inspecturis.

Thomas Qnirinus Consul Venetorum in Apulia nobis etc. quod nobilis vir Drogo de Bellomonte etc. occasione, quod per pirratos Almesij vascellum quoddam, in quo vehebantur eiusdem Marescalci et Archiepiscopi Tranensis homines, equi et bona alia, captum fuit, et cum eisdem personis, bonis et equis, per pirratos ipsos detentum, vobis officialibus expresse mandauit, vt personas, — — — et bona Raguseorum, Jadratinorum et aliorum Dalmatinorum fidelium — — — — viri domini Ducis Venetiarum detinere et arrestare deberetis, nec ipsos dimittere vel relaxare absque ipsius Marescalci licentia et mandato. Cumque asserat predictus Consul, homines ipsius Castri Almesij non esse de Districtu seu iurisdictione Venetiarum, set immediate ad illustrem dominum Regem Vngarie pertinere, et supplicauerit, vt securitas Venetis et fidelibus Ducis Venetiarnm indulta per Regiam Maiestatem illesa seruetur; vobis vniuersis et singulis etc. quatenus Venetos ipsos et fideles eiusdem Ducis occasione mandati per eundem Marescalcum facti vobis, vel alium loco sui, in personis vel bonis eorum non molestetis, nec faciatis ab alijs molestari, set eos in terris domini Regis permittatis permanentes securos; sicut hijs per Maiestatem Regiam est indultum.

(A »Registri Angioini« C. 9. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 224. lev.; u. o.)

30.

I. Károly siciliai királynak rendelete a leánya Izabella magyarországi utazására felvett kölcsönök visszafizetése tárgyában. 1271.

VII. Nouembris XV. indictionis Melfie scriptum est dohanarijs et fundicarijs Baruli in hec verba:

Pro parte Philippi de Santa Croce Prothontini etc. fuit expositum coram nobis, quod dudum Johanni de Confluentia Justitiario Capitanate etc. datum fuit mandatum continentie infrascripte.

Hugo Dux Burgundie etc. Johanni de Confluentia etc. Exposuit nobis Philippus de Sancta Cruce miles etc. quod licet dominus noster Rex olim tibi sub certa forma dedisset suis licteris in mandatis, vt eidem Philippo ad requisitionem suam pecuniam necessariam pro conducendis galeis, in quibus illustris mulier domina Ysabella nata Regis eiusdem cum sua comitiua ad partes Vngarie portaretur, sine difficultate qualibet assignare, et requisitus ab eo de dandis pro ipso negotio vncijs auri ducentis ponderis generalis: tu tamen asserens, pecuniam Curie tue pre manibus non habere, pecuniam ipsam eidem Philippo assignare hactenus non curasti; sed potius per licteras tuas clausas, quas tuo sigillo munitas coram nobis presentauit, rogasti eundem, vt tibi eandem pecuniam, quam sibi restituere promisisti, pro huiusmodi negotio mutuaret. Quare prefatus Philippus supplicauit, vt cum ipse predictam quantitatem pecunie de huiusmodi promissione tua confisus, pro eodem negotio de suo persoluerit, ipsam sibi restituere madaremus. Ideoque etc. auctoritate qua fungimur etc., quatenus statim receptis presentibus, non obstante de tempore iam elapso, et quod negotia predicta Curie sint peracta; eo quod predictus Philippus promissione licterarum tuarum predictarum confidens ipsa, de proprio extitit executus mandatum predictum Regis de pecunia presenti, que subter maritagio seu baiulationis licteris aut collectis primo imponende in Justitiariatu tuo sine quacunque etc. in omnibus et per omnia exequaris,

mandato aliquo etc. Recepturus etc. Datum Baroli XIII. Decembris XIIII. indictionis.

Cumque, sicut idem Philippus asseruit, predictus Justitiarius auctoritate predicti mandati scripsisset quibusdam collectoribus quarundem terrarum jurisdictionis sue, quod collectio de mandato predicti Ducis imposita dudum, vt predictas vncias auri ducentas ponderis generalis specialibus nuntijs eidem Philippo per licteras denotatas de eadem pecunia soluere deberet; et quia de mandato nostro super recollectione predicte collecte etc. dictus Justitiarius supersedit: predictis nuntijs predicti Philippi per collectores predictos, neque per eundem Justitiarium, neque per alios pro parte ipsius extitit aliquid exsolutum; sicut constare posse asserit per patentes licteras Justitiarij predicti, quas penes se habet; idem Philippus nobis humiliter supplicauit, vt super restitutione predicte pecunie sibi dignaremur prouidere. Cuius supplicationibus etc., fidelitati etc., quatenus, si vobis legitime constiterit de pecunijs, predictas vncias auri ducentas eidem Philippo vel certo eius nuntio etc. de pecunia cabelle vestre, que est vel erit etc. exhibere debeatis, et ab eo recipere exinde apodixam. Non obstante etc. mandato facto vel faciendo per quendam etc. vel aliquo etc. Cum volumus eundem Philippum indempnem exinde conseruare.

(A »Reg. Angioini« A. 29. sz. Reg. Karoli I. köt. 264. l.; n. o.)

31.

Drugetti Miklós I. Károly siciliai királynak híve. 1271. körül.

— — — Nicolaus Drugetti (a későbbi magyarországi Druget családnak egyik őse) familiaris et fidelis noster (Caroli I. Regis Siciliae.)

(A »Reg. Angioini« A. 3. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 39. lev. u. o.)

32.

I. Károly siciliai királynak levele a magyarországi kunok nemeseihez, melylyel V. István magyar király halála után őket a László király és Izabella vagyis Erzsébet királynéhezi hüségre buzdítja. 1272.

Scriptum est Mangnifico viro Albret et alijs Nobilibus Cumanis dilectis amicis suis etc. Multiplicibus efferimus laudibus fidelitatis vestre constantiam, quam et erga clare memorie dominum S(tephanum) Illustrem Regem Vngarie seruauistis, et seruatis etiam incensanter erga iuniorem dominum Regem Laudislaum heredem ipsius filium carissimum, strenue sibi et potenter contra hostes pronptis animis assistendo. Super que licet vestrum impleatis debitum, quo eidem iuniori Regi nationis identitas vos astringit: nos tamen, qui honorem et exaltationem ipsius non aliter quam nostros prosequimur, constituimur vobis exinde specialiter debitores, proponentes autore Deo, collata et conferenda per vos nobis in ipso Rege seruantia condignis retributonibus iuxta meritorum vestrorum exigentiam compensare. De impediendo (igy »impendendo« helyett) autem per nos dicto Regi subsidio contra hostes, scire vos volumus, quod sicut per nostros frequentes nuncios et licteras iam respondimus; parati semper sumus de gente ac rebus nostris magnifice ac potenter ei succurrere, quotienscunque fuerimus requisiti. Rogantes deuotionem vestram actentius et ortantes, quatenus solitos vestre feruentis fidej ad dictum Regem affectus pariter et effectus indesinenter continuare curetis; sicque vos in omnibus ad incrementum honoris eius spectantibus indefensis (igy) studijs exercere. Quod et apud ipsum et nos etiam pro multiplicatis meritis multiplicetur uobis cumulus premiorum. Datum apud Vrbem Ueterem VIII. Junij prime indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 3. sz. a »Reg. Caroli I.« czimü kötetéból 90. l.; u. o.)

33.

I. Károly siciliai király János mecheniai prépostot, kit Magyarországba követnek küld, a magyarországi rendeknek ajánlja. 1272.

Karolus Primus etc. Scriptum est vniuersis Ecclesiarum Prelatis, Comitibus, Baronibus, alijsque nobilibus per Regnum Vngarie constitutis, dilectis et amicis suis.

Cum venerabilem virum Johannem Prepositum Mochoniensem, dilectum Consiliarium, familiarem et fidelem nostrum, in Vngariam pro quibusdam negotijs ad honorem carissimorum filiorum nostrorum, domini Ladizlai Regis, et Ysabelle Regine Vngarie spectantibus specialiter destinemus: sinceritatem vestram requirimus et rogamus, quatenus eidem Preprosito super hijs, que ad honorem tam eorundem Regis et Regine, quam nostrum pertinentia vobis ex parte nostra retulerit, fidem velitis adhibere plenariam, et ad prosecutionem ac expeditionem illorum inpendere opem et operam efficacem; ita quod vobis exinde dignas referre gratias teneamur. Datum Florentie die XXII. Julij I. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 14. sz. Reg. Karoli I. kötet. 118. l.; u. o.)

34.

I. Károly siciliai király magyarországi követének János mecheniai prépostnak utazása iránt intézkedik. 1272.

Scriptum est Gauffrido Bauet Magistro Araciarum nostrarum etc. Cum venerabilem virum Johannem Prepositum Mecheniensem dilectum Consiliarium familiarem et fidelem nostrum in Vngariam destinemus: volumus et mandamus, quatenus quactuor equos, quos tibi nuntius dicti Prepositi assignabit, aput Spinaczolam sub expensis nostre Curie facias summa diligentia custodirj; ita quod possis exinde merito commendari. Datum Florentie XXVII. Julij prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 3. sz. »Reg. Caroli I.« czimü köt. 99. l.; u. o.)

35.

I. Károly siciliai királynak V. István magyar király halála után a magyarországi rendekhez intézett levele. 1272.

Baronibus Regni Vngarie consolatorie.

Scriptum est vniuersis Prelatis, Comitibus et Baronibus per Vngariam, Dalmatiam, Galliciam, Ramam, Seruiam, Lodomeriam, Cumaniam et Bulgariam constitutis.

Tetigit fideles cunctos intrinsecus et in concussione columpne tam nobilis status Catholice fidei stabilitatem solidam substentantis, nos cum ceteris, imo pre ceteris Principibus ortodoxis continginium et iactura, quam nos communem omnium, propriam tamen specialiter deploramus; dum clare memorie dominus St(ephanus) Vngarie Rex Magnificus, dilectus affinis noster, progenitorum suorum in defensione fidei et libertatis ecclesiastice imitator, ipso volente, qui aufert spem Principum, et legem mortis omnibus fecit esse communem, de medio est sublatus. Profecto grauis est dolor, et tanti casus Principis, (qui) grauiter multos tangit, sic nos specialiter afficere noscitur, qui per affinitatis et amicitie vinculum indissolubiliter coniuncti, qui vnus et idem cum ipso mutuis voluntatibus censebamur. Verum licet multe sint cause, que possent occurrere ad huiusmodi ingentis doloris vehementiam exprimendam: quia tamen non expedit materiam exagerare dolendi, nec immensum contra iussionem Domini dolorem excedere; ne, quod absit, nomen ipsius exacerbari contingat: ad consolationis potius remedium recurramus, et solamine resumpto in eo, qui est omnium consolator, illius anime, si forte aliquid macule in ipsa remanserit, sicut in omnibus ex humane nature defectu et fragilitate contingit, vt per Diuinam abstergatur misericordiam, orationum et elemosinarum suffragiis adiuuetur; adhibeatur quoque sollicitudo continua, diligentia debita et prouisio salutaris. Que licet tam Magnifice domine Y(sabelle), Dei gratia Illustris Regine Vngarie, quam noui Regis Ladiclay, karissimi generi nostri, totius Regni status nullam omnino diminutionem honoris vel pacis sentiat; sed comitante virtute Diuina, vt seruetur salubriter et feliciter dirigatur. Vos igitur tanquam fideles subditi et deuoti, erga

Reginam et Regem nouum predictos fidelitatis debitum hoc maxime tempore adimplentes, et eos tanquam vestros dominos reuerentes et honorantes in omnibus, eidem genero tanquam Regi vestro sic obediatis deuote, ac humiliter intendatis; quod eius beneuolentiam et gratiam vobis merito vendicantes, mereamini eius continuis beneficijs et fauoribus confoueri. Nos autem, qui honores et commoda ipsius Regis sicut nostra prosequimur et zelamus; intendimus firmiter et parati existimus, tam de gente, quam rebus nostris sibi suisque fidelibus ad promouendum, confirmandum et prouehendum honorem eiusdem, nec non conseruandum pacificum statum Regni oportuna consilia pariter et auxilia exhibere, ac retribuere pro meritis hiis, qui dicto Regi fideliter obsequentur. Datum apud Montem Fortem per eundem (Magistrum Simonem) Regni Sicilie Cancellarium anno Domini M°. CC°. LXXII°. prime indictionis, Regni nostri anno octauo V. Septembris prime indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 15. sz. Reg. Karoli I.kötet. 81. l.; u. o.)

36.

Guido comes, IV. László magyar királynak követe Siciltában. 1274.

Magistris Portulanis Apulie, quod permittant Comitem Guidonem nuncium Illustris Regis Vngarie de portu Manfredonie extrahere triginta salmas ordei sine ali quo iure exiture. IX. Decembris II. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 18. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 182 lev.; u. o.)

37.

János mecheviai prépost és Alaman Marin, I. Károly siciliai király követei visszatérnek Magyarországból. 1275.

Scriptum et Justitiario Capitanate.

Cum religiosus vir Johannes Mecconiensis Prepositus, et Marinus dictus Alamannus, familiares et fideles nostri de partibus Vngarie, ad quas pro quibusdam arduis et expressis

nostris negotijs ipsos transmisimus, sint ad nos per mare, dimissis eorum equitaturis, prout eis mandauimus, in proximo redituri: volumus et mandamus, quatenus sic facias et procures, si deberes aliquem tuum ad hoc specialem nuncium in Manfridonium ordinare, quod statim, quod ipsi nostri nuncij uel eorum alter apud Manfridoniam applicabunt, equitaturas et alia inuenienda vsque ad nos necessaria, si deberes de equitaturis tuis eis propterea accomodare, habeant in instanti; ita quod ob defectum necessariorum non oporteat ipsos nuncios uel eorum alterum in Manfridonia uel alibi per vnam horam modo quolibet commorari. Actentius prouisurus, quod sicut indignationem Nostri Culminis vitare desideras, nullam in premissis commictas negligentiam uel defectum. Alioquin si secus presumpseris, preter hoc quod indignationem nostram incurres, penam quinquaginta vnciarum auri, quam tibi ex nunc imponimus pro premissis, a te mandabimus ad opus nostre Curie irremissibiliter extorquerj. Datum apud Montem Fortem XX. Junij III. indictionis.

(A »Registri Angioini«, B. 1. sz. »Reg. Caroli I.« czimü kötetéből 237. lev.; u. o.)

38.

I. Károly siciliai király pártfogolja Orvietoi Rajnaldot, ki mint a pápa követe Magyarországba utazik. 1276.

1. Scriptum est vniuersis et singulis tam fidelibus quam amicis, ad quos presentes peruenerint etc.

Vos amicos affectuose requirimus, vobisque fidelibus expresse mandamus, quatenus Rajnaldum de Vrbe Veteri, domini Pape seruientem, et Nuntium ad partes Vngarie de Summi Pontificis mandato euntem, nostri amoris intuitu commendatum habentes, nullam eidem in eundo, stando et redeundo, in persona uel rebus molestiam inferatis, nec ab alijs permittatis inferri; quin potius de securo conductu, si oportuerit, prouideatis eidem. Ita quod vobis amicis referre speciales gratias propterea teneamur, et vos fideles possimus exinde merito commendare. Presentibus post tres menses minime valituris. Datum Rome die XI. Aprilis IV. indictionis.

2. Scriptum est vniuersis tam amicis quam fidelibus presentes litteras inspecturis etc.

(Ut supra) Cum Gilectus lator presentium fidelis noster ad Illustrem Regem Vngarie, filium nostrum karissimum, nuper accedat: amicos requirimus etc., quod eundem Gilectum habentes nostri amoris intuitu propensius commendatum, nullam inferatis eidem molestiam etc. Datum Rome die XIV Aprilis IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 23. sz. Reg. Karoli I. kötet. 92. lev.; u. o.)

39.

I. Károly siciliai királynak intézkedése Fay-i Pontius a magyar-szlavoniai sz.-jánosrendiek perjelének hazájába utazása tárgyában. 1276.

Scriptum est Portulano Barolj etc.

Religiosus vir frater Pontius de Fay Ordinis Hospitalis Prior Vngarie et Sclauonie in nostra proposuit presentia constitutus, quod carissimus dominus et genitor noster Portulano Brundusij nuper pro eodem Priore scripsit per suas licteras in hac forma:

Karolus Dej gratia Rex Sicilie etc. Portulanis Brundusij etc. Fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus religiosum virum fratrem Pontium de Fay Ordinis Hospitalis Priorem Vngarie et Sclauonie, volentem ad vltramarinas partes accedere, exire de portu Brundusij cum quatuor ronzinis et octo mulis, ac eius familia, nec non cum victualibus pro vsu suo ac familie, ac annona animalium ipsorum ad transitum sufficientibus, libere permictatis. Prouiso, quod equos ad arma seu alia prohibita secum aliquatenus non transducat. Presentibus post menses duos minime valituris. Datum Rome per Magistrum Guillelmum de Fariduillo etc. die V. Martij IIII. indictionis.

Quare idem Prior petebat a nobis, ut cum ipse non de Brundusij, sed de Barolj portu exire, ac ad easdem vltramarinas partes accedere sua in hac parte commoditate pensata proponat: prouidere sibi super hoc oportuno remedio curare-

mus. Nos igitur ipsius Prioris precibus annuentes, vobis Regia etc. districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum Priorem has Regias, quam presentes nostras, uobis licteras assignantem, de predicto portu Barolj cum sua familia et numero ronzinorum et mulorum, et alijs in eisdem licteris Regijs contentis exire, ac ad easdem partes accedere libere permictatis iuxta predictarum Regiarum directarum super hoc eisdem Portulanis Brundusij continentiam licterarum. Presentibus post terminum in eisdem licteris Regijs expressum minime valituris. Datum ut supra (apud Turrim Sancti Erasmi XV. Aprilis IV. indictionis.)

(A »Registri Angioini« C. 9. sz. »Reg. Karoli primogeniti« czímü kötetéből 80. lev.; u. o.)

40.

I. Károly siciliai király mint kibékítő közbenjáró IV. László magyar és II. Otakar cseh királyok közt. 1276.

Venerabiles viri Johannes Prepositus de Meglionica et Radulfus Nicosiensis Cantor, Clerici et Consiliarij, ac nobilis vir Guido de Valle Grinosa miles, familiares et fideles plenam et expertam fiduciam obtinentes destinati sunt procuratores ad pacem tractandam et firmandam inter excellentes et magnificos Principes dominos L. Hungarie et O. Boemie Reges illustres. Datum Rome XXII. Aprilis IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 23. sz. »Reg. Karoli I. kötetéből 96. lev.; hol ezen okmány ki van húzva, s oldalvást a következők olvashatók: »Deregistrata; quia rescripta est in loco suo in extravagantibus extra Regnum sub eadem data«: u. o.)

41.

Nikodem, kemleki esperest mint IV. László magyar királynak követe I. Károly siciliai királyndl. 1276.

Karolus (etc. Magistro Nicolao Bucceli Thesaurario, ut Nichodemum Archidiaconum de Camluc Nuncium Regis Hungarie) honorificet, ac eidem prouideat de expensis necessarijs, conductu, equitaturis, ac de nauigio, secundum quod

expediens fuerit. Datum in castris prope Cartaginem die XVIII Septembris IV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 13. sz. »Reg. Karoli I.« kötet. 56. lev.; u. o.)

42.

Magyar eredetü Henrik barát I. Károly siciliai király szolgálatában. 1276.

1. (Herricus Barrat clericus Regis Caroli missus est ad Curiam Romanam pro quibusdam negotiis.) Datum in castris prope Cartaginem XXIV. Septembris IV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 29. cz. »Reg. Karoli I.« kötet. 84. l.; u. o.)

2. (Huetus de la Bruyere habet unum equum qui appretiatur Melfie per Adamum Forre militem Vicemarescalcum et Magistrum Henricum Barat.)

(A »Reg. Angioini« A. 1. sz. »Reg. Karoli I.« kötet. 34. l.; u. o.)

43.

Bursonoi Jakab, a Magyarországba küldött siciliai sereg vezére annak ellátására Siciliából élelmeket visz ki. 1277.

Jacobus de Bursono habet licentiam extrahendi e Regno libere a jure exiture frumenti salmas ducentas, ac porcos viuos centum, deferendas per mare ad partes Sclauonie vel Dalmatie, et deinde ad partes Vngarie, ad quas destinatus est. Datum V. Augusti V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 26. sz. »Reg. Caroli I.« kötet. 76. l.; u. o.)

44.

János mester II. Otakar cseh, és Pontius mint I. Károly siciliai király követei Magyarországba indulnak. 1277.

(Portulano Apuliae, quod libere exire permittat) Magistrum Johannem Boemum nuncium Regis Boemie, ac Pontium familiarem nostrum, (qui ad) Illustrem Regem Vngarie

pro quibusdam seruitiis sunt destinati.) Datum Venusij IV. Junij V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 26. sz. »Reg. Karoli I.« kötet. 61. l.; u. o.)

45.

I. Károly siciliai királynak intézkedése a Fursonoi Jakab és Bumello Vilmos allatt Magyarországba küldendö serege számára szükséges hajók tárgyában. 1277.

Scriptum est eidem (Justitiario Capitanate.)

Cum, sicut accepimus, teride nostre, in quibus Jacobus de Bursono Capitaneus, et Guillelmus Bumellus Marescallus stipendiariorum nostrorum, debent in Vngariam nauigare, bono modo recedere nequeant, nisi barcas aliquas secum habeant: fidelitati tue precipimus, quatenus statim receptis presentibus, mora qualibet pretermissa, barcas de concreta corpora, tamen cum afissis a patronis earundem pretio competenti, quod eis te soluere volumus, conducas; et illas predictis Capitaneo et Marescallo in ipsorum et alterius gentis nostre seruicijs facias assignari. Non enim intendimus, quod ipse barce de alia gente, quam teridarum ipsarum armentur; cum nolumus, quod superius fiant alij pro eisdem. Cauens actente, ne aliquam in hoc committas negligentiam vel defectum; cum nolumus, quod teridarum ipsarum ad Vngarie partes accesus propterea aliquatenus retardetur. Datum apud Lacum Pensilem die VI. Augusti V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 27. sz. »Reg. Karoli I.« kötet 27. l.; u. o.)

46.

I. Károly siciliai királynak ezen sereg élelmezésére vonatkozó rendelete. 1277.

Scriptum est venerabilj viro Magistro Petro Fannellj Archidiacono Aureliano dilecto Thesaurarie etc.

Quia damus per nostras licteras firmiter in mandatis Magistris Portulanis Apulie, vel eorum locumtenentibus in

Manfredonia, seu Portulanis, et alijs statutis super custodia portus ipsius Terre, quod ipsi iuxta prouisionem et requisitionem tuam permictant onerarj et extrahj ordeum pro annona equorum militum deputatorum cum Jacobo de Bursono ituro Capitaneo ad partes Vngarie, ac equorum Guillelmj Brunnellj, et millitum ac armigerorum secum deputatorum, nec non stipendiariorum nostrorum ad partes ipsas cum eodem Capitaneo iturorum, recepta a te de requisitione et extractione huiusmodi ordei ad sui cautelam ydonea apodixa: volumus et tibi firmiter precipiendo mandamus, quatenus pecuniam, quam pro facienda solutione stipendiarijs nostris in Melphia morautibus expedire videris, discreto viro Magistro Guillelmo Buccellj dilecto clerico, Consiliario et familiari nostro, exhibitori presentium exhibeas et assignes, retenta tamen prius quantitate pecunie penes te pro perficienda solutione predictis stipendiarijs in Vngariam profecturis, statim pro expeditione istius negotij aput Manfridoniam debeas personaliter te conferre. De ducentis autem vncijs auri solutis per te thesaurario ituro in Vngariam cum Capitaneo supradicto, repetas et recipias ab eodem thesaurario vncias auri centum, soluas etiam gagia tribus armigeris morantibus cum Girardo de Morlano ituro cum Capitaneo supradicto. Item Remardo de Palera Magistro Balistariorum euntium cum eodem Capitaneo soluas vncias auri sex in suis gagiis computandis. Item pro equis eiusdem Jacobi Bursono sueque familie, ac armigerorum de suo hospitio alia victualia extrahi non permictas, nisi que sibi concessa sunt per nostras licteras extrahenda, nisi tantum pro equis sex militum deputatorum cum ipso, et pro equis predictorum stipendiariorum nostrorum ordeum extrahi patiaris. Bene quoque prouideas, ne cum vassellis, cum quibus dictus Capitaneus et stipendiarij nauigaturj erunt, extrahantur alia victualia, quam ea que superius sunt expressa. Et diligenter inspicias, si stipendiarij bene et sufficienter muniti sint equis et armis oportunis, nec stipendiarijs ipsis solutionis facias complementum, quousque ipsorum equos videris in vassellis, vel quod ipsi vadant fueris bene certus. Quod si aliquis voluerit quin vadat resistere, ipsum facias arrestarj, quousque pecuniam per ipsum receptam

tibi restituat et resignet. Item permictas extrahj ordeum pro equis Guillelmi Brunellj, marescallj predicti secertia (igy) militum, et pro ipsis equis decem armigerorum deputatorum cum ipso. Super quibus omnibus sic prouidentęr te gerere studeas, quod in conspectu Culminis Nostri possis proinde merito commendarj. Datum apud Lacum Pensilem VII. Aug. V. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 25. sz. »Reg. Caroli I.« czimü kötetéből. 146. l.; u. o.)

47.

I. Károly siciliai királynak ugyanazon tárgyra vonatkozó rendelete. 1277.

Scriptum est Magistris Prothontinis et Portulanis Apulie etc.

Fidelitati vestre districte precipimus, quatenus iuxta requisitionem et prouisionem venerabilis viri Magistri Petri Farinelli etc. onerari et extrahi ordeum pro annona equorum militum deputatorum cum Jacobo de Bursono familiari et fideli nostro, ituro Capitaneo ad partes Vngarie de Celsitudinis Nostre mandato; nec non equorum Guillelmi Brunelli Marescalli, ac militum et armigerorum deputatorum cum illo, et aliorum etiam stipendiariorum nostrorum cum eodem Capitaneo ad partes predictas Vngarie similiter iturorum, de portu Manfredonie libere et sine conditione aliqua permittatis etc. Datum apud Lacum Pensilem die VII. Augnsti V. indictionis.

(A »Reg Angioini« B. 26. sz. »Reg. Karoli I.« kötet. 76. l.; u. o.)

48.

I. Kátoly siciliai királynak rendelete az emlitett sereg átszállitására szükséges hajók beszerzése tárgyában. 1277.

Scriptum est Pascalj de Guarino Prothontino Brundusij etc.

Fidelitati tue sub obtentu gratie nostre firmiter et expresse precipimus, quatenus statim receptis presentibus, omni

prorsus mora et occasione cessanda, conferas te apud Barolum cum duabus galeis et vno galiono Curie nostre, quibus per Curiam nostram prees, et recipias ibi Angelum de Sancta Cruce, et personas alias inuentas et solidandas per eum pro duodecim teridis Curie nostre, que instanter debent pro nostris seruicijs nauigare; et deferas ipsos omnes incontinenter cum armis et rebus eorum apud Manfridoniam, vbi teride ipse existunt; et deinde cum ipsis galeis et galiono in comitiua ipsarum teridarum vsque ad locum, ad quem accedere et nauigare debent, accedas, et ab eis aliquatenus non discedas. Et cum ad locum ipsum peruenient, statim quod gens nostra de teridis ipsis discederet cum equis et rebus eorum in comitiua ipsarum teridarum, cum eisdem galeis et galiono apud Manfridoniam reuertaris; et in continenti quod ad portum Manfridonie redieris, diem reditus tui cum vasselis eisdem Maiestati Nostre per licteras tuas significes, ut tibi nostrum beneplacitum rescribamus, quod abinde in antea sis facturus. Cautus existens, quod in veniendo ad presens apud Barolum ad recipiendum dictum Angelum de Sancta Cruce et personas alias teridarum ipsarum, et deinde apud Manfridoniam pro celeriter complendo viagio supradicto, moram vel desidiam aliquam non commictas. Quia si occasione more tue faciende cum predictis galeis et galiono viagium seu discessum ipsarum teridarum contingerit contra nostrum beneplacitum retardarj; omnes expensas, que propterea interim fierent, a te de tuo proprio exigi faciemus. Volumus insuper, quod vna alia terida, quam in Vescis armarj et pararj mandauimus, nauigaturum cum predictis alijs duodecim teridis in portu Manfridonie existentibus, cum eisdem duodecim teridis similiter simul debeat nauigare. Et tam in eundo quam in redeundo eam cum ipsis galeis et galiono conducere debeas cum alijs duodecim teridis supradictis. Datum apud Lacum Pensilem VIII. Augusti V. indictionis.

(A »Registri Angioini« 25. sz. »Reg. Karoli I.« czimü kötetéből 147. l.; u. o.)

49.

I. Károly siciliai királynak rendelete ugyanazon tárgyban. 1277.

Scriptum est Pascali de Guarino Prothontino Brundusij, preposito duarum galearum et vnius galeonj deputatarum ad custodiam maritime Apulie etc.

Licteras tuas, quas Nostre Celsitudini destinasti, et benigne recepimus, et quia significasti per eas, quod die Mercurij XI. presentis mensis Augusti cum duabus galeis et vno galiono Curie nostre, quibus prehes ad portum Manfridonie, supplicans mandatum a Celsitudine Nostra habere per licteras, quid pro seruitijs nostris cum vassellis ipsis in antea sis facturuus; tibi duximus taliter respondendum: quod volumus et fidelitati tue mandamus, ut sicut tibi ante receptionem ipsarum licterarum tuarum per alias licteras nostras mandauimus, cum ipsis duabus galeis et vno galiono nauigare debeas in comitiua et securo ducatu duodecim teridarum, que sunt in portu Manfridonie, et vnius alterius teride, que est in portu Vescarum, cum quibus Jacobum Bursonem et Guillelmum Brunellum, dilectos familiares et fideles nostros, et alios stipendiarios nostros euntes cum eis ad partes Vngarie pro nostris seruicijs, destinamus, usque ad locum, ad quem teride ipse cum eisdem stipendiarijs nostris ibunt. Et postquam stipendiarij ipsi cum equis et rebus eorum de teridis ipsis in loco predicto descenderent, cum eisdem tresdecim teridis apud Manfridoniam reuertaris; ita quod teridas ipsas interim cum ipsis duabus galeis et galiono aliquatenus non dimittas, et statim ea hora qua cum ipsis galeis, galiono et teridis apud Manfridoniam reddieris, redditum ibidem Magestati Nostre per licteras tuas significes, ut quod in antea pro seruitijs nostris facere debeas, tibi per nostras licteras iniungamus. Datum apud Lacum Pensilem XIII. Augusti V. indictionis.

(A »Registri Angioini« I. Karolus A. 25. számu Reg. Karoli I. kötetéből 151. lev.; u. o.)

50.

I. Károly siciliai királynak rendelete a hajók egybeállitása tárgyában. 1277.

Scriptum est Nicolao de Galiano de Barolo etc.

Ad licteras tuas, quas Nostro Culmini destinasti, per quas significasti, te moram trassisse apud Manfridoniam in custodia teridarum nostrarum, et quod die Mercurij XI. presentis mensis Augusti Protontinus Brundusij cum duabus galeis et vno galiono Curie nostre, quibus prehest, applicuit apud Manfridoniam, cum quibus galeis et galiono uenit similiter a Barolo Jacobus Bussonus, dilectus miles familiaris et fidelis noster cum alia gente nostra cum teridis ipsis pro nostris seruitijs proficisci, tibi duximus taliter respondendum: quod placet nobis et uolumus, quod pro plena salubritate seruitiorum nostrorum simul cum Angelo de Sancta Cruce de Barolo fideli nostro cum teridis ipsis usque ad locum, ad quem cum gente nostra ire debet, et in redeundo a loco ipso apud Manfridoniam debeas te conferre, et similiter cum eodem Angelo in viagio ipso prouidere et exequi studeatis ea, que honorj nostro et salubritati seruitorum videritis expedire, et tam in eundo quam in reddeundo a comitiua duarum galearum et vnius galionj, quibus prehest predictus Protontinus, cum predictis teridis nullatenus discedatis; cum eidem Protontino per nostras licteras mandemus, ut cum ipsis galeis et galiono in comitiua ipsarum teridarum in eundo et reddeundo debeat se conferre, et a comitiua ipsarum aliquatenus non discedat. Datum ut supra (apud Lacum Pensilem XIII. Augusti V. indictionis.)

(A »Registri Angioini« A. 25. sz. Károli I. kötet. 151. l.; u. o.)

51.

I. Károly siciliai királynak rendelete a Magyarországba küldendő sereg vezéreihez. 1277.

Scriptum est Jacobo de Bursono Capitaneo stipendiariorum nostrorum iturorum in Vngaria etc.

Receptis tuis licteris, et ipsarum tenore diligentius intellecto; quia petebas per illas, vt duos trumbatores tibi de-

beret Serenitas Nostra concedere: Excellentie Nostre placet, vt trumbatores ipsos vna cum marescallo debeas retinere. Preconem autem non tibi concedimus; cum videatur indecens, quod in terra Regis Vngarie preconem alium habes, quam et ipse. Cum et nos non substineremus, quod in terra nostra preconem haberet alium, nisi nos. Et propterea visum non est nobis conueniens, tibi preconem concedere supradictum. Marescallum etiam equorum petitum per te ad gagia nostra tibi necessarium concedimus. Cum pro te tuaque familia expensas de Curia nostra habeas ordinatas, et cum viagium tuum, marescalli, et aliorum stipendiariorum nostrorum accelerari Nostra plurimum Celsitudo desideret: volumus, vt quam citius poteris cum illis adeundo festines; quia tam tu et illi possetis in partibus istis morari, quod preter quam eritis in Vngaria, vobis expense deficerent. Et propterea non est utile, quod moram trahatis aliquam adeumdo. Datum apud Lacum Pensilem die XIV. Augusti V. indictionis.

Guillelmo Brunelli militi marescallo stipendiariorum in Vngariam iturorum scripte sunt littere similes, quam scripte fuerunt Jacobo de Bursono.

(A »Registri Angioini« A. 25. sz. »Reg. Karoli I.« kötetéből 151. lev.; u. o.)

52.

I. Károly siciliai királynak rendeletei ezen sereg ellátása tárgyában, 1277.

1. Scriptum est Balduino de Cleriaco Erario stipendiariorum iturorum in Vngariam etc.

(Quod viginti stipendiariis de comitiva Jacobi de Bursono expensas non faciat aliquas, nisi 60 uncias auri solutas illis prius recipiat ab eisdem. Sed dicto Capitaneo eiusque familiae expensas iuxta mandatum subministret. Iniungitur eidem, quod uncias 100 auri, quas ab Archidiacono Aurelianensi in secreto recipiet, diligenter conservet, illas non in

alios usus convertat, nec expendat). Si vero dictus Capitaneus ad dandum sibi aliquid de predicta pecunia te forte compelleret; dicas eidem, quod tantundem de fructibus terre sue exigi faciemus. Restitutionem autem equorum, quos infra festum Omnium Sanctorum proxime venturum mori contigerit, te vsque ad predictum festum de pecunia facere volumus supradicta; elapso vero termino restitutionem de pecunia ipsa non facias aliquam, sed tantum de pecunia Regis Vngarie, quam recipere te continget. Datum apud Lacum Pensilem die XIV. Augusti V. indictionis.

(U. o.)

2. Scriptum est Galiano de Barolo etc,

(Ut simul cum Angelo de Sancta Cruce se conferat ad locum, ad quem cum gente Regis Caroli ire debet; et simul cum eodem Angelo in viagio ipso providere et exequi studeat ea, quae honori Regis ipsius, et salubritati servitorum suorum viderit expedire. Et quod comitiva aliquatenus non discedat. Datum ut supra.)

(U. o.)

3. Scriptum est Nicolao de Galiano Baruli, Angelo de Sancta Cruce Monopolis, et Pascali de Guarino Brundusii Prothontinis etc.

Cum vos vna cum Jacobo de Bursono, Guillelmo Brunelli, et stipendiariis nostris, quos ad Vngarie partes transmittimus, destinemus; fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus postquam Deo auctore perueneritis ad ciuitatem Traguriensem, vltra nullatenus procedatis, sed statim ad presenciam nostram omni mora postposita redire curetis Datum ut supra.

(U. o.)

4. Scriptum est Pascali de Guarino Prothontino Brundusii etc.

(Ut cum duabus galeis et uno galione naviget in comitiva et securo ducatu duodecim teridarum, quae sunt in portu Manfredoniae, et unius alterius teridae, quae est in portu Vestarum, cum quibus Jacobus de Bursono, et Guillelmus Bru-

nellus, et alii stipendiarii sunt ad partes Hungariae pro servitiis Regis destinati. Datum ut supra.)

(U. o.)

53.

I. Károly siciliai király tengeri hajói és magyarországi ügyeire vonatkozó intézkedesei. 1277.

Scriptum est Nicolao de Galiano de Barulo etc.

Volumus et fidelitati tue districte precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus cum teridis nostris, que nuper de Vngaria redierunt, nec non Pascali de Guarino Prothontino Brundusii, et galeis nostris, apud Brundusium studeas te conferre, ac abinde cum vasis ipsis non discedas. quousque ab Excellentia Nostra receperis aliud in mandatis, Et cum de conditionibus Vngarie, et qualiter genti nostre eunti ad partes illas cum teridis nostris successit in viagio et descensu, certificari velimus: placet nobis, vt aliquem fidelem nostrum, qui tecum ibi fuerit, instructum de omnibus, ad presentiam nostram statim destinare procures: vt per ipsum de hijs possimus plenius informari. Datum apud Lacum Pensilem die XXVI. Augusti V. indictionis.

In simili forma scriptum fuit Pascali de Guarino Prothontino Brundnsij.

(A »Registri Angioini« A. 25. sz. »Reg. Karoli I.« kötetéből 161. lev.; u. o.)

54.

I. Károly siciliai király a IV. László magyar és II. Otakar cseh királyok közti békekötés közvetitöje. 1277.

Patentes de confirmatione pacis inter Regem Vngarie et Regem Boemie.

Karolus etc. vniuersis presentes licteras inspecturis salutem et omne bonum. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum excellentes et magnifici Principes, domini L. Vngarie et O.

Boemie amicus nostri carissimi Reges Illustres, super discordijs, que inter ipsos vertuntur, condescendentes ad pacem, et ad hoc certum locum et terminum statuentes, nos rogassent per nuntios et licteras speciales, vt pro soliditate ipsius pacis, eiusque perpetua firmitate predictis loco et termino vel nos personaliter interesse, vel aliquos de nostro Consilio deberemus ad confirmationem pacis huiusmodi destinare: Nos qui vtriusque Regis statum pacificum et tranquillum cunctis desiderijs affectamus, alijs magnis et arduis intenti negotijs, in predictis loco et termino interesse personaliter nequientes, et nolentes ipsi paci propterea aliquod, quod absit, preiudicium generari, vel ipsam hac occasione quoquo modo differri; de prouidentia et fidelitate venerabilium patrum F. Tragonensis et P. Capudaquensis Episcoporum Consiliariorum, ac nobilis viri Guidonis de Valle Gringnosa militis, familiarium et fidelium nostrorum, plenam ab experto fiduciam obtinentes, ipsos loco nostri ad pacem predictam faciendam et firmandam duximus specialiter destinandos. Dantes eisdem, vel duobus ex eis, si tertium abesse contigerit, plenam et liberam tenore presentium potestatem tractandi, promictendi et firmandi in pace ipsa, quicquid nos tractare, promictere et firmare possemus, si personaliter adessemus; ac promictentes nos sub ypotheca bonorum nostrorum ratum habituros et firmum, quicquid per predictos, vel duos ex eis, si omnes tres nequiuerint interesse, tractatum, promissum seu firmatum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium presentes licteras nostras fieri, et sigillo Maiestatis Nostre iussimus communiri. Datum Viterbij XXIIII. Septembris V. indictionis.

(A »Registri Angioini« U. vagyis 25. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 213. l.; u. o.)

55.

I. Károly ezen ügybeni követeinek megbizó levele. 1277.

De credentia pro pace predicta firmanda.

Scriptum est vniuersis Baronibus Vngarie dilectis amicis suis, quod cum nos super tractatum pacis inter Regem Vngarie filium nostrum carissimum, et Regem Boemie, complendo atque firmando venerabiles patres F. Tragunensem, et P. Capudaquensem Episcopos Consiliarios, et nobilem virum Guidonem de Valle Grinuosa militem, familiares et fideles nostros dilectos, ad Reges eosdem specialiter distinemus: nobilitatem vestram rogamus, quatenus circa fidem et deuotionem predicti filij nostri constanter et laudabiliter persistentes, predictis Episcopis et militi, aut duobus ex eis si ad id omnes interesse nequiuerint, fidem velitis in hijs, que vobis super eadem pace de parte nostra retulerint, plenariam adhibere. Datum Viterbij XXV. Septembris V. indictionis.

(A »Registri Angioini« U. 25. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 213. lev.; u. o.)

56.

I. Károly siciliai királynak ez ügybeni levele IV. László magyar királyhoz. 1277.

Item scriptum est Excellenti et magnifico Principi domino Ladizlao Dei gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Cumanie, Bulgarieque Regi karissimo filio suo etc.

Nouerit Excellentia Vestra, quod cum Vos et Magnificus Princeps dominus O. Rex Boemie illustris super discordijs, que vertuntur ad inuicem, condescendentes ad pacem etc. vt supra. Datum vt supra.

(A »Registri Angioini» U. vagyis 25. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 213. lev.; u. o.)

57.

I. Károly siciliai királynak ugyanazon ügybeni levele II. Otakar cseh királyhoz. 1277.

Item scriptum est Excellenti et Magnifico Principi O. Dei gratia Illustri Regi Boemia, Duci Austrie, Stirie et Karinthie, Marchioni Morauie, Domino Carniole, Egre et Portus Naonis, karissimo amico suo etc. Nouerit Exellentia Vestra, quod cum vos et Magnificus Princeps karissimus filius noster L. Rex Vngarie illustris super discordijs, que vertuntur ad inuicem, condescendetes ad pacem etc. vt supra. Datum vt supra.

(A »Registri Angioini« U. 25. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 213. lev.; u. o)

- - -

58.

János szépkúti apát mint IV. Lászlo magyar király követe Siciliában. 1277.

Portulano Apulie, vt religioso viro fratri Johanni quondam Abbati Bellifanti Systercitensis Ordinis, Nuncio Regis Vngarie ad inueniendum vas, in quo transfretari valeat ad partes Vngarie, oportuno auxilio assistens, ipsum de quocunque portu Apulie exire permittat etc. Datum Viterbij die XVII. Octobris V. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 26, sz. Reg. Karoli I. kötetéből 41. lev.; u. o.)

59.

IV. László magyar királynak követei Siciliában. 1277,

Justitiario Aprutij, quod se conferat Sulmonam, et faciat bonam societatem Petro Comiti Trium Camporum, Abbati Balfontis, et Corrado de Meolano militi, et omnibus alijs de Vngaria venientibus.

(A »Registri Angioini« A. 1. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 60. lev.; u. o)

60.

I. Károly siciliai király Jánost, szépkúti apátot, bizonyos megbizással küldi Magyarországba. 1277.

Scriptum est venerabili patri J. Dragunensi Episcopo etc. Cum religiosum virum Johannem quondam Abbatem Bellifanti dilectum etc. ad carissimum filium nostrum Illustrem Regem Vngarie, necnon ad Prelates et Barones ipsius Regni super quampluribus negotijs, contingentibus statum et honorem tam Regis quam Regni, specialiter destinemus; quia de vestra prudentia et legalitate plene gerimus fiduciam ob expertum, sinceritatem vestram requirimus et rogamus, quatenus ab eodem Johanne super premissis omnibus per ea, que sibi et in scriptis tradidimus et oretenus explicauimus, plenius informati, legationes omnes huiusmodi tam penes dictum Regem, quam Prelatos et Barones, quibus scribimus, prosequi vna cum eodem Johanne ac exequi diligenter et fideliter, prout de vobis confidimus, studeatis. Detum vt supra (XI. Julii V. indictionis.)

(A »Registri Angioini« D. 32. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 253. lev.; u. o.)

61.

Mark, IV. László magyar királynak követe visszatér Magyarozszágba. 1278.

Magistris Portulanis Apulie mandatum est, quod Marcum Nuntium Regis Vngarie exire permittant; prouiso quod aliqua prohibita secum aliquatenus non transducat. Datum apud Turrim Sancti Herasmi VI. Madij VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 90. lev.; u. o.)

62.

I. Károly siciliai király IV. László magyar király követeinek ellátásáról gondoskodik. 1278.

Charles etc. a Martin de Dourdin et a Johan Tronsevache etc. Nous vous mandons, que vous baillez et livrez au mesagier du roy de Humguerie II vnces en tournois dargent a la raison de L gros tournois dargent pour vnces, et receues de ce que vous baillerez (payerez) au mesagier bone apodixe. Donne a Saint Germain le VII. jour du mois de May de la VI. indiction.

(A »Registri Angioini« D. 32. sz. Reg. Karoli I. kötetébol 353. lev.; u. o.)

63.

A Siciliában tartózkodott pozsonyi (?) püspök visszatér hazájába. 1278.

Magistro Portulano Apulie.

Quod restaurari faciat galeam Episcopi Posoniensis,

qui dudum ad portum Brundusij applicavit, et deinde ad presentiam nostram venit; et quod Episcopum ipsum cum dicta galea exire per mare libere permittat. Datum apud Soram IX. Maii VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 1. sz. Reg. Karoli 1. kötetéből 152. lev.; u. o.)

64.

I, Károly siciliai királynak rendelete ugyanazon tárgyban. 1278.

Charles etc. a Martin de Dourden et a Johan Tronsevache etc. Nous vous mandons, que vous baillez et livres as personnes ci desous escrites cinc vnces IV tarins IX grains en florins d' or, cest a savoir—. — — — — — — — — — au mesagier du roy de Hunguerie pour deus canes (canna nápolyi mérték — 3 röf,) de beie a faire vne cote, et pour la facra XX tarins IX grains et a — — — — — — etc. Donne a la Cour de Capes le XXIX. jour dumois dauril de la VI. indiction.

(A »Registri Angioini« D. 32. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 352. lev.; u. o.)

65.

I. Károly siciliai király Péter comest, IV. László magyar király követét Telesiába hívja meg. 1278.

Scriptum est Justitiario Aprutij etc.

Cum velimus, vt nobilis vir Petrus Comes Trium Camporum, vna cum Gregorio filio nobilis viri Johannis Magistri de Ungaria, et ipsorum comitiua vadant Telesiam, ibique, vbi in vigilia Beati Petri proxime futura existere precipimus, Domino concedente nostrum prestolentur aduentum volumus

et mandamus, quatenus statim receptis presentibus equitaturas pro equitatione et arnesijs eorum deferendis necessarias, nec non decentes expensas vsque Telesiam per aliquem, de quo confidas, de quacunque pecunia Curie nostre, que est vel erit per manus tuas, ministrare facias nobili supradicto; ita quod ibidem predicta vigilia ad tardius sint presentes. Recepturus de his, que ministraueris, scriptum competens ad cautelam. Mandans nichilominus Bego et eius fratri valletis nostris, vt ipsum nobilem associent et conducant, actentius prouisuri, ne ob equitaturarum vel expensarum deffectum iter ipsorum in aliquo retardetur; sic ut nostram gratiam caram habes. Datum Rome die XIIII. Junij VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. I. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 162. lev.; u. o.)

66.

Bursonoi Jakab I. Károly siciliai király hadi népeinek vezére Magyarországban. 1278.

(In quadam ordinatione Karoli I. Regis Siciliae Magistro Portulano Apuliae brevis mentio fit temporis) quo Jacobus de Bursono miles, familiaris et fidelis noster iuit cum gente nostra in Hungariam stb. Datum Thelesie XXVIII. Junii VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 1. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 162. lev.; u. o.)

67.

Brussonoi Jakab I. Károly Magyarországból már visszatért hadi népeinek volt vezére. 1278.

De Jacobo de Brussono, qui militauit cum gente Regis Caroli in Vngaria.

(A »Registri Angioini« O. 2. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 2. lev.; u. o.)

68.

Adalék I. Károly siciliai király Magyarországban szolgáló katonáinak fizetéséről. 1278.

Die Martis XVI. eiusdem ibidem (Augusti VII. indictionis apud Lacum Pensilem) solute sunt subscriptis militi vno et stipendiarijs quatuor, qui redierunt de Hungaria, pro eisdem tribus mensibus ad rationem de vncijs IIII pro predicto milite, et vncijs II pro quolibet stipendiariorum ipsorum per mensem de mandato Regio; videlicet

Domino Ade de Villa Martese in angariam per vncias XII angarie XLVIII.

Arnulfo Sueri Vincentio Pas Angerone de Termis Raymundo de Morlans	in angarijs per vncias XXIIII angarie XCVI.

Johanni de Lumares pro eisdem tribus mensibus vncie XXIIII.

(A »Registri Angioini« 225. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 276. ev.; u. o.)

69.

I. Károly siciliai királynak rendelete, hogy István, István bán fia, kit Bursonoi Jakab túszul hozott magával Magyarországból, Traniban őriztessék. 1278.

Scriptum est Justitiario Capitanate.

Quod Stephanum filium Stephani, duos seruientes, et vnum vallictum eius existentes in Manfridonia, quos Jacobus de Bursono Miles, dilectus familiaris et fideliis noster, nuper de partibus Vngarie secum duxit, per et pro parte Curie nostre recipi a quibuscunque custodientibus eos in terra Manfridonie (faciat et) ad castrum Trani mittat sub fida et diligenti custodia. XXI. Augusti VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 1. sz. a. »Regesta Karoli I.« czimü kötetetéből 117. lev.; u. o.)

70.

I. Károly siciliai királynak rendelete Guarinoi Paszkal brindisi-i főnökhez, hogy azonnal hajón induljon Slavoniába. 1278.

Scriptum est Pascali de Guarino Prothontino Brundusij etc.

Fidelitati tue sub pena persone et omnium bonorum tuorum distriste precipiendo mandamus, quatenus in continenti, omni mora et occasione sublatis, cum vassellis nostris, quibus prees, ad custodiam maritime deputatis, ad partes Sclauonie, ad illa videlicet loca, que expressa fuerunt in alijs licteris nostris tibi per Guillelmum de Bruieriis clericum familiarem et fidelem nostrum pridem directis, debeas te conferre; delaturus tecum licteras nostras, quas tibi idem clericus assignauit, et executurus tam que predictus clericus tibi oretenus ex parte Celsitudinis Nostre retulit, quam que tibi commisimus per alias nostras licteras tibi per eundem clericum assignotas. Et in eundo ad partes easdem secure conducas in comitiua

tua vassella, que per Sergium Magistrum Portulanum et Procuratorem Apulie et Aprutij victualibus onerata ad partes ipsas mandauimus destinari. Datum Melfie die penultimo ejusdem (Septembris VI. indictionis).

(A »Registri Angioini« D. 31. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 47. lev.; u. o.)

71.

I. Károly siciliai király de Bruieri Vilmost különös rendelettel küldi Guarinoi Paszkalhoz. 1278.

Scriptum est Guillelmo de Bruierijs clerico et familiari suo etc.

Fidelitati tue firmiter et districte precipimus, quatenus informes Pascalem de Guarino Prothontinum Brundusij de credentia, de qua te informauimus in Curia nostra presentem; et acceleres onerationem victualium mictendorum apud Sclauoniam per Sergium Magistrum Portulanum Apulie etc. vt idem Sergius victualia ipsa mictat instanter ad vendendum iuxta tenorem mandatorum nostrorum sibi proinde transmissorum; et postquam galee cum vassellis oneratis ipsis victualibus de portu Syponti recesserunt, tu instanter ad nostram Curiam reuertaris. Datum Melfie penultimo Septembris VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. 31. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 47. lev.; u. o.)

72.

I. Károly siciliai király elfogadja az olyan összegekre vonatkozó számadást, melyek Magyarországban volt seregének és követének ellátására fordittattak. 1278.

Scriptum est eidem.

Quia ad executionem duorum mandatorum nostrorum

patentium tibi pridie directorum, que per tuas licteras recepisse scripsisti, Nostre Celsitudini reserasti, et te soluisse scripsisti pro receptis pannis, et pennis emptis per Rogerium de Camera familiarem nostrum, de consilio et cogniuentia Philippi de Sancta Cruce, et Galgani de Marsa de Barulo, nostrorum fidelium pro robbis Capitanei et Marascalli et octo militum de comitiua eorum, qui de mandato Nostri Culminis olim in Vngariam accesserunt; nec non pro robbis venerabilis patris J. Tragunensis Episcopi in Vngariam similiter tunc de nostro beneplacito profecturi, subscriptis mercatoribus subscriptam pecunie quantitatem, videlicet stb., de cuius significatione pecunie solute per te in omnibus supradictis habere nostras licteras responsales humiliter supplicasti: tuis supplicationibus clementer admissis, significatione huiusmodi presentes Maiestatis Nostre licteras responsales tibi duximus remittendas; cuius pecunie quantitatem predictam soluisse scripsisti per predictas licteras tuas predictis mercatoribus de pannis et pennis emptis predictis infra mensem Augustum V. indictionis proxime preteritum, sicut predicte tue lictere continebant. Datum Fogie die II. Novembris VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 5. lev.; u. o).

73.

I. Károly siciliai királynak rendelete Bari föld justitiariusához, hogy a Traniban letartóztatott magyar túszok ellátásáról kellőleg intézkedjék. 1279.

Justitiarius Terre Barri habuit mandatum exhibendi expensas pro Stephano filio Stephani de Vngaria, fratre suo, nec non seruientibus et seruitoribus suis. Stephanus exponit Regi, quod expensas habere a dicto Justisiario non potest, qui cauillose pretendit, sigillum paruum in licteris continentibus mandatum predictum impressum esse deuastatum et fractum. Dictus Justitiarius habet mandatum expressum exhibendi

expensas dictis Vngaris ad rationem tarenorum auri duorum ponderis generalis pro omnibus per diem etc. Datum apud Turrim Santi Herasmi die XVIII. Martij VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« F. .8. sz. Reg. Károli I. kötetéből 228. lev; u. o.)

74.

I. Károly siciliai királynak ugyanazon tárgyra vonatkozó rendelete. 1279.

Scriptum est Castellano Castri Trani etc.

Ecce quod per Beccum valletum et fidelem nostrum latorem presentium mictimus ad te Nicholetum, quem nuper duxit de Vngaria Jacobus de Boursono dilectus miles familiaris et fidelis noster, cum vno famulo suo, fidelitati tue mandantes, quatenus predictum Nicholetum cum eodem famulo suo in castro ipso Tirani, tue costodie deputato, recipiens ipsos in eodem castro cum omni diligentia studeas custodire, et eos esse facias simul in eodem castro cum Stephano filio Stephani, quem pridem de Manfridonia per Justitiarium Capitanate ad te ad predictum castrum mandauimus destinari; quibus Nicholeto et famulo suo expensas exhibeas competentes et necessarias, quod de ipsis exinde tibi in breui mandabimus prouideri. Circa quorum diligentem custodiam eas adhibeas diligentiam et cautelam, quod de eis sinistrum aliquod non emergat; quod si sinistrum emergetur, illud in personam tuam procul dubio impungemus. Facias eidem Becco de receptione ipsorum ydoneam apodixam, et statim quod eos in castro receperis licteras tuas scribas. Et eos non liberes sine specialibus licteris nostris, sub utrisque sigillis nostris, magno pendenti videlicet et paruo secreto tibi propterea dirigendis. Datum apud Lacum Pensilem die V. Septembris VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 224. lev.; u. o.)

75.

I. Károly siciliai királynak rendelete Trani vár várnagyához, hogy az ott letartóztatott magyar túszok hazájukba visszabocsáttassanak. 1279.

Scriptum est Castellano Castri Trani etc.

Cum beneplaciti nostri sit, quod Nicolaus filius Comitis Falcasij, et Stephanus filius Stephani Bani, qui de mandato nostro per te in castro nostro Trani custodiuntur ut obsides, liberentur de carcere, et ad propria reuertantur: fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus predictos obsides ad requisitionem venerabilis patris J. Dragunensis Episcopi, dilecti Consiliarij, familiaris et fidelis nostri, per quem eos ad partes eorum remittemus, liberes, et abire libere sine conditione aliqua patiaris. Datum Melfie mense Septembris XXV. eiusdem VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 26. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 241. lev. és 37. köt 3 lev.; u. o.)

76.

I. Károly siciliai királynak rendelete, hogy a még Traniban tartózkodó magyar túszok kellőleg minden szükséglettel elláttassanak. 1279.

Scriptum est Castellano castri Trani etc.

Cum intellexerimus, quod pueri illi Vngari obsides, videlicet Stephanus et Nicolaus, quos in castro ipso de mandato nostro custodis, grauiter infirmentur, et non velimus, quod ob defectum aliquem expensarum, quem ipsos pati didicimus, periculum aliquid de obsidibus ipsis valeat eueniri; fidelitati tne firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus expensas omnes necessarias, tam in medicis et medicinis, quam alijs pro victu pueris ipsis et eorum nutricibus et familijs oportunis, de tuo proprio facere studeas, et etiam ministrari. Nos

enim expensas ipsas in aduentu nostro ad partes ipsas, quem credimus esse vicinum, cum omni integritate tibi computari et restitui cum integritate qualibet faciemus. Cautus, ne occasione defectus expensarum huiusmodi de pueris ipsis sinistrum aliquid valeat euenire. Datum Melfie die VII. Octobris VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 30. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 19. lev.; u. o.)

77.

I. Károly siciliai királynak ugyanazokra vonatkozó rendelete. 1279.

Justitiario Terre Bari, quod Stephano de Vngaria existenti in Trani exhibeat pro se, fratre suo, duobus seruitoribus et duobus seruientibus expensas. Datum Manfredonie IX. Decembris VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« H. 33. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 164, lev.; u. o.)

78.

I. Károly siciliai király követeket küld Magyarországba 1279.

Magister Portulanus et Procurator Apulie et Aprutij habet mandatum sub pena centum vnciarium auri, inueniendi vassellum aliquod bonum et vtile pretio quo poterit meliori, quo venerabilis vir Johannes Prepositus Vngarie, et Episcopus Tragunensis dilectus Consiliarius et familiaris, Magister Matheus Galardus, fideles Regis, et quidam alii de familia eiusdem Regis transmittendi pro quibusdam servitijs ad partes Vngarie, possint de Syponto Nouello (Manfridonia) vsque

ad partes Sclauonie per mare bene et salubriter transfretari. Datum apud Lacum Pensilem VII. Augusti VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 30. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 85. lev.; u. o.)

79.

Pál horvátországi bán és testvérei fegyverszünetre lépnek a velenczei köztársasággal. 1280.

Tregua Bani Pauli et fratrum.

In Christi nomine, die dominico XIV. mensis Madii presentibus dominis Jacobo Donato, Leonardo Gisi Sancti Eusadii, Pancratio Venerio Sancti Johannis decollati, et Marco Maripetro Sancti Seueri, Tanto Cancellario et Rustichino Benintendi Notario et scriba Ducatus Venetiarum testibus vocatis et rogatis, et aliis multis, coram Illustri domino Petro Gradonico Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Duce et Domino Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, astantibus sibi nobilibus viris Andrea de Molino, Leonardo Venerio, Marino Ruzino, Gratono Dandulo, Gabriele Delfino et Johanne Superancio Sancti Angeli. Nobiles viri domini Pasqua de Varicasso et Domaldus de Zadulino, ciues Jadre, nuncii, procuratores, sindici et actores Egregii viri domini Pauli Breberiensis Bani et eius fratrum Comitis Georgii et Comitis Mladini, ad infra scripta constituti, sicut apparet per instrumentum publicum inde scriptum et roboratum per manum Henrici Imperiali auctoritate Notarii et Jadrensis Jurati anno Incarnationis Christi millesimo ducentesimo octuagesimo, indictione tercia, die sexto intrante mensis Marcii, procuratorio, sindicario et actorio nomine pro predictis dominis Paulo Bano et Comitibus Georgio et Mladino fratribus, solempniter inierunt, fecerunt et firmauerunt meram, puram et firmam treuguam usque ad tres annos continuos et completos cum predicto Magnifico domino Petro Gradonico Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Duce et Domino

Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, recipienti et stipulanti pro se et Communi et hominibus Veneciarum, habitatoribus, subiectis et districtualibus suis. Promittentes nomine, quo dictum est, supradicto domino Duci recipienti pro se, pro Communi et hominibus Veneciarum, quod predicti fratres vel aliquis eorum per se seu per homines Almisii seu per ullos eorum vel alicuius eorum homines subditos, seu per homines, qui se receptarent in Banatu, vel Comitatibus predictorum dominorum fratrum, seu in aliis eorum terris, vel sub eorum vel alicuius eorum dominio, non offendent nec offendi facient nec offendi permittent in personis vel rebus dictum dominium Ducem, Commune et homines Veneciarum, nec habitatores, fideles, districtuales seu subditos dicti domini Ducis, nec nec aliquam terram seu locum habentem Rectorem pro dicto domino Duce.

(Régi másolat bőrhártyán a bécsi császári titkos levéltárban).

80.

Guddei Robert a magyarországi templomrendiek egyik preceptora Siciliából tér vissza hazájába. 1280.

Scriptum est Magistris Portulanis Apulie et Aprutij, quod fratrem Robbertum de Gudde Preceptorem Militie Domus Templi in Vngaria ad partes ipsas redeuntem cum equitatura et quatuordecim familiaribus suis etc. libere exire permittant. Datum apud Lacum Pensilem XXVIII. Augusti VIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 35. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 26. lev., az olasz király Grande Archivioban Nápolyban.

81.

Ugyanarról 1280.

Idem frater Robertus habet licentiam extrahendi per mare sine iure exiture salmas ordei ducentas ferendas apud Jadaram et Zablacam pro vsu ipsius Domus Templi. Datum apud Lacum Pensilem vltimo Augusti VIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 35. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 27. lev.; u. o.)

82.

II. Károly sicilia király fia Martell Károly és annak gyermekeiről gondoskodik. 1284. körül.

(Rex Carolus II. fecit emere pro festo Omnium Sanctorum varias »robbas cum foderaturis« pro infantibus domini Principis Caroli primogeniti sui, et octo domicellis de comitiua ipsorum infantium, inter quas pluribus vicibus memoratur certa »Camusia Heue de Vngaria.«)

(A »Registri Angioini« A. 48. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 43. lev.; u. o.)

84.

II. Károly 1284—1308. siciliai király, Mária V. István magyar király leányának férje és Robert Károly magyar királynak nagyatyja. 1285.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Princeps Achaye, Andegauie, et Prouincie et Forcalquerii Comes.

(A »Registri Angioini« czimü regestakönyvek szerint.)

84.

II. Károly siciliai király tanácsosát György grófot küldi Magyarországba. 1285.

Magistris Rationalibus Magne Curie Baroli, quod assignari faciant galionem vnum viro nobili Comiti Georgio Consiliario familiari et fideli ad mandatum nostrum in Vngariam reddituro. Datum Neapoli X. Februarij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. kötetében 166. lev ; u. o.)

85.

János mester Henrik bánnak fia II. Károly siciliai király udvarában. 1285.

Magister Johannes filius Henrici Bani recipitur in militem et familiarem Karoli II. XIV. Madij indictioniis XIII.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 245. lev. ; u. o.)

86.

Pál horvátországi bán a jádraiak számára a pápa segétségét kéri. 1285.

Exemplum litere Bani Pauli misse domino Pape in fauorem Jadrensium.

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Clementi Divina prouidentia Sacrosancte Romane Ecclesie Summo ac Vniuersali Pontifici, domino suo plurimum reuerendo, Paulus Banus Chroatorum et Dominus Bosne, pedum oscula beatorum cum prontitudine seruiendo. Quia non qui inceperit, sed quod perseuerauerit, recipit brauium, ac illud presertim pium est laudandum, quod fine clauditur meliori.

Idcirco in deuotione debita permanere, et cum prompta ac fideli continuatione seruitiis seruitia accumulare, Vestreque Sanctitatis mandatis et preceptis, non parcendo periculis et expensis, per omnia cupiens obedire, considerans Vestre Dominationis contra Venetos latas sententias, ac eorum visa proteruia et duritia, et honorem et gloriam Sancte Matris Ecclesie in medium Jadratinorum nostrorum deuotorum et fidélium, qui Vestre Sanctitatis speciali ducti fiducia, a Venetorum violento dominio recedentes ad libertatem debitam peruenerunt; requisitus per eosdem, meum primogenitum Banum Maladinum Banum Bosnensium misi cum potentia ad defendendum et manutenendum et protegendum predictos Jadratinos, tanquam obedientie filios et deuotos, contra Venetos supradictos. Sane quia dicti Veneti continuo tenent galeas armatas ante Jadram in insulas ipsorum deuastando, nec habeam ad presens galeas ad obuiandum eisdem hostiliter, sicut decet rebellibus Ecclesie, Sanctitati Vestre placeat de benignitate consueta taliter super hec prouidere, quod dicti Jadratini, fideles vestri et deuoti, non possint nec valeant per dictos Venetos, vel per aliquos amicos et fautores eorum prece et precio infectos, modo aliquo agrauari vel aliqualiter molestari, cum aliqui obliti sue salutis proprie et mandati Vicarii Jesu Christi, tam apud Ferrarium ausu temerario se opposuerunt toto posse manifeste, quam hic opponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi prefati Jadratini Vestre Sanctitasis mediante auxilio, consilio, protectione speciali et fauore sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, similia sine esitatione aliqua securius faciendi, ac Vestre Sanctitatis beneplacitis et mandatis per omnia cum obedientia debita complacenda, et quod Veneti antedicti de sua proteruia non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correctio sit metus multorum, et deinceps non attentet aliquis ac presumat similius contra Romanum Pontificem et vniversale dominium perpetrare Domino concedente. Datum Scardone die XVI. Junii.

(A »Commemoriali« czimű velenczei államkönyvekből. I köt. 68. l.)

87.

Pál horvátországi bán és a velenczei köztársaság közt három évi fegyverszünet. 1290.

In Christi nomine, die dominico, quartodecimo mensis Madii. Presentibus dominis Jacobo Donato, Leonardo Gysi Sancti Eustadii, Prancratio Venerio Sancti Johannis decollati, Marco Maripetro Sancti Seueri, Tanto Cancellario, et Rustechino Benintendi Notario et scriba Ducatus Veneciarum, testibus vocatis et rogatis, et multis aliis, coram Illustri domino Petro Gradonico Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Duce et Domino Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, astantibus sibi nobilibus viris Andrea de Molino, Leonardo Venerio, Marino Ruzino, Grabono Dandulo, Gabriele Delfino, Johanne Superancio Sancti Angeli, Consiliariis eius; nobiles viri domini Pasqua de Vericasso et Domaldus de Zedulino ciues Jadre, nuncii, procuratores, sindici et actores Egregii viri domini Pauli Berberiensis Bani et eius fratrum Comitis Georgii et Comitis Mladini ad infrascripta constituti, sicut apparet per instrumentum publicum inde scriptum et roboratum per manum Henrici Imperiali auctoritate Notarii et Jadrensis Jurati anno Incarnationis Christi millesimo ducentesimo octuagesimo nono, indictione tercia, die sexto intrante mense Marcii, procuratorio, sindicario et actorio nomine pro predictis dominis Paulo Bano et Comitibus Georgio et Mladino fratribus, solempniter inierunt, fecerunt, et firmauerunt meram, puram et firmam treuguam usque ad tres annos continuos et completos cum predicto Magnifico domino Petro Gradonico Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Croacie Duce et Domino Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, recipientes et stipulantes pro se et pro Communi et hominibus Veneciarum, habitatoribus, subiectis et districtualibus suis; promittentes nomine, quo dictum est, supra dicto domino Duci recipienti pro se et pro Communi et hominibus Veneciarum, quod ptedicti fratres, vel aliquis eorum per se, seu per homines Almisii, seu per ullos eorum vel alicuius eorum homines

subditos, seu per homines, qui se receptant in Bannatu vel Comitatibus predictorum dominorum fratrum, seu in aliis eorum terris, vel sub eorum vel alicuius eorum dominio, non offendent, nec offendi facient, nec offendi permittent in personis vel rebus dictum dominum Ducem, Commune et homines Veneciarum, nec habitatores fideles districtuales seu subditos dicti domini Ducis, nec aliquam terram seu locum habentem Rectorem pro dicto domino Duce; sed eos, et omnes et singulos in personis et rebus tam in mari quam in terris eorum, et in toto eorum dominio, et cuiuslibet eorum, habebunt saluos et securos. Item occasione ipsa promiserunt supradicti domini fratres, quod si ipsi vel aliquis eorum per se vel alios attemptassent seu attemptasset aliquid contra honorem domini ducis Veneciarum de terra Farre et Braze, vel de aliqua alia terra vel loco habente Rectorem pro domino Duce, remouebunt se omni modo attemptare de cetero contra honorem eius, nec attemptabunt amplius de terris et locis predictis. Item quod predicti domini fratres vel aliquis eorum per se vel per homines Almisii, seu per ullos eorum vel alicuius eorum homines subditos, seu per homines, qui se receptarent in Bannatu vel Comitatibus predictorum dominorum, seu in aliis eorum terris, seu sub eorum dominio, vel per alios non accostabunt se cum eorum ligno vel lignis alicui vel aliquibus ligno vel lignis Venetorum, seu habitatorum Veneciis, fidelium vel subditorum et districtualium dicti domini Ducis, nisi cum pupi antea, nec inferent nec facient eis nec alicui eorum, nec alii vel aliis qui foret vel forent in dicto ligno vel lignis, iniuriam, molestiam, dampnum, offensionem vel grauamen in personis vel rebus existentibus in dicto ligno vel lignis. Et eciam predictos Venetos, habitatores Veneciis, fideles subditos et districtuales dicti domini Ducis existentes in ligno vel lignis forinsecurom cum personis et rebus non offendent, nec eis inferent nec facient iniuriam, molestiam, dampnum, offensionem vel grauamen in personis vel rebus eorum, sed eos omnes et singulos cum omnibus bonis et rebus eorum tam in suis, quam in forinsecorum ligno vel lignis habebunt saluos et securos; nec venient ab Ancona ultra versus Venecias, nec a Nia vltra versus Venecias. Preterea dicti nuncii, procura-

tores, sindici, actores, procuratorio nomine predictorum dominorum Pauli Bani et Comitum Georgii et Mladini, solempniter promiserunt dicto domino Duci, recipienti pro se et Communi et hominibus Veneciarum, quod ipsi usque ad duos menses dabunt et procurabunt bonas et ydoneas securitates nuncio seu sindico dicti domini Ducis et Communis Veneciarum de libris viginti milibus denariorum Venecialium, videlicet Commune Tragurii, Sibinici et Spalati, et de singularibus hominibus Jadre, qui et que solempniter et principaliter promittent et se obligabunt in dicta quantitate pecunie pro predictis omnibus attendendis, obseruandis et adimplendis. Item dicti procuratores, sindici seu actores et nuncii, sicut superius promiserunt et fecerunt, sic ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro iurauerunt in animabus predictorum dominorum Bani Pauli et Comitum Georgii et Mladini, quod ipsi domini et quilibet eorum attendent, obseruabunt, adimplebunt et facient, et attendi, obseruari, adimpleri et fieri facient omnia et singula suprascripta, et quod ea omnia et singula ratificabunt, approbabunt, promittent et ad Sancta Dei Euangelia iurabunt attendere, obseruare, adimplere et facere, et attendi, obseruari, adimpleri et fieri facient, et contra non venient aliqua racione, ingenio siue causa, et de hiis fieri facient publicum instrumentum sigillis eorum signatum, quod dabunt nuncio seu sindico dicti domini Ducis sub pena dicte plezarie viginti millium librarum dande. Versa vice predictus dominus Dux per se, Commune et homines Veneciarum, habitatores, subiectos et districtuales suos, iniuit, fecit et firmauit meram, puram el firmam treuguam usque ad tres annos continuos et completos cum supradictis nunciis, procuratoribus, sindicis et actoribus predictorum dominorum Bani Pauli et Comitum Georgii et Mladini, recipientibus pro eisdem; promittentes, quod ipse dominus Dux per se, seu per Commune et homines Veneciarum, habitatores, fideles et districstuales seu subditos suos, non offendet nec offendi faciet, nec offendi permittet, in personis vel rebus predictos dominos Banum Paulum et Comites Georgium et Mladinum, nec homines Almisii, seu ullos eorum homines, qui se receptarent in Banatu vel Comitatibus eorumdem, seu in aliis eorum ter-

ris, vel eo rum seu alicuius eorum dominio, sed eos omnes et singulos in personis et rebus tam in mari quam in terris suis et sui dominii habebit saluos et securos. Ceterum si dictus dominus Comes Georgius veniret Venecias occasione eundi ad curiam domini Pape, vel alia occasione, dictus dominus Dux per se et predictos suos habebit et haberi faciet eum cum sua comitiua in personis et rebus saluum et securum Venecias veniendo, stando, eundo et redeundo. Et in horum fidem et euidenciam pleniorem dictus dominus Dux presens publicum instrumentum sua bulla plumbea communiri mandauit. Actum est hoc in felici urbe Veneciarum, in ducali palacio anno Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi currente millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tercia.

Ego Ziliolus de Xanino Imperiali auctoritate Notarius Publicus et Ducatus Veneciarum Scriba predictis omnibus interfui, et rogatus a partibus supradictis predicta scribere, scripsi et publicaui.

(Eredetie bőrhártyán a velenczei nagy levéltárban.)

88.

Kozma ifjabb Erzsébet magyar királynénak követe. 1290.

Cosma Lombardi de Vngaria, nuncius et familiaris Isabelle Regine Vngarię sororis Caroli II., habet pro se et heredibus suis uncias auri duodecim anno quolibet. XVI. Septembris III. indictione.

(A »Registri Angioini« C. (E) 50. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 369. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.

89.

Benedek és Endre Martell Károly, és anyja Mária királyné követei. 1290.

Saluus conductus pro Benedicto et Andrea Nuncijs Magnifici Principis Regis Vngarie et Illustris Regine matris

eiusdem, accedentibus ad Regem Carolum II. Datum Reate (Rieti) XXVII. Septembris III. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. 52. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 10. lev.; u. o.)

90.

Kozma ifjabb Erzsébet magyar királynénak követe. 1290.

Idem Cosma in excambium prouisionis predicte habet concessionem pro se et heredibus suis extrahendi anno quolibet salmas frumenti centum viginti de quibuscunque portubus Apulie et Capitanate sine jure exiture. VII. Octobris III. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 50. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 396. lev.; u. o.)

91.

II. Károly siciliai király a szerbiai királynénak gabona kivitelére engedélt ad. 1290.

Scriptum est Secretis Apulie etc.

Cum nos Illustri Regine Seruie affini nostre licentiam extrahendi per nuncios suos de portubus decrete vobis Prouincie, abinde deferendas per mare ad partes Regni sui pro munitione castrorum suorum eiusdem Regni, mille salmas frumenti etc. libere a jure exiture duxerimus concedendum: fidelitati vestre precipimus, quatenus extrahi etc. permittatis. III. Novembris III. indictionis.

(A »Registri Angioini« M. 70. sz. Reg. Karoli II. kötetéből u. o.)

92.

Martell Károly, II. Károly vicariusa a siciliai királyságban.
1290.

Karolus primogenitus illustris Jerusalem et Sicilie Regis, Dei gratia Rex Vngarie, Princeps Salernitanus, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, ac eius in Regno Sicilie Vicarius Generalis.

(A »Registri Angioini« czimü regestakönyvek szerint).

93.

Trogisioi Ferencz Martell Károly követe Magyarországba.
1291.

Scriptum est eisdem statutis (ad receptionem fiscalis pecunie) etc.

Cum vir nobilis dominus Franciscus de Trogisio de speciali mandato dominorum Regis genitoris ac Regine genitricis nostrorum et nostro se ad partes Vngarie presentialiter conferat pro quibusdam Regni Vngarie negotijs specialibus et expressis: volumus et districte precipiendo mandamus, quatenus ad exactionem duarum partium addohamentj per eundem dominum Franciscum, ac dominos Marsilium et Trogisium fratres, ac Fredericum nepotem suos pro bonis feudalibus, que tenet a Curia pro anno presenti quarte indictionis debiti, quorum bonorum feudale seruitium de duobus militibus et medio fieri debere asseritur, cuiusque addohamentj tertiam partem vobis se asseruit persoluisse, nullatenus procedatis. Cum de hac occasione predicti viagij, quod predictus dominus Franciscus in Vngariam facit, ad presens eis velimus gratiam facere specialem. Mandato aliquo huic contrario non obstante. Datum Neapolj die VIII. Januarij IIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« 12. sz. Reg. Karoli III. kötetéből 211. lev.; u. o.)

94.

II. Károly siciliai királynak nyiltlevele Magyarország rendeihez. 1291.

Scriptum est viris venerabilibus Egregijs nobilibus et discretis Prelatis Ecclesiarum, Comitibus, Baronibus, militibus et alijs vniuersis hominibus de Regno Vngarie presentes litteras inspecturis dilectis sibi etc.

Habet hoc proprium humani judicij rectitudo, vt que contra juris regulas acceptantur, abhorreat et ad vlciscendas injurias extra semitas rationis illatas, is qui presertim tangitur, potencialiter arma capescat. Sane non sine grandi amiratione nuper accepimus, quod bone memorie domino Ladislao Rege olim Vngarie, sororio nostro carissimo, humanis rebus excepto, quidam de Venetijs Andreatius nomine, lapsans habenas proprie voluntati, Regnum Vngarie, cujus successio per obitum dicti Regis ad Reginam consortem nostram carissimam, ipsius Regis germanam, et ejus heredes est rationabiliter deuoluta, nequiter occupauit, et assumens improuide diadema Regni predicti, ac intitulans indebite Regnum suo nomine, Regnum ipsum sic detinet occupatum. Cum itaque sincere dilectionis et solide fidelitatis constantiam, quas ad prefatum quondam Regem et predecessores ipsius iugiter abuistis, in predictam Reginam ex quadam vi nature vos deceat prorogare actente; vos requirimus et rogamus, quatenus in recta per vos consideratione deducta, qualiter dicto Andreatio nullum in Regno predicto ius competit, nullaque huiusmodi eius excessum, quem quidem nullatenus credimus vobis et vniuerso placere, iusticie norma corroboratis, eidem super predictis opportune contradictionis obstaculum opponatis, et erga predictam consortem nostram feruore debite dilectionis et fidelitatis accensi, eius et nostrum ipsius nomine velitis dominium intrare, vt proinde digna laudum preconia condignasque apud nos retributiones vobis propterea vendicetis; non ignorantes, quod nisi prefatus presumptor Regnum deserat supradictum, sic potentialiter in eum excitabimus vires nostras, quod

preuio Diuino nostroque presidio — — — nostra ex parte potentie nostra dextera comprimetur. Datum Vicentie die XXI. Aprilis IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 9. sz. Reg. Karoli I. kötetéből 143. lev.; u. o.)

95.

Frangepan Duym vegliai gróf, és Babonics Radiszló Szicíliában. 1291.

Scriptum est Justitiarijs, Capitaneis et Officialibus alijs, nec non et terrarum et quorumuis locorum Vniuersitatibus, et personis specialibus quibuscunque presentes licteras inspecturis fidelibus suis.

Cum viri nobiles Doymus Comes de Veglia, et Radislauus Babunio, nostri ac Regine consortis nostre fideles de Vngaria, venientes iam ad portum Manfredonie applicasse dicuntur, deinde se ad nostram ac eiusdem Regine presentiam collaturi; fidelitati vestre presentium tenore mandamus, quatenus eosdem Comites totamque familiam et comitiuam suam, cum animalibus et rebus eorum venire ad nostram dicteque Regine presentiam libere permictatis, nullam ipsis in personis et rebus eorum inferre presumatis iniuriam, molestiam vel iniuriam, quinimo habentes eos nostri dominatus intuitu efficaciter commendatos, et tractantes honorabiliter sicut decet, curetis eis ad requisitionem eorum de securo conductu, si et prout expedire videbitur, prouideri. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die VI. Junij IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 147. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 79. lev.; u. o.)

96.

II. Károly siciliai király az Anjou ház érdekeinek fenntartása végett meghatalmazottakat küld Magyarországba. 1291.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Prouincie et Forchalquerij Comes, et Maria eorundem Regnorum et Vngarie Regina consortes, venerabili in Christo patri domino . . . eadem gratia Episcopo Ogentino, Judici Leoni de Juuenatio et Magistro Hugolino de Luca, dilectis et deuotis suis salutem et dilectionem sinceram. De vestra fide, prudentia et experta constantia plenam fiduciam obtinentes, constituimus et ordinamus vos omnes et vestrum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, nostros veros et legitimos procuratores et nuncios speciales ad eundum ad partes Regni nostri Vngarie, petendum, requirendum et recipiendum nomine et pro parte nostra homagia et sacramenta fidelitatis ab hominibus dicti Regni nostri Vngarie fidelibus nostris cuiuscunque status, dignitatis aut conditionis existant; cum per obitum clare memorie domini Latislai olim Regis Vngarie, nostrique supra Regine germani, Regnum ipsum ad nos tanquam ad proximiorem gradu nuper sit rationalibiter deuolutum, prout in procuratorijs sub sigillis nostris inde confectis plenius continetur. Verum si contingat, quod Prelati, Barones, nobiles et alij dicti Regni huiusmodi homagia et fidelitatis sacramenta vobis nomine et pro parte nostra prestent, vt tenentur et debent, quod verisimiliter credimus, et innate dilectionis ardore, quem ipsi omnes ad nos prefatam Reginam, que de recta sumus Regali linea, habent et habere sperantur: volumus vobisque commictimus et mandamus, vt in administratione, regimine et gubernatione predicti Regni Vngarie persistatis, quousque per nos, aut Karolum primogenitum nostrum, qui illis vicinior est, ad presens super hec aliter sit prouisum. Nos enim administrandi, regendi et gubernandi nomine et pro parte nostra in Regno predicto plenam vobis concedimus auctoritate presentium potestatem; sic, vt vobis in solidum, ita quod non sit melior occupantis intentio, pro-

testas huiusmodi tribuatur. Mandantes tenore presentium vniuersis et singulis hominibus dicti Regui, cuiuscunqne dignitatis aut conditionis existant, quod vobis aut vestrum alteri super premissis vel premissorum quolibet pareant et intendant. Actum et datum Parisijs die XXI. mensis Septembris IV. indictionis, Regnorum nostrorum Jerusalem et Sicilie anno sexto.

Similes facte sunt venerabili in Christo patri domino B. Episcopo Auellonensi, Francisco Trogisii, et Magistro Hugolino de Luca dilectis et deuotis suis de verbo ad verbum vt supra. Datum vt supra.

Similes facte suut domino B. Episcopo Betentino, Gualterio de Melficta, et Magistro Hugolino de verbo ad verbum vt supra. Datum vt supra.

(A »Registri Angioini« X. 127. sz. Regesta Karoli II. kötetéből 63. lev.; u. o.)

97.

Martell Károly az Anjou ház Magyarországba küldött meghatalmazottjainak ellátásáról gondoskodik. 1291.

Scriptum est eisdem Justitiarijs (Principatus Terre Laboris et Aprutij.)

Cum venerabilis pater dominus H. Auellinensis Episcopus, dilectus et deuotus noster, ad partes Vngarie, de beneplacito Regis atqne nostro, vna cum alijs sit profecturus instanter ad prosequendum negotium ipsius Regni Vngarie, domine genitrici nostre ac nobis ex successione legitime spectantis; ipsi Episcopo pro expensis suis in huiusmodi exercenda faciendis vncias auri sexaginta ponderis generalis prouiderimus exhiberi; fidelitati tue precipimus, quatenus attendentes, quod dilatio prosecutionis huiusmodi posset esse nobis non modicum dispendiosa, quod absit, statim visis presentibus, omni dilationis, mora et occasione sublatis, predicto Episcopo, vel certo nuncio suo pro eo, dictas vncias auri sexaginta dicti

pónderis pro expensis predictis de quacunque pecunia presentis generalis subuentionis in jurisdictione predicti Justitiariatus tui imposite existente vel futura, per manus tuas sine aliquo difficultatis obstaculo exoluatis, ordinatione seu mandato de assignanda pecunia subuentionis ipsius statutis, ad recollectionem pecuniarum adohamenti et generalium subuentionum in Principatu Terre Laboris et Aprutij, vel quocunque alio mandato sub quacunque forma verborum vobis facto, vel in posterum faciendo, per quod effectus presentium impediri possit in aliquo vel differri, aliquatenus non obstante. Recepturi de his, que solueritis, apodixiam idoneam et cautelam. Scituri, quod si in presentis mandati expeditione, quod non dispendia respicit, et compendium celeritatis exposcit, aliquam forsan commiseritis negligentiam vel defectum, in contrarium nostro reseruamus arbitrio producendum. Datum Neapoli die penultimo Decembris IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 57. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 295. lev., u. o.)

98.

Martell Károlynak ugyanazon tárgyban más intézkedése. 1291.

Scriptum est per eundem Principem (Carolum primogenitum stb.) eidem Justitiario etc.

Cum discretus vir Magister Hugulinus de Luca, clericus et familiaris domini patris nostri, dilectus et deuotus noster, ad partes Vngarie negotium ipsius Regni Vngarie domine genitrici nostre ac nobis ex succesione legitime pertinentis, vna cum quibusdam alijs de mandato Regio prosequuturus, accedat, nosque dicto Magistro pro expensis suis in huiusmodi itinere faciendis vncias auri trigintasex ponderis generalis prouiderimus exhibendas: tibi expresse et districte precipimus, quatenus actendendo, quod dilatio prosecutionis ipsius posset esse nobis non modicum dispendiosa, quod absit, statim uisis presentibus, omni mora et occasione sublatis,

eidem Magistro Hugolino dictas vncias auri triginta sex dicti ponderis pro expensis suis eiusdem itineris de quacunque pecunia presentis generalis subuentionis in jurisdictione vestra imposita, que est uel erit per manus uestras, absque alicuius difficultatis obstaculo exoluatis. Volumus insuper et mandamus, ut in portu Manfridonie vel Barolj diligenter exquirere et inuenire curetis vas aliquod iturum Jadaram, cum quo venerabilis pater dominus . . . Auellini Episcopus, et vir nobilis dominus Franciscus de Troysio, ac idem Magister Hugolinus pro ipsius prosecutione negotij, possint usque ad predictam terram Jadare transfretari. In cuius vasselli defectu vas aliquod pro eorum transfretatione ad terram eandem absque dilatione qualibet conducere studeatis pro pretio seu naulo justo et congruo per uos de pecunia subuentionis eius in defectu alterius fiscalis pecunia exoluende, ordinatione seu mandato de assignanda pecunia subuentionis ipsius vel quocunque alio mandato sub quacunqua forma verborum vobis directo vel in posterum dirigendo, per quod effectus impediri possit in aliquo vel differri aliquatenus, non obstante. Recepturi de hijs, que presentium auctoritate solueritis, apodixam ydoneam ad cantelam. Scituri, quod si in presentis mandati executione — — — aliquam forsan commiseritis negligentiam vel defectum, contra vos ad penam quam — — — — — —. Datum Neapoli die vltimo Decembris IV. indictionis.

(A »Registri Angioini« 12. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 6. lev.; u. o.)

99.

II. Károly siciliai király és Mária királyné János mestert, Henrik bán fiát, a III. Endre magyar király pártolói elleni háborura felhatalmazzák. 1292.

Pro nobili viro Magistro Johanne filio Henrici Bani.

Karolus Secundus et. et Maria eius consors eadem gratia eorundem Regnorum Regina et Comitatuum Comitissa nobili

viro Johanni filio Henrici Bani dilecto et fideli suo etc. Vt fidei vestre sinceritas seruitia nostra et Karoli primogeniti nostri Regis Vngarie in Regno ipso etc. contra inuasorem eiusdem Regni, ac fauctores et consentaneos suos in bona scilicet ac personas eorum, quamdiu eos in ipsius erroris deuio perdurare contigerit, liberum belli ius et ferri licentiam tenore presentium impartimur (impertimur); ita quod nullam penam, nec etiam iudicij faciem propterea formidetis. Datum Aquis die V. Januarij V. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 256. lev.: u. o.)

100.

Mária siciliai királyné V. István magyar király leányának nyilt levele, melylyel a magyar koronát tárgyazó jogát fiára, Martell Károlyra ruházza. 1292.

Maria Dei gratia Jerusalem, Sicilie et Vngarie (Regina), Prouincie et Forchalquerii Comitissa. Ad faciendam iustitiam in nationibus, et pacem in populis nutriendam, constituit Dominus Principes super terram, quibus deficientibus perit iustitia, pax turbatur, insurgunt odia, bachantur iniurie, cedes accedunt, vt ascendat clamor ad Dominum et abominatio subsequatur. Presentis itaque priuilegij nostri tenore notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod Magnifico Principe domino Latislao Illustri Rege Vngarie et carissimo fratre nostro, ab anno iam et vltra, prout fatorum crudelitati permissum est, sublato de medio nullis legitimis liberis superstitibus ex eodem, nobis agentibus, prout adhuc agimus in remotis, turbato protinus eiusdem Regni regimine, uerse sunt illic omnium manus ad spolia, rapinas et strages, adeo quod relegata iustitia et iudicio dissoluto, ibi iam non iuribus set uiribus decernatur. De quibus omnibus miserabili pluries

eiusdem Regni fidelium ad nos rumore perlato; volentes eiusdem Begni statui prouidere, siue successionis siue consuetudinis, siue electionis, siue quocunque alio iure uel modo id competere dinoscatur, Karolum primogenitum nostrum, Salernitanum Principem et Honoris Montis Sancti Angeli Dominum, ad eiusdem Regni sedem et regimen, atque in ipsius Regni Regem ex delibarato fidelium consilio eligentes ac preeligentes, Regnum ipsum Vngarie, cum hominibus, vassallis, honoribus, dignitatibus, principatibus, marchionatibus, ducatibus, comitatibus, baronijs, ciuitatibus, castris, villis, insulis, planis, montibus, aquis maritimis, iuribus, iurisdictionibus, meri mixtique imperij et gladij potestate, nec non seruitijs, tributis, nominibus, et pertinentijs suis omnibus, tam infra (igy) quam extra Regnum ipsum ad idem Regnum spectantibus, prout predictus frater noster, aut alij predecessores nostri predicta omnia uel singula tenuerunt vel tenere debuerunt, viro nobili Henrico Comiti Vademoris fideli nostro ad hec solempniter constituto, recipienti nomine ac pro parte ipsius Karoli primogeniti nostri, ac per eundem Comimitem eidem Karolo et eius heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus in perpetuum, natis vel de cetero nascituris, de mera liberalilitate, speciali gratia et materne caritatis affectu concedimus, donamus et tradimus uel quasi, omneque dominium directum et vtile ipsius Regni in eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte predicti Karoli primogeniti nostri, ac per eundem Comitem in eundem primogenitum transferentes; eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte ipsius primogeniti nostri exinde per coronam auream et eiusdem Regni vexillum solempniter inuestimus, materne benedictionis gratia et mandato subiuncto, quod idem primogenitur noster, et heredes ipsius, eiusdem Regni populos caritate custodiat, iustitia dirigat, ac pace disponat. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam, ac eiusdem Karoli primogeruiti nostri, et heredum suorum cautelam presens priuilegium sibi exinde fieri, atque sigillis Principis incliti domini viri nostri domini Karoli Secundi Dei gratia Regis Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Prouincie et Forchalquerij Comitis, et nostro fecimus commu-

niri. Actum et datum Aquis, in presentia eiusdem domini Regis viri nostri, ac venerabilium in Christo patrum Rostigni Archiepiscopi Aquensis, et Guillelmi Episcopi Dignensis; nec non nobilium virorum Bertrandi de Banno, Comitis Auellini, Guancherij de Botta, Hugonis de Bautio, Johannis Scoti Regie Marescalle Magistri, Mathei de Adria Regni Sicilie Thesaurarij et Magistri Rationalis, Alfanti de Solerijs Senescalli Prouincie, militum, et aliorum quorundam plurium, anno Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo secundo die VI. Januarij V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 19. sz. Reg. Karoli II. kötet. 27.l.; u. o.)

101.

II. Károly siciliai király felszóllitja Magyorország rendjeit, hogy Martell Károlyt elismerjék királyuknak, s hozzá hüséggel viseltessenek. 1292.

Pro domino Karolo Principe Salernitano.

Scriptum est venerabilibus, egregijs, nobilibus et prudentibus viris, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Ecclesiarum Prelatis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, militibus, et vniuersis ac singulis per Regnum Vngarie constitutis dilectis suis etc.

Dudum sinceritatem fidei ad magnificum principem clare memorie domiuum Latislaum olim Regem Vngarie, cognatum nostrum carissimum, ac progenitores ipsius iugiter per vos geste, quam quidem communis natio predicat, famaque diuulgat, attendimus menteque deuoluimus perspicaci; tenet indubie nostra fiducia, dictat spes, habetque credulitas, quod erga predicti Regis heredęs et successores legitimos dictet fides, prosequamini debitum, et amoris continuetis affectum. Cum itaque consors nostra carissima Maria, Jerualem et Sicilie Regina, ad quam ex obitu prefati Regis, germani sui, nullis ex eo superstitibus liberis descendentibus suc-

cessio predicti Regni Vngarie, prout nostis, nec mundus ignorat, hereditario iure dinoscitur deuoluta: Karolum Comitem primogenitum, Salernitanum Principem, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominicum, ad eiusdem Regni sedem et regimen, atque in ipsius Regni Regem eligens, Regnum ipsum Vngarie cum hominibus et pertinentijs suis omnibus, tam infra (igy) quam extra Regnum ipsum ad idem Regnum spectantibus, prout predictus bone memorie Rex, aut alij predecessores eorum illud tenuerunt vel tenere debuerunt, eidem Karolo et eius heredibus de mera liberalitate et materne caritatis affectu duxerit concedendum: nobilitatem et dilectionem vestram requirimus et hortamur attente, quatenus zelum pretacte fidei in predicto nostro primogenito propagantes ac in apertam studentes lucem operum exhibere, sibi tauquam prefati quondam Regis successori et heredi legitimo veroque domino vestro, ac ei quem ipse loco sui ad partes ipsas duxerit destinandum, efficaciter attendere, et deuote parere curetis, atque in suorum recuperatione iurium contra occupatorem Regni predicti, eiusque complices efficaciter imprendere consilij et auxilij nostri partes, vt per id nomen nostrum predicetur in populis, ac nos et dictus primogenitus noster et constituamur ad fidei et operum vestrorum merita largis remunerationibus compensanda. Ipse etenim vos caritate custodiet, iustitia diriget, ac pace disponet. Datum apud Montem Argentinum anno Domini etc. VII. Februarij V. indictionis.

(A »Reg. Angioini» A. 57. sz. Reg. Karoli II. kötet.57. lev., u. o.)

102.

Martell Károly György és Mladin grófokat a III. Endre elleni háborura buzditja. 1292.

Karolus primogenitus etc. Nobilibus viris Comiti Georgio et Comiti Ylondino fratribus etc. Receptis placide vestre fidelitatis licteris nouiter nobis missis, ex ipsarum relatu cognouimus, vos et vestros feruenter assumpsisse pro nobis ne-

gotium Regni nostri Vngarie, ac velle feruentius prosequi iam assumptum. Nos itaque sinceritatem vestram dignis laudibus prosequentes, ortamur requirimus et mandamus, vt quod laudabiliter incepistis, continuantes laudabilius in futurum, vna cum viro nobili Paulo Bano Sclauonie aliisque vestris viriliter curetis resistere conatibus prefati Regni Vngarie inuasoris. Viro insuper prouido et religioso fratri Hugoni de Monte Rotundo speciali nuncio et familiari nostro, quem ad partes ipsas specialiter destinamus, in omnibus, que nostri honoris augmentum respiciunt, et specialiter in missione et remissione nunciorum, assistatis efficacibus consilijs, fauoribus et auxilijs opportunis; ita quod proinde vberius mereamini nostram graciam et fauorem. Nos enim labores vestros vestreque fidei et seruiciorum merita sic intendimus gratiose respicere, sicque exaltare dignis premiorum retribucionibus vos et vestros, quod vos et ipsi sentiatis plenarie pro nobis in premisso negocio vtiliter laborasse. Missioni autem subsidij galearum ad partes ipsas, cum retrocessit idem inuasor, sicut ex relacione nuncij vestri et aliorum nuper accepimus, supersedemus ad presens. Intendentes fauente Domino celeriter ad partes easdem vicarium nostrum premittere cum decenti e honorabili comitiua; et deinde duce Deo personaliter nos conferre ad finalem confusionem inuasoris eiusdem suorumque sequacium et factorum, et prosperum ac tranquillum statum prefati Regni Vngarie, ac exaltationem vestram, vestrorum et aliorum omnium, qui diligunt nomen nostrum. Huc etiam tendunt Illustrium Regis et Regine Jerusalem et Sicilie parentum nostrorum, studia cogitationes et vota, ut cum eorum et aliorum consanguineorum et amicorum suorum et nostrorum auxilijs premissam intentionem nostram prosequamur.

— — — — — — — — — —

(A «Registri Angioni« 12. számu Reg. Karoli II. kötetéből levele nem lévén megjelölve, u. o.)

103.

Martell Károly Magyarországba meghatalmazottakat küldvén, azokat mindenkinek pártolásába ajánlja. 1292.

Scriptum est per eundem dominum Regem Vngarie vniuersis tam fidelibus quam amicis suis etc.

Cum nos venerabilem in Christo patrem dominum Johannem Episcopum Rauellensem, et viros religiosum, nobiles et discretos fratrem Hugonem de Monte Rotundo Ordinis Sacre Domus Milicie Templi, dominum Huguicionem de Neapolj Juris Ciuilis Professorem, et Guarinum de Boys Vallectum, dilectos Consiliarios familiares et deuotos nostros ad partes predicti Regni nostri Hungarie pro certis arduis et expressis nostris seruitijs destinamus ad presens, amicos actente requirimus et rogamus, fidelibus iniungentes, quatenus predictos nuncios nostros contemplatione nostrj recommendatos habentes, et oportunis fouentes auxilio, consilio et fauore, nullam eis in eundo, morando uel redeundo in personis aut rebus inferatis aut permictatis inferrj molestiam, iniuriam uel offensam; quinimmo eis ad requisitionem ipsorum, si expediens fuerit, de securo conductu liberaliter prouidere uelitis eisdem; ita quod vobis amicis speciales inde gratias referentes, fideles possimus merito commendari. Datum Neapolj die V. mensis Aprilis V. indictionis.

(A »Reg. Angioini» 12. sz. Reg. Karoli 1. kötet. 224. l; u. o.)

104.

Martell Károly János mesternek, Henrik bán fiának Vas- és Sopron vármegyéket a franczia hűbéri jog szerint adományozza. 1292.

Scriptum est per eundem dominum Regem Vngarie nobilj viro Magistro Johanni filio Henrici Banj de Vngaria dilecto fideli suo etc.

Cedit nobis ad gloriam et exaltationem Regie dignitatis, crescitque ad fidelitatis obsequia deuotio in subiectis, si

obsequentium merita benigne respicimus, et ipsorum petitionibus exauditionis ianuam aperimus. Pensatis itaque gratis seruitijs, que Illustri Regi Vngarie quondam domino Ladizlao auunculo nostro carissimo prestitistis, et nobis ad presens in agendis ipsius Regni exhibetis, et exhibere poteritis in fufurum: vestris petitionibus annuentes dationem, donationem factam uobis et Magistro Georgio nato vestro, in perpetuum in pheudum nobile de Comitatibus Sopronij et Castrj Ferrej de pertinentijs prefati Regnj Vngarie per Principissam Magnificam dominam Mariam Regnorum Jerusalem et Sicilie et tunc Vngarie Reginam, carissimam dominam et genitricem nostram, tenore presencium confirmamus; sub conditione adiecta, quod nullum alium Dominum seu Superiorem, quam nos et heredes successores nostros recognoscatis de Comitatibus supradictis, set Comitatus ipsos a nobis, heredibus et successoribus nostris inmediate et in capite teneatis et possideatis, iuxta vsum et consuetudinem Regni Francie, et sub illo seruitio, quod predicto domino auunculo nostro exinde fieri consueuit. In cuius rei testimonium presentes licteras nostras uobis exinde fieri fecimus, et sigillo prefati Regni nostri Vngarie iussimus communirj. Datum Neapolj die XII. Aprilis V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 12. sz. Reg. Karoli I. kötet. 223 lev.; u. o.)

105.

Martell Károlynak megbízó levele magyarországi meghatalmazottjai számára. 1292.

Procuratorium nuncium Regis Vngarie.

Karolus primogenitus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis, Dei gratia Vngarie, Dalmatie, Croacie, Gallicie, Rama, Seruie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex, Pinceps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus tenore presentium notum facimus vniuersis. De fide, prudentia et experta constantia venerabilis in Christo patris domini Johannis Dei gratia Rauellensis Episcopi, nec non religiosi et

nobilium virorum, fratris Hugonis de Monte Rotundo Ordinis Sacre Domus Militie Templi, domini Huguitionis de Neapolj Juris Ciuilis Professoris, Guarini de Boys Vallecti, Consiliariorum, familiarium et deuotorum nostrorum, statuimus et ordinauimus ipsos et quemlibet eorum iu solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, nostros veros et legitimos procuratores et nuncios speciales ad eundum ad partes Regni nostri Vngarie, petendum, requirendum et recipiendum nomine et pro parte nostra homagia et sacramenta fidelitatis ab hominibus dicti Regni nostri Vngarie fidelibus nostris, cuiuscunque status, dignitatis aut conditionis existant; cum per obitum clare memorie dominj Ladizlay olim Regis Vngarie, carissimi auunculi nostri, Regnum ipsum ad Exellentem Principissam dominam Mariam, Jerusalem et Sicilie Reginam Illustrem, carissimam genitricem nostram, sororem ipsius, tanquam ad proximiorem ratione successionis, et ad nos ratione cessionis legitime per eam nouiter in nos debita solempnitate seruate nuper sit rationabiliter deuolutum. Nos enim homagia et sacramenta fidelitatis ipsis vel eorum alterj nomine et pro parte nostra prestita, ac si nobis presentialiter facta essent, firmiter tenore presentium acceptamus. In cuius rej testimonium presens procurationis et commissionis scriptum fierj et sigillo nostro pendenti mandauimus communirj. Actum et datum Neapoli anno Domini millesimo ducentesimo nonagessimo secundo die octauodecimo Aprilis, quinte indictionis, Regni nostri anno primo.

(A »Registri Angioini« 12. sz. »Registrum dominj Regis Vngarie ... anni quinte indictionis« czimü kötetéből 223. l., vagyis elölről olvasva 148. lapon; u. o.)

106.

Martell Károly meghatalmazottjainak Magyarországba utazása iránt intézkedik. 1292.

Karolus primogenitus etc.

Scriptum est nobili viro Petro Rolaudo militi, Vicario in Honore Montis Sancti Angeli etc., quod inueniat vassellum

aliquod pro venerabili in Christo patre domino J. Rauellensi Episcopo, nobilibus viris fratre Hugone de Monte Rotundo de Ordine Militie Templi, domino Huguicione de Neapoli Juris Ciuilis Professore Consiliario, et Guarino de Bosco familiaribus Nuncijs suis pro quibusdam arduis et expressis negotijs ad partes Vngarie destinatis. Datum Neapoli die XX. Aprilis V. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 92. sz. »Registrum Principatus Salerni et Honoris Montis Sancti Angeli« czimü kötetéből 34. lev.; u. o.)

—

107.

Martell Károly magyarországi ügyei tekintetéből pénzt kölcsönöz 1292.

Moccia Raynaldus mercator de Florentia mutuauit Carolo Martello vncias auri triginta pro expensis nunciorum ipsius missorum in Vngariam. XX. Apilis V. indictione.

Episcopus Caputaquensis mutuauit Carolo Martello pro nunciis euntibus in Vngariam vncias auri vigintiquinque. XX. Aprilis V. indictione.

(A »Reg. Angioini« 56. sz. kötet. 101. lev.; u. o.)

—

108.

Martell Károly János mestert, Henrik bánnak fiát, háborúra jogosítja. 1292.

Scriptum est per eundem dominum Regem Vngarie nobili viro magistro Johanni filio Henrici Bani, dilecto fideli suo gratiam et bonam voluntatem.

Vt inuasorem Regni nostri Vngarie, fautores et consentaneos suos eo propitius et securius prosequaris, quo liberius ab omni propter hoc cohactione Judicij uidearis absolutus, tibi et alijs de familia et comitiua tua licentiam prosequendi, offendendi et dampnificandj inuasorem predictum,

eius fautores et consentaneos, tam in bona quam in personas eorum, quamdiu ipsi in huiusmodi errore durauerint, ita quod nullam penam, ne etiam Judicij faciem propterea formidetis, tenorem presentium impartimur. Concurrentes in premissis precipue cum Inclito Jerusalem et Sicilie Rege carissimo domino genitore nostro, Illustri Regnorum ipsorum Regina domina et genetrice nostra carissima; qui nobis super hys speciales licteras concesserint. Datum Neapolj anno Domini M°CC°XCII° die XXI. Aprilis V. indictionis.

(A »Registri Angioini« 12. kötetéből 223. l.; u. o.)

109.

Mária siciliai királynénak ajándéka fia Martell Károly számára. 1292.

Maria Jeruzsalem, Sicilie, Vngarieque Regina mittit vnam sellam de nouo fieri factam Serenissimo Principi Regi Vngarie pro equitatu ipsius Regis cum palafredo. XI. Junij V. indictionis.

(Arche, fascic. 62. f. 15. az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

110.

Mária siciliai királyné Drugetti Jánost bizonyos megbizással küldi fiához Martell Károlyhoz. 1292.

Johannes Drugettus miles mittitur per Mariam Reginam cum certis legationibus ad Karolum Regem Vngarie. XXI. Junij V. indictionis.

(Arche, fasc. 62. f. 25. Az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

111.

Klementina, Martell Károlynak hitvese, Magyarország királynéjának czimjét viseli. 1292.

Clementia Regina Vngarie, consors Karoli primogeniti etc. habet in donationem Castrum et fortalliciam Nucerie Christianorum. XXVI. Junij V. indictione.

(A »Registri Angioini« A. 58. sz. »Reg. Karoli II. kötetéből 264. lev., u. o. Nocera akkoriban két részre volt osztva, az egyikben szaraczénok, a másikban keresztyének laktak; amazt Nocera de pagani, ezt Nocera dei Christianinak nevezték. Ma csupán »Nocera dei Pagani« a neve.)

112.

Martell Károly anyja Mária siciliai királynénak bizonyos pénzek felvételét nyugtatványozza. 1292.

Die V. Julij V. indictionis Neapoli Nos Georgius Magister Secretarius et familiaris Illustris domini Regis Vngarie, et Dominicus Vngarus scutifer et familiaris Illustris domine Jerusalem, Sicilie Vngarique Regine, tenore presentis apodixe fatemur, quod presentialiter recepimus et habuimus ab Ansellocto de Lumeriaco, Thesaurario et familiari dicte domine, dante et soluente nobis ad mandatum eiusdem domine per licteras sibi factum, quod penes se habet, pro expensis nostris in redeundo ad partes Vngarie cum licteris dicte domine per eandem dominam nobis exhiberi prouisas, de pecunia Curie dicte Domine sistente per manus suas, vt dixit, in carolenis argenti sexaginta per vnciam computatis. vncias decem ponderis generalis.

(Arche, fasc. 62. f. 26. az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

113.

Miklós apát orodi prépost mint a kánoni jog tanulója Nápolyban. 1292.

Die VIII. Julii V. indictionis Neapoli. Ego Abbas Nicolaus Vngarus Prepositus Orodiensis, studens Neapoli in Jure Canonico, tenore presentis fateor apodixe, quod presentialiter recepi et habui ab Ansellocto de Lumeriaco, Thesaurario et familiari Illustris domine Jerusalem, Sicilie Vngarieque Regine, dante et soluente mihi ad mandatum eiusdem Domine per licteras sibi factum, quod penes se habet, quam mihi eadem domina in subsidium infirmitatis mee, quam patior, exhiberi prouidit de pecunia Curie dicte Domine sistente per manus suas, vt dixit, in carolenis argenti etc. vnciam vnam.

(Arche, fasc. 62. f. 26., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

114.

II. Károly siciliai király fia Martell Károly diszruhái iránt intézkedik. 1292.

Scriptum est eidem Regi Vngarie (azaz Martell Károlynak.)

Petitionem vestram supplicem nuper ex parte vestra Culmini Nostro factam gratiosius admittentes, quod de thesauro nostro Castri Saluatoris ad marc de Neapoli possitis sumere res subscriptas tantum, et non plures; scilicet vestem vnam de samito rubeo, laboratam auro traceo ad diuersa opera, ornatam pelle vtrie ad modum Vngaricum; ac etiam vnam aliam vestem de samito zalino; et aliam vestem de samito albo laboratam auro tracco ad diuersa opera, licentiem vobis tenore presentium impartimur. Datum Brinnorice die XVII. Julij V. indictionis.

(A Reg. Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli II. köt. 85. lev., u. o.)

115.

II. Károly siciliai király László, István szerb király fia számára megerősiti Martell Károlynak Szlavoniát tárgyazó adományát. 1292.

Karolus Secundus etc. vniuersis presens priuilegium inspecturis. Cum deuotorum nostrorum merita benigne respicimus; eos in solidiori deuotione firmamus, et ad id animamus alios per exemplum. Considerantes igitur deuotionem sinceram, quam vir nobilis Ladislaus filius primogenitus Illustris Principis Stephani Regis Seruie gessit ab hactenus erga nos et gerit ad presens, actendentes etiam, quod ipse circa seruitia Karoli primogeniti nostri Regis Vngarie, Principis Salernitani, et Honoris Montis Sancti Angeli Domini, in acquisitione dicti Regni sui Vngarie efficacia opera iam laudandir principiis prestitit et prestare poterit in futurum, de speciali gratia et certa scientia concessioni, donationi et confirmationi, eidem Ladislao et heredibus ac successoribus quibuscunque ex eo legitime descendentibus facte per prefatum Karolum primogenitum nostrum Regem Vngarie de Ducatu Sclauonie; preter terras quas possidet Radislaus Banus cum fratribus suis; preter etiam terras quas tenent et possident infra Ducatum predictum Comites Johannes de Vegla, Modursa et Vinodolis con fratre suo, et Comes Duymus consobrinus frater eiusdem Comitis Johannis Comes eiusdem Comitatus tenendo, regendo, habendo. et possidendo per ipsum Ladislaum et dictos heredes suos ad eorum omnimodam voluntatem; iuxta quod in priuilegio prefati Karoli primogeniti nostri continetur; nostrum benigne prestamus assensum, dictasque concessionem, donationem et confirmationem rectificamus et acceptamus, ac presentis nostri priuilegij robore communimus. In cuins rei testimonium etc. Datum Brinonie die XVIII. Augusti V. indictionis.

Similes facte sunt sigillo domine Regine uerbis competenter mutatis vt supra. Datum vt supra.

(A »Registri Angioini« C. 59. sz. kötetéből 39. l. utólag; u. o.)

116.

II. Károly siciliai királynak más adománylevele ugyanarról. 1292.

Pro Ladislao filio Regis Seruie.

Karolus Secundus etc. vt supra vsque exemplum. Considerantes igitur deuotionem sinceram, quam vir Magnificus Ladislaus filius primogenitus Illustris Principis Stephani Regis Seruie erga nos gerit ab olim, et gerit continue; actendentes etiam grata eius obsequia nobis hactenus prestita, et que prestare poterit in futurum: de speciali gratia et certa scientia concedimus, damus et donamus ac confirmamus eidem Ladislao et heredibus ac successoribus eius quibuscunque ex eo descendentibus in perpetuum Ducatum Sclauonie; preter terras quas possidet Radislaus Banus cum fratribus suis; preter etiam terras quas tenent et possident infra Ducatum predictum Comes Johannes de Vegla, Modursa et Vinodolis cum fratre suo, et Comes Duymus consobrinus frater eiusdem Comitis Johannis, Comes eiusdem Comitatus, dum tamen ipsi in nostra fidalitate consistant, tenendam, regendam, habendam et possidendam per ipsum et heredes suos libere ad eorum omnimodam voluntatem. In cuius rei testimonium etc. Datum vt supra.

Similes facte sunt eisdem sigillo domine Regine uerbis competenter mutatis.

(A »Reg. Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli II. köt. 39. l.; u. o.)

117.

II. Károly siciliai királynak adománya Pál horvát-dalmatiai bán és testvérei számára. 1292.

Pro Paulo Croatie Dalmatieque Bano et fratribus.

Karolus Secundus Dei gratia etc. vniuersis presens priuilegium inspecturis. Cum deuotorum nostrorum merita

benigne respicimus, illaque premiorum largitione munifica compensamus, eos in solidiori deuotione firmamus, et ad id animamus alios per exemplum. Considerantes igitur deuotionem sinceram, quam vir nobilis Paulus Croatie Dalmatieque Banus, Georgius et Maladynensis Comites fratres eius erga nos gexerunt ab olim, et gerunt assidue, actendentes etiam grata ipsorum obsequia nobis hactenus prestita, et que prestare poterunt in futurum: de speciali gratia et certa scientia concedimus, damus et confirmamus eisdem fratribus, et heredibus ac successoribus ipsorum quibuscunque ex eis legitime descendentibus, in perpetnum tenimentum seu territorium Dyesnich vulgarites appellatum, nec non progeniem seu generationem que vocatur Suczanmy et Pset, que est iuxta territorium predictum, et abinde vsque ad confinia Prouincie que dicitur Bosna. Concedimus etiam et damus dictis fratribus et predictis heredibus eorum de Chroatia et Dalmatia tantum, quantum a finibus Comitatus de Chelum vsque ad terram Gaczecham et Modursam, cum omnibus Baronibus, Vassalis, Ciuitatibus, Castris et villis, ac omnibus infra se positis maris insulis adiacentibus, et omnibus iuribus et pertinentijs suis tenenda, regenda, habenda et possidenda per ipsos predictos omnia libere ad eorum omnimodam voluntatem. In cuius rei testimonium etc. Datum Brinonie anno Domini M°CC°XCII° die XIX. Augusti V. indictionis, Regnorum nostrorum octano.

Similes facte sunt pro eisdem sigillo domine Regine uerbis competenter mutatis vt supra. Datum vt supra.

(A »Reg. Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli II. köt 39. lev., u. o.)

118.

Martell Károly tanácsosát Monte Rotundoi Hugót küldi Magyarországba 1292.

Scriptum est per eundem Regem Vngarie nobili viro Petro Rolandi Vicario suo in honore etc.

Cum religiosus vir frater Hugo de Monte Rotundo,

Consiliarius et familiaris noster, in Vngariam de mandato nostro pro commisis sibi seruitijs reuertatur: districte tibi precipimus, quatenus, si aliquid vax ibi paratum existit, in quo transfretari comode ualeat; de ipsius transitu pro se, familia et equitaturis suis statim visis presentibus, sub expensis nostre Curie per te faciendis, studeas prouidere. Si uero vax ibi ad presens aliquid paratum non est, de alio vase conuenientj ad expensas ipsius Curie conducendo per te sibi prouideas sine mora. Datum Neapolj die XXVIII° Augusti V. indictionis, Regni nostri anno primo.

(A »Reg. Angioini« C. 15. sz. Reg. Karoli I. köt. 115. l.; u. o.)

119.

II. Károly siciliai királynak fia Martell Károly adósságaira vonatkozó nyilatkozata. 1292.

Scriptum est Episcopo Capudaquensi etc. et Guidono de Alamannia etc. Super restitutionem pecunie recepte mutuo per Ysabellam Reginam Vngarie sororem nostram karissimam a Franco sub certa forma, Karolo primogenito nostro scribimus votum nostrum stb. Quidquid prefactus Rex Vngarie circa restitutionem huiusmodi debiti super quauis cabella vel juribus dicti Regni statuerit, obseruetur et obseruari teneatur stb. Datum Aquis die XXIX. Augusti V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli I. köt. 264. l.; u. o.)

120.

Miklós apát orodi prépost Mária siciliai királyné udvardban. 1292.

De solutione pro varijs rebus medicinalibus factis et assignatis pro usu Abbatis Nicolai Vngari Prepositi Oro-

densis, familiaris Marie Regine. Ultimo mensis Augusti V. indictionis.

(Fasc. 62. f. 22. az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

121.

János szépkuti apát, a magyar király követe.. 1292.

Scriptum est Portulano Apulie etc.

Cum religiosus vir frater Johannes quondam Abbas Bellifanti Systerciensis Ordinis, nuncius Illustris Regis Vngarie, transfretarj intendat ad presens: fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus eidem fratrj ad inueniendum vas, in quo transfretari valeat ad partes easdem, oportuno auxilio assistentes, ipsum exire de quocunque portu Apulie voluerit, cum quatuor roncinis, eiusque familia, nec non victualibus ad vsum suum, familie, ac annona roncinorum ipsorum ad transitum necessariis libere permictentes, nullam ei molestiam inferatis; prouiso, quod equos, ac arma, seu aliqua prohibita secum, aliquatenus non transducat. Presentibus post menses duos minime valituris. Datum Viterbij XVII. Octobris V. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 26. sz. Reg. Karoli I. czimü kötetéből 41. lev.; u. o.)

122.

Martell Károly több magyarországi javakat tárgyazó adománya Ratiszló szlavoniai bán számára. 1292.

Karolus primogenitus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis, Dei gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Princeps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus. Nostri gloriam Culminis adaugeri nos cernimus, cum clementer agendo de subditis dignis, bene meritos Regalis nostre munificentie gratijs preuenimus. Sane vir nobilis Ratislaus Banus

Sclauonie fidelis noster dilectus, certa bona in Regno nostro Vngarie sibi dudum a bone memorie domino Ladislao Rege Vngarie, predecessore ac auunculo nostro karissimo asserens munifica donacione concessa; illa, que nunc juste atque pacifice possidet, suppliciter petijt donationem et concessionem huiusmodi confirmationis nostre patrocinio communiri. Nos itaque ipsius Ratislai fide laudabili meritisque pensatis, ipsum volentes nostre gratie plenitudine prosequi; donationem huiusmodi Regiam de bonis ipsis, que ipse nunc abinde iuste tenet et possidet, prout perinde facta fuit, tenore presentium confirmantes, illam presentis ratificationis nostre munimine roboramus; presens nostrum inde priuilegium dicto Ratislao in huius rei memoriam concedentes. Datum Neapoli anno Domini M° CC° XCII° die I. Decembris VI indictionis.

(A «Registri Angioini« R. 170. sz. »Regesta Karoli II.« czimű kötetéből 170. lev., a nápolyi kir. olasz nagy levéltárban.)

123.

Klementina Martell Károlynak hitvese, Nocera urnője. 1292.

Clementia clare memorie Illustris Regis Romanorum filia, Dei gratia Regina Vngarie Principissa Salernitana, et Honoris Montis Sancti Angeli Domina vniuersis hominibus Nucerie Christianorum fidelibus suis.

Scriptum est per eandem dominam Reginam Judici Roberto domini Ademarij de Nuceria Christianorum, deuoto suo etc.

De fide, prudentia et legalitate tua ab experto plenarie confidentes, te Vicarium nostrum super omnibus redditibus et prouentibus bonorum dicte nostre Terre Nucerie, quam Princeps Inclytus, dominus Karolus, Illustris Jerusalem et Sicilie Regis primogenitus, Dei gratia Rex Vngarie, Princeps Salernitanus, Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, ac eius in Regno Sicilie Vicarius Generalis, vir noster carissimus, pro dotario et nomine dotarij de mandato dicti domini genitoris sui nobis gratiose donauit ac concessit, amoto inde quo-

libet alio vsque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum; tibi presentium tenore committentes, quatenus officium ipsum diligenter et fideliter exerceas, totam pecuniam, vndecunque ad manus tuas Officij tui tempore prouenturam, ad nostram Cameram successiue, sicut eam receperis, destinare procures, ipsam Petro Panettario, Illustris Regis Vngarie predicti cambellano et familiari, ac nostro Generali Vicario assignandam. Recipiens de hijs, que sibi assignaueris, stb. Volumus etiam, vt de introitu et exitu eiusdem officij, cum expedierit, tenearis Curie nostre ponere rationem debitam et finalem tempore competenti. Datum Neapoli anno Domini M° CC° XC° II° XVIII. Decembris VI. indictionis, Regni autem nostri anno prima.

(A »Reg. Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli II. kötet. 27. lev. u. o.)

124.

Magyar eredetü György Martell Károlynak titkára. 1292.

De donis factis per Mariam Reginam Georgio Vngaro Secretario Regis Vngarie.

(Arche fascic. 62. f. 20. az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

125.

Pál bán bribiri és spalatoi gróf, Martell Károlynak híve. 1292.

Scriptum est Magistris Portulanis Apulie,

Cum nos Paulo Bano Comiti Brebichensi et Spalatensi deuoto nostro, extrahendi de quocunque portu Apulie uoluerit, ducentas salmas frumentj, et totidem ordej, illasque ferendj per mare in Vngariam, licentiam de speciali gratia duxerimns concedendam: fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus nuncium eiusdem Comitis presentes vobis licteras assignantem, extrahere de quocunque portu Apulie uoluerit, prescriptam victualium quantitatem, et in Vngariam

per mare deferre, absque iure aliquo exiture, sine contradictione aliqua permictatis; prouiso, ne inde maior aliqua uel alia qualitas extrahatur. Datum ut supra (Viterbij XVIII. Januarij VI. indictionis.)

(A »Reg. Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. kötet. 57. l.; u. o.)

126.

Frater Girard templomrendi lovag és Martell Károlynak egyik híve visszatér Magyarországba. 1293.

Scriptum est eisdem Portulanis Apulie etc.

Fidelitatj vestre precipiendo mandamus, quatenus religiosum virum fratrem Girardum Ordinis Militie Templi, et Volcectum cognatum Paulj Banj Comitis in Vngariam transfretantes cum octo familiaribus eorunque arnesio exire, de quocunque portu Apulie uoluerint, libere permittentes, nullam eis molestiam inferatis. Presentibus post menses duos minime valituris. Datum Neapoli die XVIII. eiusdem (Januarij VI. indictionis.)

(A »Reg. Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. kötet. 57. lev.; u. o.

127.

Frater Girard templomrendi lovag Martell király által élelemmel támogattatik. 1293.

Scriptum est Portulanis Apulie fidelibus etc.

Cum nos religioso viro fratri Girardo Ordinis Militie Templi extrahendi, de quocunque portu Apulie uoluerit, triginta salmas leguminum, illaque in Vngariam per mare deferendj, licentiam de speciali gratia duxerimus concedendam: fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus predictum fratrem predictas salmas leguminum trigiuta de quocunque portu Apulie extrahere uoluerit, et in Vngariam per mare deferre, absque iure aliquo exiture sine contradictione aliqua

permictatis; prouiso, ne pretextu presentium maior inde uel alia quantitas extrahatur. Datum Neapolj die XVIII. Januarij VI. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. köt. 57 lev.; u. o.)

128.

II. Károly siciliai király fia Martell Károly érdekében Sulcacoi Russo Hugonak vezérlete alatt sereget küld Magyarországba. 1293.

Scriptum est Hugoni dicto Russo de Sulcaco etc.

De consilio deliberato prouisum est, quod tu, in cuius industria et strenuitate persone specialem habemus fiduciam, pro Karolo primogenito nostro Dei gratia Rege Vngarie ad dictum Regnum Vngarie Capitaneus cum decenti armigerorum exercitu munitus accedat, pro cuius ordinatione negotij Lodoycum de Rochero et Matheum de Adria, Regni nostri Sicilie Thesaurarium et Magne nostre Curie Magistrum Rationalem, milites, dilectos Consiliarios familiares et fideles nostros ad partes Regni nostri Sicilie destinamus. Quicquid igitur prefati Lodoycus et Matheus super hijs ex parte nostra tibi retulerint, et duxerint cum prefato Rege Vngarie ordinandum, indubitanter credas, et studiosa studeas executione complere. Datum Nicie anno Domini M° CC° XCIII° die XXV. Januarij VI. Indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 61. sz. Reg. Karoli I. köt. 187. lev.; u. o.)

129.

Magyarozszági szül. Kozma Martell Károly szolgálatában. 1293.

Cosma de Vngaria vallictus et familiaris Caroli Martelli Regis Vngarie. Penultima Augusti VI. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 56. sz. Reg. Karoli II. köt. 183. lev.; u. o.)

130.

Nocerában lakozó magyar eredetü Hugo birói hivatalt visel. 1294.

Hugo Vngarus de Nuceria Judex. XI. Januarij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 30. sz. Reg. Karoli I. köt. 47. lev.; u. o.)

131.

Fegyverszünet a velenczei köztársaság és György brebiri gróf közt. 1294.

Tregua cum domino Georgio Comite Berberiense.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die dominico, vigesimo octauo Martii. Dominus Georgius Comes Berberiensis solempniter iniuit, fecit, et firmauit pro se ipso, et gente sua, ac subditis suis, et nomine Communis et hominum Almisii, meram, puram, et firmam treguam vsque ad decem annos continuos et completos, cum Egregio viro domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comite recipiente, et stipulante nomine et vice Illustris domini Ducis Venetiarum, Communis et hominum Ciuitatis eiusdem, nec non habitatorum fidelium subiectorum, et districtualium suorum, promittens predictus dominus Comes Georgius predicto domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comiti recipienti, et stipulanti nomine predicti domini Ducis, Communis et hominum Venetiarum, ut predictum est, quod ipse per se et suos, ac per homines Almisii non offendet, nec offendi faciet vel permittet in personis vel rebus Commune et homines Venetiarum, habitatores, fideles, districtuales, seu subditos dicti domini Ducis et Communis Venetiarum tam in mari, quam in terra, nec aliquam terram seu locum existentem sub dominio domini Ducis predicti, sed eos omnes et singulos eorum habebit saluos et securos vbique. Item eodem modo promisit, quod si ipse tam per se et suos

quam per homines Almisii acceptasset aliquid contra honorem dicti domini Ducis et Communis Venetiarum de terra Farre et Braze, vel de aliqua alia terra, vel loco habente Rectorem pro dicto domino Duce in terris suis, vel sibi subiectis, remouebit se de huiusmodi acceptamento; et de cetero contra honorem eius non acceptabit amplius de terris et locis predictis. Item quod predicti homines de Almisio, seu per vllos eorum, vel alicuius eorum, seu per homines, qui se receptarent pro eis, vel essent sub eorum dominio, non accostabunt se cum eorum ligno vel lignis alicui vel aliquibus ligno vel lignis Venetiarum, vel habitatorum Venetiarum fidelium, vel subditorum, ac districtualium domini Ducis, nec inferent vel facient eis, vel alicui eorum, nec alii, vel aliis, qui forent, vel forent in dicto ligno vel lignis, iniuriam, molestiam, dampnum, offensionem, vel grauamen in personis vel rebus existentibus in dicto ligno vel lignis; et etiam predictos Venetos habitatores Venetiarum, fideles, subditos et districtuales dicti domini Ducis existentes in ligno, vel lignis forinsecorum cum personis vel rebus non offendent, nec eis inferent, nec facient iniuriam, molestiam, dampnum, offensionem, vel grauamen in personis vel rebus eorum; sed eos omnes et singulos eorum cum personis et bonis omnibus et rebus eorum, tam in suis quam in forinsecorum ligno vel lignis, habebunt saluos et securos. Nec venient ab Ancona vltra versus Venetias, nec Ania vltra versus Venetias, nisi esset propter fortunam aut austeritatem temporis; in quo quidem neminem offendent tam Venetum quam forensem; sed redibunt vltra dictos confines, quam poterunt citius. Ceterum si contingeret aliquo casu, quod per dictum dominum Comitem Georgium, vel aliquem hominem Almisii, seu subditorum suorum, daretur dampnum alicui Veneto subiecto, fideli, habitatori vel districtuali dicti domini Ducis et Communis Venetiarum; quod ipse dominus Comes Georgius teneatur totum dampnum illud datum, cum fuerit per dominum Ducem requisitum, infra vnum mensem, postquam ipsa saytea vel lignum in Almisium, vel ad loca, vel terras suas, fratrum suorum, vel alterius eorum, seu terras, vel loca fideiussorum redibit, seu homines ipsius ligni vel saytee, aut discarigatis vel missis rebus acceptis in Almisium

vel in terris, vel terras fideiussorum, vel Communium infrascriptorum, vel in alias subiectas, predicto domino Comiti Georgio vel fratribus ipsius quocumque modo dictum danpnum totum integre s tisfacere. Et si dictum lignum vel ligna, vel gens sua non rediret ad loca predicta, vel fratrum suorum, vel alterius eorum, et dominus Dux ipsum dampnum peteret vel requireret ante regressum suum, promisit dare tantum in aurum vel argentum, quantum per dominum Ducem requisitum fuerit esse dampnum predictum, infra octo dies post mensem predictum, in fortiam Comitis Jadre, qui erit per tempora; quod tamdiu penes dictum Comitem Jadre stare debeat, quam diu ipsa saytea vel lignum, aut ligna, quam dampnum dederit, in Almisium vel ad loco predicta redibit. vel homines ipsius, quam cum redierit, totum illud dampnum emendare se obligauit et promisit; et satisfacto dampno predicto dictus Comes Jadre teneatur restituere aurum et argentum predictum dicto Comiti Georgio. Et si forte ipsa saytea vel lignum, aut ligna, vel gens sua propter magnum lucrum, quod faceret contra predicta, vel alia de causa non rediret in Almisium, vel ad loca predicta, sicut dictum est supra, ita quod staret per duos menses extra, vltra primum mensem predictum totum illud dampnum, quod datum fuerit et per dominum Ducem requisitum, infra duos menses predictos integre resarcire se obligauit, et promisit. Item eodem modo promisit dictus Comes Georgius de dampno dato Tarette de Cafradello, et genti sue, et Phylippo Georgio cum gente de barca sua, dare et soluere libras quatuor millia denariorum Venetorum paruorum; videlicet libras mille infra dies quindecim proxime venturos, et ressiduum infra duos annos proximos nunc venturos, scilicet quolibet anno libras mille quingentas denariorum Venetorum paruorum vsque ad satisfactionem integram dicte summe quantitatis. Et si acciderit, quod dicta terra Almisii exiret de manibus et fortia dicti Comitis Georgii, vel fratrum suorum, vel propinquorum suorum, seu gentis sue infra terminum suprascriptum, quod non teneatur de tregua predicta: saluo tamen, quod si aliquod lignum vel saytea exiuisset extra Almisium, vel terris suis, vel aliqua earum, antequam terram perdidisset, et dictum lignum vel

saytea faceret dampnum aliquod, teneatur satisfacere dictum dampnum in terminis suprascriptis, tam si lignum rediret ad loca predicta quam non, et satisfacto dampno non teneatur. Insuper predictus dominus Georgius Comes per se et suos homines, et nomine hominum et Communis Almisii, vt predictum est, iurauit ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro in animam suam, et suorum hominum, ac hominum Almisii predictorum, attendere et obseruare et adimplere, et attendi et adimpleri facere omnia et singula supra scripta, et quelibet eorum, et non contrafacere vel venire contra predicta vel aliquod predictorum per se, vel alium seu alios aliqua ratione, ingenio, siue causa, sub pena librarum viginti millium denariorum Venetorum paruorum solempni stipulatione premissa. Versa vice predictus dominus Rogerius Mauroceno Comes Jadre nomine et vice dicti domini Ducis, Communis et hominum Venetiarum, habitatorum et subiectorum, fidelium ac districtualium suorum, nuntius, syndicus et procurator specialis illustris domini Petri Gradonici Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Ducis, et Domini Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie ad suprascripta et infrascripta specialiter constitutus, vt continetur in commissione dicti domini Ducis, vera et integra bulla plumbea pedenti dicti domini Ducis bullata, facta anno Incarnationis Dominice millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, indictione septima, die trigesimo mensis Decembris, a me Antonio Judice et Notario infrascripto visa et lecta, iniuit, fecit et firmauit puram et firmam treuguam usque ad decem annos proximos nunc venturos cum suprascripto domino Comite Georgio recipienti, et stipulanti tam suo et suorum nomine, quam nomine hominum et Communis Almisii, promittens, quod predictus dominus Dux per se, seu per Commune, et homines Venetiarum, habitatores, fideles et districtuales, seu subditos suos non offendet seu offendi faciet, nec offendi permittet in personis vel rebus predictum dominum Comitem Georgium, nec Commune, et homines Almisii vel homines eos, vbicumque existentes; sed eos omnes et singulos in personis et rebus, tam in mari, quam in terra Almisii habebit saluos et securos. Et in eorum fidem, et euidentiam

pleniorem predictus dominus Comes Georgius presens publicum instrumentum sub bulla seu sigillo pendenti cereo communiri mandauit. Et insuper domini Egidius Judex, et Leucarus Andree, ciues Spalatenses, syndici et procuratores nobilis viri domini Stephani de Tadinis de Ancona Potestatis, Consilii et Communis, et hominum Spalati ad infrascripta specialiter constituti, vt patet per instrumentum publicum dicti Syndicatus, scriptum per manum Thome Vitalis de Perusio auctoritate Imperiali Notarii, et Ciuitatis Spalati Jurati Notarii, et factum sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die vigesimo primo mensis Martii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice ipsorum domini Potestatis, Consilii, Communis et hominum Spalati; et pro ipsis omnibus solempni stipulatione promiserunt se facturos et curaturos, omni exceptione et occasione remotis, quod predictus dominus Comes Georgius tam suo nomine, et suorum hominum, quam hominum, et Communis Almisii, firma et rata habebit, et adimplebit omnia et singula suprascripta, et quelibet eorum, et non contra faciet vel veniet aliqua ratione, ingenio, siue causa, de iure vel de facto sub pene librarum trium millium denariornm Venetorum paruorum, solempni stipulatione premissa, et obligatione omnium bonorum dicti Commuis et hominum Spalati, mobilium et immobilium, presentium et futurorum. Item eodem modo nobiles viri domini Laurentins de Zenalelli ciuis Jadre fideiubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris, et pro libris octingentis denariorum Venetorum paruorum; Gallus olim domini Cerne de Mergia ciuis Jadrensis fideiubendo, et se pro predictis et quolibe predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris septingentis denariorum Venetorum paruorum; dominus Domaldns de Candolinis ciuis Jadrensis fideiubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando pro libris et in libris sexcentis denariorum Venetorum paruorum; dominus Dessa de Faffogna ciuis Jadrensis fideiubendo, et se pro predictis et quodlibet predictorum pro dicto Comite Georgio

principaliter obligando in libris et pro libris sexcentis denariorum Venetorum paruorum; Barchi de Grisogono de Mauro ciuis Jadrensis fideiubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando pro libris et in libris quadringentis denariorum Venetorum paruorum; Bivoldus de Botone; Micha domini Jacobi de Scolatura, et Stephanus olim Marini de Labe, ciues Jadrenses fideiubendo quilibet eorum, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando quilibet eorum pro libris et in libris trecentis denariorum Venetorum paruorum; et omnes, et quilibet eorum se obligando, vt dictum est, solempni stipulatione promiserunt per se, et eorum et cuiuslibet eorum heredes et successores dicto domino Rogerio Mauroceno Egregio Jadrensi Comiti recipienti et stipulanti vice et nomine dicti domini Ducis Venetiarum, Communis et hominum Venetiarum, vt suprascriptum est, se facturos et curaturos, omni exceptione et occasione remotis, quod Comes Georgius tam suo nomine et suorum hominum, quam Communis et hominum Almisii, vt supradictum est, firma et rata habebit et obseruabit et adimplebit omnia et singula suprascripta, et quelibet eorum, et non contra faciet vel veniet aliqua ratione, ingenio siue causa de iure vel de facto sub penis predictis per eos et quemlibet eorum expressis solempni stipulatione premissa, et obligatione omnium bonorum suorum, et cuiuslibet eorum pro quantitatibus supradictis, mobilium et immobilium, presentium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta omnia et singula ad Obroium, villam Sancte Marie Momana de Jadra, in logia dicte ville. Presentibus nobilibus viris dominis Vita de Cerne, et Merg'a Michaele de Varricasa, et Jacobo de Zadollinis, et dominis Bogde de Lovrechena, Volzina de Matafarto, Micha Ricario, Gregorio dicto Gresco de Botone, ciuibus Jadrensibus, et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduxi de Bononia, Imperiali et Prefectoria auctoritate Judex et Notarius, predictis omnibus interfui, et vt supra legitur, rogatus publice scripsi et subscripsi.

(A »Liber Pactorum« czimű velenczei államkönyv. III. köt. 43. l.)

132.

Nona város kezeskedik ezen fegyverszünet megtartásaért.
1294.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die lune, vigesimo nono Martii. Prouidus vir Bugius Georgii, Syndicus et Procurator nobilis viri domini Volzite Potestatis, Miligosti, Saluonerii et Jacobi Drage Judicum, et Drusine Johannis, ac Tolislai Budislai, Camerariorum Consilii et Communitatis Ciuitatis None, ad infrascripta specialiter constitutus, vt continetur in instrumento syndicatus facto anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die tertio exeunte Martio, et scriptum per manum Petri Nonensis Notarii a me Antonio Judice et Notario infra scripto viso et lecto nomine et vice dictorum domini Potestatis, Judicum, Camerariorum, Consilii, et Communitatis None, et pro ipsis omnibus solempni stipulatione promisit, se facturum et curaturum, omni exceptione et occasione remotis, quod nobilis vir dominus Georgius Comes Breberiensis, tam suo nomine et suorum hominum, quam hominum et Communis Almisii, firma et rata habebit et tenebit, obseruabit, et adimplebit omnia et singula pacta, inita et firmata de treugua et super treugua Almisii per ipsum Comitem Georgium, vt supra dictum est, cum Egregio viro domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comite, recipienti et stipulanti vice et nomine Illustris domini Ducis Venetiarum, Communis et hominum Ciuitatis eiusdem, nec non et habitatorum, fidelium, subiectorum, et districtualium suorum, scriptas et scripta per me Antonium quondam Rolanduxii de Bononia, Imperiali ac Prefectoria auctoritate Judicem et Notarium, anno et indictione predictis, die dominico vigesimo octauo Martii, et eidem Bugio syndico seriose et singulariter ac integraliter per me iam dictum Antonium Notarium lecta et lectas, et non contra faciet vel veniet aliqua ratione, ingenio, siue causa de iure vel de facto sub pena librarum duorum millium et quingentorum

denariorum Venetorum paruorum, solempni stipulatione premissa,et obligatione omnium bonorum dicte Communitatis, et hominum None, mobilium et immobilium, presentium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta sub logia magna Communis Jadre, presentibus dominis Volzina de Matafarto, Bodge de Lourechena, Michaele de Varicassa, Micha Ricario, et Gregorio dicto Gresco de Botone ciuibus Jadre, et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduzii de Bononia, Imperiali et Prefectoria auctoritate Judex et Notarius, predictis omnibus interfui, et vt supra legitur, rogatus scripsi et subscripsi.

(A »Liber Pactorum« czimü velenczei államkönyvből III. köt. 45. lap.)

133.

Trau, Sibenico és Scardona dalmatiai városok magukra vállalják ezen fegyverszünet megtartásáért a kezességet. 1294.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die Veneris, nono intrante Aprili. Nobilis vir dominus Mattheus Lucii ciuis Tragurii, Syndicus, Rector et Procurator nobilis viri domini Phylipuzii Rogerii de Todinis, ciuius Ancone, Potestatis, Consilii et Communis Tragurii ad infra scripta specialiter constitutus, vt continetur in instrumento dicti syndicatus facto anno Dominica a Natiuitate millessimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die Jovis kalendis Aprilis, et scripto per manum Sirocti Petri de Ancona, Imperiali auctoritate et nunc Communis Tragurii Jurati Notarii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice dicti Potestatis, Consilii et Communis Tragurii, et pro ipsis omnibus fideiubendo, et se pro nobili viro domino Comite Georgio Berberiensi tam suo nomine et suorum hominum, quam nomine Communis et hominum Almisii principa-

liter obligando in libris et pro libris tribus millibus denariorum Venetorum paruorum; dominus Marinus Dorbine Judex, ciuis Sybenicsnsis, Syndicus, Procurator et Actor Egregii viri domini Georgii Jurisig de Berter Potestatis Sybenicensis, Milobrati Drugozai, Elie Dragouani, Marse Gregorii et Marini Dobrine, Judicum dicte terre Sybenicensis, ad infrascripta specialiter constitutus, vt continetur in instrumento dicti syndicatus facto anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die Jovis octauo intrante Aprili, et scripto per manum Vincentii Diuiazi, Sybenicensis Jurati Notarii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto, viso et lecto nomine et vice dictorum domini Potestatis, Judicum et Consilii, et Communis Sybenicensis, et pro ipsis omnibus fideiubendo, et se pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris quinque millibus denariorum Venetorum paruorum; dominus Lubacius Judex, ciuis Scardonensis, Syndicus et Procurator, et Rector dominorum Pribi, Bosani et Berislai, Judicum, Consilii et Communis Ciuitatis Scardonensis, ad infrascripta specialiter constitutus, vt continetur in instrumento dicti syndicatus facto anno a Natiuitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die vigesimo nono Martii; et quia Notario carebant, erat dictum instrumentum syndicatus cum quodam sigillo dicti Communis Scardonensis cereo pendenti roboratum, quod quidem sigillum erat rotundum, integrum, non fractum, vel in sui parte aliqua vitiatum, in quo vero sigillo erat scripta imago Beate Marie Virginis sedentis, et ad sinistrum latus eius tenentis filium suum in gremio et brachio, et littere circum circa ad dictum sigillum sculpte sic dicentes: »S. Communis Scardonensis«, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto nomine et vice dictorum Judicum, Consilii et Communis Scardonensis, et pro ipsis omnibus fideiubendo, et se pro dicto Comite Georgio, vt supra dictum est, principaliter obligando in libris et pro libris mille quingentis denariorum Venetorum paruorum, solempni stipulatione promiserunt quilibet eorum se obligando, vt dictum est, se facturos et curaturos, omni exceptione et occasione remotis, quod dictus dominus Georgius Comes Berbirenses tam suo nomine et suo-

rum hominum, quam hominum et Communis Almisii, firma et rata habebit et tenebit, obseruabit, et adimplebit omnia et singula pacta et conuentiones, facta, inita, et firmata de treugua, et super treugua Almisii per ipsum Comitem Georgium, vt supra dictum est, cum Egregio viro domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comite recipienti et stipulanti vice et nomine Illustris domini Ducis Venetiarum, Communis et hominum Ciuitatis eiusdem, nec non et habitatorum, fidelium, subiectorum et districtualium suorum scriptas et scripta per me Antonium quondam Rolanducii de Bononia, Imperiali et Prefectoria auctoritate Judicem et Notarium, anno et indictione predictis, die dominico, vigesima octaua Martii, et eiusdem syndicis et procuratoribus seriose, singulariter, et intelligibiliter coram infrascriptis testibus per me iam dictum Antonium Notarium lecta, et lectas; et non contra faciet et veniet aliqua ratione, ingenio siue causa, de iure vel de facto, sub penis predictis per eos et quemlibet eorum syndicorum superius expressis, solempni stipulatione premissa, et obligationem omnium bonorum dictorum suorum Communium, et cuiulibet eorum pro quantitatibus supradictis, mobilium et immobilium, presentium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta in platea Communis Jadre; presentibus nobilibus viris dominis Barchi Saladini, Lomprede Zenalelli, Andrea de Cande, Damiano de Nasci, et Blasio de Sope, ciuibus Jadretinensibus, et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanducii de Bononia, Imperiali ac Prefectoria auctoritate Judex et Notarius, predictis omnibus interfui, et vt supra legitur rogatus, publice scripsi et subscripsi.

(A »Liber Pactorum« czimü velenczei államkönyvből III. köt. 46. lap.)

134.

II. Károly siciliai király nővérét ifjább Erzsébet magyar királynét támogatja. 1294.

Sondinus de Strigonia habet licentiam extrahendi de portubus Apulie sine jure exiture salmarum frumenti duo milia ferendas per mare ad terras amicorum nostrorum in subsidiuim expensarum Isabelle Regine Vngarie sororis nostre carissime. IV. Madij VII. indictione.

(A »Reg. Angioini« 56. sz. Reg Karoli II. köt. 249. lev.; u. o.)

135.

II. Károly siciliai király Magyarországból való Miklós mestert, ki visszautazik hazájába, mindenkinek pártfogásába ajánlja. 12á4.

Scriptum est vniuersis tam fidelibus quam amicis suis presentes litteras inspecturis etc.

Cum Magister Nicolaus Vngarus lator presentium, clericus et familiaris noster, ad partes Vngarie reuertatur ad presens; amicos actente requirimus, fidelibus iniungentes, quatenus predictum Magistrum Nicolaum nostro intuytu recommendatum habentes, nullam ei in persona uel rebus inferatis iniuriam, uel permittatis inferri, quinimmo ei de securo conductu, si expedierit, ad requisitionem ipsius liberaliter prouidere uelitis. Ita, quod nobis amicis dignas gratias referentes, uos fideles possimus merito commendare. Presentibus post tres menses minime ualituris. Datum Neapoli per B(artholomeum) d(e) C(apua) etc. die VI. Madij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 63. sz. Reg. Karoli II. köt. 97. lev.; u. o.)

136.

II. Károly siciliai király és fia Martell Károly Pál bánt hivják meg Nápolyba. 1294.

Karolus Secundus etc. et Karolus eiusdem Regis primogenitus eadem gatia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, Princeps Salernitanus etc. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum nos super prosecutionem negotij nostri predicti Regis Vngarie de Regno nostro Vngarie cum viro nobili Paulo Bano conferre, ac eius consilio vti volentes, eundem Paulum ad nostram proinde presentiam duxerimus euocandnm; nolentes huiusmodi vocationem ipsi Paulo, vel illi ex fratribus suis, quem ud nos in defectu personalis accessus eiusdem Pauli venire continget, dubiam vergere, licet eis dubitare super hoc de aliquo non sit opus; assecuramus eos per presentium seriem et quemlibet eorundem in persona, familia, equitaturis, et rebus eorum omnibus, in veniendo, morando et etiam redeuudo, vt tam venire ad nos, quam morari nobiscum, quam etiam redire eorum ad propria possint salue, libere et secure, nullis per nos, ac gentes vel fideles nostros, aut subditos valitores nostros, ipsis fratribus vel eorum alteri, siue in persona, siue in familia, equitaturis, rebusque ipsorum quibuslibet molestia, dampno, aut quouis prepedio quomodolibet inferendis; has nostras eis in testimonium et cautelam etiam concedentes. Ad hec, quia superius nomina fratrum dicti Pauli Bani minime ad euocationem explicantur, ne dubium emergat eisdem, ipsorum nomina presentibus lucidamus, et securitatem videlicet Comiti Georgio, et Comiti Meladino, vt supra distinguitur, in eorum testimonium et cautelam duximus concedendum. Datum Bari etc. die XX. Junij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 63. sz. Reg. Karoli« II. köt. 164. l.; u. o.)

137.

II. Károly királynak nyíltlevele, hogy fia Martell Károly jogainak érvényesitése végett sereget fog Magyarországba küldeni. 1294.

Pro nogatio Vngarie.

Scriptum est vniuersis Ecclesiarum Prelatis, Comitibus, Baronibus, Officialibus, nobilibus et personis alijs quibuscunque per Regnum Vngarie constitutis presentes licteras inspecturis deuotis nostris salutem et dilectionem sinceram. Tenore presentium ad notitiam perferri volumus singulorum, quod licet hucusque Karulus primogenitus noster carissimus Dei gratia Rex Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque, Princeps Salernitanus, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus distulerit ad partes dicti Regni sui Vngarie personaliter venire, vel suum Capitaneum destinare, absentia vtique nostra et Regine Marie consortis nostre de Regno Sicilie potissime causam dante: quia tamen per Nos, eandem consortem nostram Prelatos, Comites et Barones, et alios fideles nostros dicti Regni Sicilie deliberato consilio est prouisum et sine retractione firmatum, quod cito Capitaneum nostrum cum gente equitum et peditum armatorum non modica ad partes ipsas Regni Vngarie destinemus, volumus et vobis presentium tenore mandamus, vt eidem Capitaneo, cum venerit, ad honorem et fidelitatem nostram et dicti Regis Vngarie primogeniti nostri, accurrentes potenter et cum promptitudine omni, qua conuenit, tanquam eidem primogenito nostro pareatis deuote et efficaciter intendatis. Quia ipsa Regina consors nostra, et idem primogenitus noster, quibus est potissimum causa presens, cum preforti exercitu Deo preduce eundem Capitaneum subsequentur instanter, et vt feruenti et solito animo possitis pro eis in ipsis partibus causam huiusmodi eorum assumere, illique dare principium quod requiritur oportunum, pro certo confidite ac tenete, eosdem Reginam consortem nostram ac primogenitum nostrum bona fide penitus seruaturum, quod supra distingui-

tur. Et religiosi viri fratres Petrus de Cataneto, et frater Petrus de Vngaria Ordinis Minorum Capellanus, Magister Robertus de Cessania Clericus, et Raullus de Nouilla valectus et familiaris dicti primogeniti nostri, de ipsa missione Capitanei, et gentis etiam potentatu illorsum, ac ipsius primogeniti nostri etiam aditu referent et promittent. Qui nichilominus intendit vos speciali gratia prosequi, et promotione fauere pro meritis, sicut extiterit oportunum. Datum Bari per B. de Capua militem etc. die XXII. Junii VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 68. sz. Reg. Karoli II. köt. 37. lev.; u. o.)

138.

II. Károly siciliai király Zabelinoi Mórt Jádrából hívja meg Nápolyba. 1294.

Scriptum est nobili viro dompno Mauro Zabilino de Zadara dilecto et deuoto suo etc.

Reuoluentes in animo tue fidei et dilectionis constantiam, quam erga Celsitudinem Nostram prompto animo continuatis successibus ostendisti; merito inducimur te exinde ad benemeritorum consortium aggregare. Verum cum propter tue deuotionis merita et obsequia indefessa, que operum experientia probata cognouimus, intendamus te dignis fauoribus adaugere: volumus et mandamus, vt statim ad nostram accedas presentiam; quia te videre plurimum affectamus. Datum Bari per B. de Capua etc. die XXII. Junij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 63. sz. Reg. Karoli II. köt. 164. lev.; u. o.)

139.

Martell Károly magyarországi ügyeiben Tuscia és Lombardia városaitól és községéitől segittetik. 1294.

De curia procuratorium ad Partes Tuscie pro negotio Vngarie.

Karolus Secundus etc. notum facimus vniuersis tenorem presentium inspecturis, quod cum Vniuersitates seu Commu-

nia certarum Terrarum Partium Tuscie, commota deuotionis ac dilectionis zelo, quam ad Excellentiam Nostram gerunt, certas quantitates pecunie pridem nobis seu certis nuncijs nostris nostro nomine liberaliter duxerint promittendas: nos promissiones huiusmodi gratas plurimum, nec inmerito reputantes, quas quidem uotiuus, ut tenemus firmiter, subsequetur effectus; ac actendentes expensarum profluuiam, quam necessarie exigit presecutio recuperationis Regni Vngarie ad Karolum primogenitum nostrum, ipsius Regni Regem, Salernitanum Principem, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominum per successionem legitimam deuoluti, ad quod utique recuperandum et eripiendum de manu occupatoris ipsius, nostre dictique Regis vires in breui cum Eterni Regis auxilio potenter insurgent; facimus, constituimus et ordinamus discretos viros Petrum de Florentia et Judicem Leustasium de Trano, dilectos familiares nostros, nostros ueros et legitimos procuratores ac nuncios speciales, ad conferendum se nomine et pro parte nostra ad Vniuersitates et Communia supradicta, et requirendum ac recipiendum ab eis nomine prosecutionis et in subsidium pretacti negotij dicti Regni Vngarie promissas nobis per illa, ut dictum est, pecunie quantitates in eodem subsequenter negotio con, uertendas; nec non de hijs, que taliter receperint soluentes prout opus fuerit, nostro nomine quietandum; promictentes bona fide, nos habituros ratas et acceptas solutiones pecunie, quas eisdem procuratoribus et nuncijs nostris fieri contigerit, ac si nobis presentialiter et in nostra Camera facte forent; ac etiam habituosos ratum et firmum, quicquid per eos requisitum, receptum, dictum et actum fuerit in premissis, et quolibet premissorum. In cuius rej fidem presens procurationis scriptum exide fieri, et pendenti Maiestatis Nostre sigillo jussimus communiri. Actum et datum Melfie per manus Bartholomei de Capua Militis, Regni Sicilie Prothonotarij, et Magne Curie Magistri Rationalis, anno Domini M° CC° XCIIII° die quinto Julij VII. indictionis.

Super eodem.

Simile factum est ad Vniversitates et Communia certarum Terrarum Partium Lombardie ad predictam Petro de

Florentia milite et Judice Stasio de Trano fidelibus procuratoribus et nuncijs constitutis, et sub eadem data.

(A »Reg. Angioini« A. 63. sz. Reg. Karoli II. köt. 186. lev.; u. o.)

140.

Martell Károly magyarországi ügyeiben atyja II. Károly siciliai királytól pénzzel segíttetik. 1294.

Karolus Secundus etc. Secreto Principatus et Terre Laboris.

Quòd exhibeat Karolo primogenito suo Regi Vugarie vncias auri vigent sex et tarenos quindecim pro expensis diuersorum nuntiorum suorum, quos pro suis negotijs debet ad diuersas partes mittere extra Regnum. Datum Melfie VII. Julij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 56. sz. Reg. Karoli II. köt. 229. lev.; u. o.)

141.

II. Károly siciliai királynak ezen tárgyban más rendelete. 1294.

Pro Rege Vngarie.

Scriptum est Cabillotis seu Credenzerijs Salis Curie Principatus Terre Laboris et Aprutij fidelibus suis etc.

Fidelitati uestre firmiter et expresse precipimus, quatenus omni prorsus mora, dilatione et occasione sublatis, vncias auri sexaginta ponderis generalis de pecunia Cabelle dicti salis, quam anno primo futuro Curie teneminj soluere illi vel illis, quibus Karolus primogenitus noster Dei gratia Rex Vngarie, Princeps Salernitanus, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus per uos pecuniam solui mandauerit pro expensis diuersorum nunciorum suorum, quos pro suis negotijs debet ad diuersas partes mittere extra Regnum absque defectu

quolibet soluere et exhibere curetis, ac recipere de hijs, que solueritis apidixam, mandato quocunque contrario, et eo precipue forsitan uobis facto de tota fiscali pecunia dicte Cabelle hospitij nostri Grafferijs pro parte nostre Camere assignanda, nullatenus obstante. Datum Melfie per manus Bartholomei etc. die VIII° Julij VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 68. sz. Reg. Karoli II. köt. 61. lev.; u. o.)

142.

II. Károly siciliai királynak biztositó levele Pál bán és György comes számára. 1294.

Pro Paulo Bano et Comite Georgio.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem ex Sicilie etc. Maria consors eius predictorum Regnorum Regina, et Karolus eorum primogenitus eadem gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Bulgarieque Rex, Princeps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, notum facimus vniuersis, quod nos Paulo Bano Chroatorum, et Comiti Georgio, et eorum alteri ueniendi simul vel separatim ad presentiam nostram et alicuius ex nobis, morandi, et abinde cum uoluerint ad propria redeundi, licentiam et securitatem plenariam in personis et rebus eorum omnibus et aliorum omnium, qui in comitiua ipsorum accesserint, sub verbo fidei Regie Maiestatis tenore presentium impartimur. In cuius rej testimonium presentes licteras nostras eis exinde fieri, et nostris sigillis pendentibus iussimus communiri. Datum Melfie per Bartholomeum de Capua militem, Regni Sicilie Prothonotarium, et Magne Curie nostre Magistrum Rationalem anno Domini M° CC° XCIIII° die VIII° Julij VII. indictionis Regnorum nostrorum predictorum Regis et Regine Jerusalem et Sicilie anno decimo, nostri uero Regis Vngarie anno tercio.

(A »Reg. Angioini« A. 63. sz. Reg. Karoli II. köt. 173. lev.; u. o.)

143.

Ifj. Erzsébet magyar királynénak és Radiszló bánnak követei Siciliában. 1294.

Pro Pontio et quibusdam alijs de Vngaria. Scriptum est Magistris Portulanis Apulie deuotis suis etc. Cum Pontius sacerdos et Ladislaus de Ossel nuncij Radislaj Bani de Sclauonia, et Benedictus nuncius Illustris domine Elisabet quondam Regine Vngarie, ad Partes Vngarie de nostra licentia reuertantur: deuotioni uestre districte precipimus, quatenus predictos nuncios cum equis sex, et personis septem, exire, de quocunque portu Apulie uoluerint licito et permisso, et transfletare per mare, cum rebus et uictualibus necessarijs uictui equis et personis eisdem ad predictas Partes Vngarie libere permictentes, nullam eis in persona uel rebus inferatis molestiam uel offensam; prouiso quod equos ad arma seu alia de Regno prohibita secum aliquatenus non transducant. Presentibus post mensem unum minime ualituris. Data Neapoli die primo Septembris VII. indictionis Regni nostri anno sucundo.

(A »Registri Angioini« J. 69. sz. Karolus Primogenitus Rex Vngarie etc. czimü kötetéből 68. lev.; u. o.

114.

Martell Károly a római székhez követeket küld. 1291.

Procuratorium Magistri Guillelmi missi a Karolo primogenito etc. ad Romanam Curiam pro negotiis tam Regni Sicilie quam Vngarie promouendis et prosequendis. VII. Decembris VII. indictione.

(A »Reg. Angioini« 53. köt. Reg. Karoli II. 190. lev.; u. o.)

145.

II. Károly siciliai király növére ifj. Erzsébet magyar királyné számára pénzkölcsönt eszközöl florenczi kereskedőknél. 1295.

Pro domina Regina Ungarie.

Scriptum est Cecco Bonaccursi de societate Alte Pacis, et socijs mercatoribus Florentinis fidelibus suis etc.

Cum Regine Vngarie sorori nostre carissime pro expensis suis uelimus de aliqua summa pecunie subuenire; fidelitati uestre precipimus, quatenus de vncijs auri mille trecentis, quas pro iure exiture uictualium infra presentem annum olim uobis uendito, teneminj per certos terminos nostre Curie exhibere, vncias auri ducentas ponderis generalis Vinciguerre de Guardia, Notario, familiari et fideli nostro pro parte nostre Curie assignetis, mictendas per eum prefate Regine, prout habet per alias nostras licteras in mandatis. Recepturi de hijs, que prefato Vinciguerre assignaueritis ad uestram cautelam ydoneam apodixam. Datum Rome per Magistros Rationales die XX. Februarij VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 65. sz. Reg. Karoli II. köt. 196. lev.; u. o.)

146.

II. Károly siciliai király megerősíti János mestert, Henrik bán fiát, jószágainak birtokában. 1295.

Karolus Secundus etc. vniuersis presens priuilegium inspecturis presentibus et futuris. Regalis Excellentie dignitas, quam munificentie presertim largitas reddit illustrem, tunc honoris et glorie titulis decoratur insignibus, tunc precipue meritarum laudum preconijs et fulgore clarescit, cum dignis digna retribuit, et subiectorum suorum impensa fideliter sibi obsequia equipollentium compensatione munifica remunerat premiorum. Actendentes igitur clara fidei merita, nec non et sincere deuotionis obsequia, quibus vir nobilis Magister Jo-

hannes filius Henrici Banj fidelis et deuotus noster Regni Vngarie, seipsum Nostro exhibuit et exhibere non cessat Culmini gratiosum, queue adhuc in posterum exhibere poterit continua de die in diem sedulitate maiora, de solite gratie liberalitate, quam (igy) prenominatum nobilem fauore iugiter prosequi cupimus et honore, ipsi tanquam benemerito atque digno, suisque heredibus in perpetuum bona omnia, que in predicto Regno Vngarie tenet et possidet, et usque in hodiernum diem rationabiliter acquisiuit, per presens priuilegium de speciali gratia et certa scientia confirmamus, nec unquam ad suggestionem quarumcunque personarum nobis consanguinitatis uel affinitatis uinculo coniunctarum, seu sibi aduersantium, ipsum a dilectionis nostre gremio quomodolibet excludemus, quinimmo ad honorum seu dignitatum participium iuxta meritorum suorum, nec non seruitiorum Maiestati Nostre per eum operose ac fideliter impensorum, ipsum tamquam fidelem et deuotum nostrum precipuum admictemus. In cuius rej testimonium ac ipsius Magistri Johannis et heredum suorum cautelam presens priuilegium exinde fieri et pendenti Maiestatis Nostre sigillo iussimus communirj. Datum Rome per Bartholomeum de Capua militem etc. die primo Aprilis VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 37. sz. Reg. Karoli II. köt, 19. lev.; u. o.)

147.

Bertalan magyarországi nemes Siciliából visszatér hazájába. 1295.

Scriptum est Magistris Portulanis Apulie etc.

Cum nobilis vir Bartholomeus de Hungaria Comes in Hungariam reuertatur, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus ipsum Comitem cum nouem equitaturis et alijs familiaribus suis per mare exire, et aliquo uassello inueniendo et conducendo per eum de pecunia sua, ac annona equitaturarum ipsarum, et rebus alijs victuj suo et ipsis familiaribus suis necessarijs supra mare pro transitu ipsorum vsque

Hungariam, exire de quocunque portu jurisdictionis vestre libere permittatis. Super quo vasello inueniendo et conducendo de pecunia sua, vt dictum est, vt in conducendo decipi non possit, tribuatis eidem Comiti consilium, auxilium et aiuuamen; prouiso tamen, ne pretextu equitaturarum ipsarum equi ad arma, et maior annone quantitas pro ipsis equitaturis, et rerum necessariarum sibi et dictis familiaribus propterea extraantur. Datum apud Turrim Herasmi XXVIII. Aprilis VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« I. Károly B. 8. sz. Reg. Karoli II. k. 142. l. u. o.)

148.

II. Károly siciliai király a fia Martell Károly alatt lévő szlavoniai várak erősitése végett bizonyos gabonamennyiséget engedélyez. 1295.

Pro Rege Vngarie.

Scriptum est Henrico de Heruilla stb.

Cum pro munitione quorundam castrorum sitorum in Partibus Sclauonie, que nuper ad Karolj primogeniti nostri Regis Vngarie, Principis Salernitani, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominj, ac nostri in Regno Sicilie Vicarij Generalis fidem et dominium peruenerunt salme frumenti mille illuc per mare mictende de Partibus Apulie necessarie reputentur: volumus et fidelitati tue precipimus, quatenus nuncium dicti Regis Vngarie in continenti extrahere libere a jure quolibet exiture de quibuscunque portubus Jurisdictionis tue uoluerit, licitis et permissis, predictas frumenti salmas mille ad generalem mensuram, ferendas per mare ad predictas Partes Sclauonie pro munitione predictorum castrorum, vt est dictum, absque impedimento uel conditione permictas, non obstantibus conuentionibus habitis inter Curiam nostram, ac Ceccum et socios mercatores, presertim cum conuentiones ipse ad munitionem castrorum Curie nostre seu liberorum nostrorum nul-

latenus extendantur. Datum Anagnie per manus Bartholomei etc. die XXVIII. Maii VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 74. sz. Reg. Karoli II. 80. lev.; u. o.)

149.

II. Károly siciliai király megerősiti Pált, tengeri és horvátországi bánt, bánságának birtokában. 1295.

Pro Paulo Bano.

Karolus Secundus etc. tenore presentis priuilegij notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod nos obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes, illos potioribus prouidemus beneficijs efferendos, quos maiora nobis comperimus seruitia prestitisse. Actendentes itaque grandia, grata et accepta seruitia, que vir nobilis Paulus Banus Maritimus, Dominus Croatorum, dilectus et fidelis consanguineus noster quondam domino patri nostro deuote prestitit, assidue prestat nobis, et Karolo primogenito nostro Regi Vngarie, Principi Salernitano et Honoris Montis Sancti Angeli Domino, ac ipsum prestiturum perseueranter speramus in posterum, consentimus et uolumus, quod dictus Rex Vngarie primogenitus noster eidem Paulo Bano concedat in uita sua Banatum seu dominium Banatus in Croatinis et Dalmatinis Partibus existentem, secundum quod Banatum ipsum tenuit et nunc tenet. Ratificantes quicquid de concessione ipsius Banatus eidem Paulo predictus Rex Vngarie duxerit faciendum, et nos etiam, quantum in nobis est, ipsum Banatum ej, sicut predicitur concedentes. In cuius rej testimonium, ac predicti Paulj Banj cautelam presens priuilegium exinde fierj, et pendentj sigillo Maiestatis Nostre jussimus communiri. Datum Anagnie per Bartholomeum de Capua militem etc. die XVII. mensis Junij VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« E. 67. sz. Reg Karoli II. köt. 52. lev.; u. o.)

150.

Pál bán küldöttjeinek megengedtetik, hogy az igért gabnamennyiséget Siciliából kivihessék. 1295.

Nuncij Paulj Bani habent licentiam extrahendi libere a jure exiture de portubus Apulie mille salmas frumenti deferendas ad partes Sclauonie pro munitione castrorum ipsius Bani. XVIIII. Jünij VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 53. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 260. lev., és B. 82. sz. kötetéből 241. lev.; u. o.)

151.

Martell Károly a nővére Margit és Károly Alançoni és Valois-i gróf közti házasságába ünnepélyesen beleegyez. 1295.

Karolus Illustris Regis Jerusalem et Sicilie primogenitus, Dei gratia Rex Vngarie, Princeps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Cum in tractatu matrimonij contracti inter virum Magnificum dominum Karolum clare memorie domini Philippi Regis Francie filium, Alanzonis et Valesij Comitem; et dominam Margaritam carissimam sororem nostram, certe sint habite et firmate conuentiones inter Serenissimos Principem dominum Karolum Illustrem Regem Jerusalem et Sicilie patrem nostrum ex vua parte, ac dominum Philippum Francie Regem Excellentissimum suo ac ipsius domini Karoli germani sui nomine ex altera; prout conuentiones huiusmodi continentur expresse in litteris ipsius in sui narratione »Tenore presentium notum facimus vniuersis, quod cum nos obtentis super hoc licentia et assensu Sacrosancte Romane Ecclesie« etc., et sic terminantur ante datum »presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri«. Nos qui ex filialis deuotionis instinctu concurrere cum paternis beneplacitis affectamus, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos conuenciones predictas, nec non alienationem, quietationem et traditionem in dicto tractatu

matrimonij factas per ipsum dominum patrem nostrum dicto domino Karolo filio Regis Francie, ac predicto domino Regi Philippo, cuius ipse germanus existit, de Comitatibus Andegauie et Cenomanie, cum hominibus, vasallis, jurisdictionibus, juribus et pertinentijs omnibus Comitatuum eorundem, prout hec omnia in predictis litteris continentur, volumus, laudamus, ratas et gratas habemus, et tenore presencium approbamus, nostrum in predictis omnibus nobis ex integro perlectis et plenius intelligentes prestantes assensum. Et ad maiorem firmitatem predictorum nos omne jus, quod in dictis Comitatibus seu terris Andegauie et Cenomanie ac eorum pertinentijs habere uel petere possemus in futurum quacunque ratione seu causa, titulo uel modo, expresse et per pactum, ex certa scientia remictimus et quitamus, ac eisdem juribus renuntiamus emnino. Promictentes bona fide et ex pacto, nos contra predictas quitationem et renuntiationem, per nos vel alium in perpetuum non venire, nosque in predictis Comitatibus et eorum pertinentijs nichil juris de cetero reclamare, seu facere par alium reclamari, nos et nostra, heredesque nostros ad predictorum obseruanciam efficaciter obligantes. Reseruamus tamen expresse nobis et nostris heredibus, quod per huiusmodi nostrum assensum, remissionem, quitationem et renunctiationem in iure competenti nobis aut competituro in prefatis Comitatibus ex pactis siue conuentionibus supradictis, nullum nobis aut eisdem nostris heredibus preiudicium generetur. In quorum omnium testimonium presentibus licteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Neapoli anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto die vicesimo octauo Junii octaue indictionis, Regni nostri anno quarto.

(Eredetie bőrhártyán vörös-sárga selyemzsinóron függő pecsét alatt, melynek egyik oldalán Martell Károly mint magyar koronás király a trónon ül, hol a körülirással olvasható még » — — — HUNGARIE DALMATIE. CR — — — — LODOM — — — —« ; másik oldalán a kettős kereszt találtatik, a körülirásból még olvasható lévén » — — — — EGIS. IERV. EJ — — — — QVINTI. STEPHANI. REGIS — — — —« ; a párisi nagy franczia nemzeti levéltárban.)

152.

Frater Guddei Robert magyarországi templarius visszautazik Siciliából. 1295.

Scriptum est Magistris Portulanis Apulie et Aprutij.

Quod fratrem Robertum de Gudde, Preceptorem Militie Domus Templi in Vngaria ad partes ipsas redeuntem cum equitatura ac quatuordecim familiaribus suis etc. libere exire permittant. Datum apnd Lacum Pensilem. XXVIII. Augusti VIII. indictionis.

(A Reg. Angioini« B. 35. sz. kötetéből 26. lev.; az olasz király Grande Archivioban Nápolyban.)

153.

Ugyanannak megengedtetik, hogy Siciliából bizonyos árpamennyiséget kivihessen. 1295.

Idem frater Robertus habet licentiam extrahendi per mare sine jure exiture salmas ordei ducentas ferendas upud Jadaram et Zablacam pro vsu ipsius Domus Templi. Datum apud Lacum Pensilem vltimo Augosti VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 35. sz. Reg. Karoli I. köt. 27. lev.; u. o.)

154.

II. Károly siciliai királynak rendelete a Pál bánnak engedélyezett gabnamennyiség kivitele iránt. 1296.

Scriptum est Henrico Secreto Magistro Portulano et Procuratorj, ac Magirtro Salis Apulie familiarj et fideli suo gratiam suam et bonam uoluntatem.

Cum nos Paulo Bano dilecto et deuoto nostro licentiam extrahendi per nuncios suos de portubus Apulie libere a jure exiture frumenti salmas mille ad generalem mensuram, feren-

das per mare ad Partes Sclauonie pro munitione castrorum suorum ipsarum Partium gratiose duxerimus concedendam: fidelitati tue precipimus, quatenus cauto tibi prius per juramentum nunciorum ipsorum, uel alias, prout fuerit oportunum, quod de huiusmodi extractione frumenti nullam parte uel in toto venditionem uel permutationem seu conuentionem aut pactum fecerunt aut facient cum mercatoribus aut personis alijs quibuscunque, sed illud onerabunt et deferent ad expensas proprias dicti Paulj pro predictorum suorum munitione castrorum, nullam fraudem exinde commictendo; ac recepta etiam ab eisdem nuncijs ydonea fideiussoria cautione, quod frumentum ipsum ad predictas Partes Sclauonie pro ipsorum munitione, ut dictum est, et non alio deferetur, quodque infra certum et competentem terminum eis per te propterea assignandum, de ipsius exoneratione ibidem a Rectore, Potestate seu Capitaneo locj, ubi exoneratio ipsa fiet, tibi responsales ydonee referantur, de inde nuncios ipsos dicti Pauli Banj nomine predictas frumenti salmas mille ad generalem mensuram de quocumque portu Apulie licito et statuto extrahere, libere a jure quolibet exiture cum vascellis ad predictas Partes Sclauonie propterea deuehendas sine contradictione permictas. Prouisurus actentius., ne pretextu presentium maior frumenti uel alia uictualium quantitas, seu quecumque prohibita, in fraudem nostre Curie de portubus ipsis aliquatenus extrahantur: cum tibi exinde executioni presentium mandatum vel ordinatio in contrarium non obsistat. Quod si forte compereris, prefatos nuncios venditam, aut colludium aliquod fecisse cum mercatoribus uel alijs de exitura predicta; ad executionem presentium aliquatenus non procedas. Datum Neapoli per manus etc. die IIII. Martij IX indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 82. számu Reg. Karoli II. kötetéből 241. lev.; u. o.)

155.

Nocerában lakozó magyarországi Péter kineveztetik sorrenzoi bírónak. 1296.

Scriptum est Judici Petro Vngaro de Nuceria etc.

De fide et legalitate tua testimonio laudis accepto, te Judicem et Assessorem apud Petrum Lombordum familiarem et fidelem nostrum, Capitaneum Ciuitatis Surrenti duximus usque ad nostrum beneplacitum ordinandum: fidelitati tue mandantes, quatenus ad ciuitatem ipsam te personaliter conferens, sic dictum Officium Assessorie et Judicatus aput eum fideliter et diligenter studeas exercere, quod tuus in hoc processus laudabilis dignum te ad maiora testetur; sicut in nostra Curia prestitisti corporale ad Sancta Dei Euangelia juramentum. Et ecce, per alias nostras licteras Capitaneo prefato precipimus, ut te ad dictum Officium recipiat et debeat retinere; gagia uero tua per alias nostras licteras declaramus. Datum Neapoli per Magistrum Petrum de Ferrerijs Decanum Aniciensem etc. die X. Aprilis VIIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 76. sz. Reg. Karoli II. köt. 139. lev.; u. o.)

156.

Mária siciliai királynénak intézkedése elhúnyt fia Martell Károly hagyatéka tárgyában. 1296.

Pro Curia, et distribuendis supellectilibus pro anima domini Regis Vngarie.

Maria Jerusalem, Sicilie Vngarieque Regina.

Scriptum est religiosis viris fratri Matheo de Auersa Priori Fratrum Predicatorum loci Sancti Dominici, et fratri Francisco Guardiano Fratrum Minorum loci Sancti Laurentij de Neapoli; Petro Broherij militi, et Magistro Alberico de Uerberia Canonico Treccensi familiaribus suis etc.

Multum insidet cordi nostro, quod debita, que per bone memorie Karolum primogenitum nostrum Regem Vngarie certis creditoribus debebantur, pro salute anime Regis ipsius creditoribus ipsis restitui debeant, et de supellectilibus suis omnibus personis hospitij sui benemeritis, alijsque condignis,

qui seruierunt eidem, et pijs et religiosis locis per uos distributio digna fiat. De prouidentiaque uestra, nota industria et legalitate plurimum confidentes, uos omnes, qui de omnibus debitis dicti quondam Regis Vngarie, et specialiter Petrum Braherij, et Magistrum Albericum de Verberia, qui de agendis dicti quondam Regis, et de qualitatibus singulorum longa experentia temporum omnia manualiter iam palpastis, plenam habetis noticiam, super restituendis debitis ipsis, tam pro cotidianis usibus hospitiorum dicti Regis et Regine consortis sue, restitutionibus equorum, gagiis militum et aliarum personarum hospitij eorum Regis et Regine, que debentur eisdem, usque ad tempus Regis eiusdem duximus tenore presentium ordinandos. Volentes et mandantes, quatenus supellectilia omnia, vasa aurea et argentea hospitij et camere dicti quondam Regis Vngarie Jacobo Jannesij de Salerno, Notario et familiari Regis deuoto nostro, ad hoc de mandato nostro statuto, per partes et membra distincte et patricolariter assignantes, supellectilia ipsa, vasa aurea et argentea, postmodum distribuatis iuxta vestrum arbitrium, et condigna distributione pro remedio anime dicti Regis; mandantes dicto Jacobo per mandata et cedulas nostras uestris consignatas signaculis, quod tam supellectilia ipsa, vasa aurea et argentea, qui pecuniam totam pro restitutione debitorum dicti quondam Regis, gagiis militum et aliarum personarum dicti hospitij debitis usque ad tempus mortis Regis eiusdem, ut supra, distinguitur, prout sibi mandabitis iuxta commissionis sue tenorem liberet et exsoluat; si vero ad predicta omnia exequentia omnes quatuor personaliter interesse forsitan non possetis, tres uestrum, et si non tres, duo tantum, ita quod alter religiosorum ex uobis intersit, predicta omnia exequantur. Quia de omnibus receptis, per eundem Jacobum liberatis etiam et solutis ad mandata nostra et cedulas signatas signaculis illorum qui erunt, eum volumus coram Magistris Rationalibus Magne Regie Curie, prout sibi commictitur, finalem et debitam ponere rationem. Datum Neapolj per manus etc. die VIIII. Septembris VIIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« E. 78. sz. Reg. Marie Jerus. Sic. et Vngarie Regine kötetéből 75. lev.; u. o.)

157.

Magyarországból való Kozma, ki Martell Károly személyes szolgálatában volt, vissza tér hazájába. 1297.

Scriptum est Episcopo Rapullano et Henrico de Heruilla Secreto et Magistro Portulano Apulie et Petro de Marra etc.

Cum nos Cosme de Vngaria familiarj olim bone memorie Regis Vngarie primogeniti nostri fideli nostro ad presens in Vngariam redire uolentj ad sororem nostram karissimam Vngarie Reginam Illustrem, cuius familiaris extitit, pro expensis suis in eundo de partibus istis ad illas, licentiam extrahendi per mare de quibuscunque portubus dicte Prouincie Apulie licitis libere a jure quolibet exiture frumenti salmas centum et quinquaginta generalis mensure ferendas extra Regnum quocunque uoluerit, preterquam ad rebelles hostes nostros, cum quibuscunque vassellis conuenientibus gratiose duxerimus concedendam: fidelitati uestre precipimus, quatenus recepta ab extrahentibus ydonea fideiussoria cautione, quod frumentum huiusmodi nonnisi ad terras et loca fidelium et amicorum feratur, quodque infra certum et competentem terminum eis per uos iuxta locorum distantiam prefigendum de ipsius exoneratione frumenti facienda in dictis terris amicorum et fidelium uobis iuxta formam per nostram Curiam traditam responsales ydonee referantur, predictam quantitatem frumenti per dictum Cosmam, eius procuratores seu nuncios de dictis portubus licitis libere a iure quolibet exiture extrahi permictatis, ferendas abinde, vt premictitur, per mare cum conuenientibus vassellis quocunque uoluerit extra Regnum ad loca licita, vt est dictum, mandato uel ordinatione quacunque seu tenore commissionis, per quod posset presentis mandati executio impedirj, etiam si aperceret fierj de illis plenam et expressam de uerbo ad uerbum in presentibus mentionem, non obstantibus quoquo modo. Prouiso, quod pretextu presentis maior uel alia victualium quantitas, uel alia quecunque prohibita de dictis portubus nullatenus extrahantur

Datum Rome per Bartholomeum de Capua etc. die VIII. Nouembris X. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A. 88. sz. Reg. Karoli II. köt. 202. lev.; u. o.)

158.

Drugetti Miklós Martell Károly gyermekeinek szolgálatában. 1298. körül.

Nicolaus Drugetti deputatus extitit ad seruitia liberorum Karoli Martelli Regis Vngariae. XIX. Martij VIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 183. sz. Reg. Karoli II. köt. 189. lev., u. o.)

159.

II. Károly siciliai király nővérét feljogositja, hogy Siciliába visszatérvén, az ő kezessége mellett kölcsönt felvehessen. 1298.

Pro Regina Vngarie.

Karolus Secundus Dei gratia Rex etc. tenore presentium notum facimus vniuersis, quod cum carissima soror nostra E(lisabeth) Regina Vngarie, sicut in Regnum nostrum ad nos, prout sibi exinde presentialiter per nostras alias licteras scribimus, acceserit; plenam sibi tenore presentium potestatem, contrahendi seu contrahi faciendi mutuum pro expensis suis in accessu suo huiusmodi faciendis vsque ad vncias auri mille ponderis generalis, cum quibuscunque mercatoribus et personis alijs, prout et quando ei uidebitur expedire. Promictentes in verbo Regie Maiestatis pro mercatoribus et personis, cum quibus pro causa predicta Regina ipsa mutuum contrahet seu contrahi faciet vsque ad predictam uel infra summam pecunie, uilld eis ad requisitionem eorum restitui faciemus per Curiam mutui restitutionis mercatoribus et personis huiusmodi faciende. Ipsis nunc prout ex tunc omnia bona nostra, et specialiter Regnum nostrum Sicilie obligamus, et remanere illa volumus

obligata, donec de dicto, quod dicte Regine fecerint, mutuo satisfactum plene mutuatoribus per Curiam nostram fiat; dummodo eidem Curie de mutuo ipso constet. In cuius rei fidem et cautelam mutuatorum ipsorum presentes licteras nostras exinde fieri, et pendente sigillo Nostre Maiestatis iussimus communiri. Datum Aquis in absentia Prothonotarij XIIII. Nouembris XI. indictionis.

(A Reg. Angioini« B. 91. sz. Reg. Karoli II. köt. 44. lev.; u. o.)

160.

Erzsébet IV. László magyar királynak özvegye visszatér Siciliába. 1299.

Scriptum est Johanni de Sancta Cruce Prothontino Monopuli.

Quod pro conducenda et associanda Illustri Regina Vngarie sorore Regis (Karoli II.) cum duabus galeis statim ad partes Sclauonie se conferat. Recipit etiam litteras prefate Regine, nec non Petro Piletto et Petro de Suria transmittendas. Datum Neapoli XII. Februarij XII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 95. sz. Reg. Karoli II. köt. 159. l.; u. o.)

161.

II. Károly siciliai király és Maria királyné megerősítik Hrivatin comest a neki Martell Károlytól adományozott javakban 1299.

Hrivatimus Comes, filij et fratres eius, consanguinei et cognati Pauli Bani Croatorum, et Georgij et Mladini fratrum Comitum, habent confirmationem a Karolo et Maria Rege et Regina de donatione facta eis in partibus Sclauonie a quondam Karolo primogenito etc. Rege Vngarie pro meritis in prosecutione cause sue in Vngaria. XIV. Junij XII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« D. 99. sz. Reg. Karoli II. köt. 45. lev.; u. o.)

162.

II. Károly siciliai király fegyvereket küld Pál bánnak. 1299.

Scriptum est Henrico de Heruilla Portulano et Magistro Procuratori Apulie etc.

Tue fidelitati precipimus, vt statim receptis presentibus balistam unam de turno de balistis Curie nostre, que sub custodia tua sunt, Domaldo de Vngaria latori presentium nomine et pro parte viri nobilis Pauli Bani de Vngaria assignare procures. Quod si forte balistam huiusmodi de balistis Curie nostre non haberes, emas statim balistam unam de turno bonam et sufficientem de pecunia Curie existenti uel futura per manus tuas, illamque eidem Domaldo dicti Pauli nomine assignes, et recipias exinde apodixam. Datum Neapoli die XIX. Junii XII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« D. 94. sz. Reg. Karoli II. köt. 234. lev.; u. o.)

163.

II. Károly siciliai király és Mária királynénak privilegiuma, melylyel Pál bán és testvéreinek birtokát és jogait megerősítik. 1299.

Pro Comitibus Dalmatie.

Karolus Secundus etc. et Maria consors eius dictorum Regnorum ac Vngarie Regina, vniuersis presens piuilegium inspecturis tam presentibus quam futuris. Ante oculos nostros assidue posita promptitudo prosecutionis ad subditos communicatio liberalitatis ad dignos faciunt nos sic libenter pronos ad gratias, vt nostrorum merita obsequiosa fidelium grato libenter munerationis condigne rependio premiemus. Sane pensantes in grandia, grata et accepta seruitia, que per viros nobiles Paulum Banum Croatorum, et Georgium ac Blandinum fratres, Ciuitatum Dalmatie Comites, dilectos consanguineos, affines et fideles rostros, ab olim nobis exhibita, et que

ipsos exhibituros speramus in antea, illudque specialj rememoratione uoluentes, quod in manutenenda, gubernanda et defendenda causa nostra de Regno nostro Vngarie contra hostiles insidias et conatus, labores graues, sollicitudines uigiles et tediosa grauamina pertulerunt, Ciuitates, Castra, villas, terras et possessiones in Regno Vngarie et Sclauonie, et Partibus Croatie et Dalmatie constituta, que siue habuerint et tenuerint ab hactenus, siue clare memorie Karolus primogenitus noster Vngarie Rex ipsis concesserit uel donarit, cum hominibus et vassallis, fortellicijs, casalibus, possessionibus, terris cultis et incultis, planis, montibus, pratis, nemoribus, pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus Jurisdictionum et Partium earundem, que videlicet de demanio in demanium, et que de seruitio in seruitium dictis Paulo Bano, et fratribus, et eorum cuilibet, prout unusquisque ipsorum ea tenet et possidet, de certa scientia nostra et speciali gratia confirmamus; et insuper in premium gratie plenioris ipsa omnia et singula eis et eorum cuilibet, ac eorum heredibus vtriusque sexus ex eorum corporibus legitime descendentibus, natis iam uel in antea nascituris, in perpetuum de nouo damus, donamus et tradimus, ac ex causa donationis proprij motus instinctu concedimus in feudum nobile de liberalitate mera et gratia speciali. Hoc solum prouiso, quod in manutenendis, gubernandis et defendendis juribus et causis nostris in predicto Regno Nostro Vngarie contra hostiles incursus, insidias et conatus debito fidelitatis obsequio, quotiens oportunum fuerit, cum copioso exercitu, iuxta posse, nobis assistere teneantur. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam, et predictorum Pauli Bani, Georgij et Mladinj fratrum, heredumque suorum cautelam presens priuilegium exinde fieri, et pendentibus Maiestatis Nostre, et nostro prefate Regine sigillis jussimus communirj. Actum Neapoli presente Curie nostre Magistro Rationalj, dilectis Consiliarijs et fidelibus nostris, ac pluribus alijs; et datum ibidem per manus Bartholomei de Capua militis, Logothete et Prothonotarij Regni Sicilie anno Domini M° CC° XCVIIII° die quarto Augusti vndecime (így) indictionis.

(A »Reg. Angioini« 101. sz. Reg. Karoli II. köt. 44. lev.; u. o.)

416.

II. Károly siciliai király és Mária királyné Babonich fiainak hozzák tanusitott hüségét és érdemeit méltatják. 1299.

Karolus Secundus etc. et Maria eadem gratia eorundem Regnorum et Vngarie Regina vniuersis presentis scripti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Juxta rerum temporalium cursus et ordines nobis nostrorum placere debet auersitas hostium et offensio esse grata; sicque ipsos pretextu nostri ledentium digne sit nobis causa gratificata et coperatio persecutionis accepta. Sane audito, quod viri nobiles Stephanus, Johannes, Radislaus et Och Comites, filij Babonic, fideles nostri de Regno Vngarie, tanquam in fide nostra feruentes, hostes nostris facti sunt hostibus, et persecutores efficaciter inimicis, quibus offensiones, dampna, mortes et alia grauamina intulerunt: eorum inde fidem deuotionis, promptitudinem et feruorem dignis laudibus commendamus. Et insuper, licet inde non penam a nobis, set premium meruisse noscantur: ad cautelam tamen, que prodesse, non officere consueuit, prenominatis Stephano, Johanni, Ladislao et Och, et eorum cuilibet, omnem culpam, offensam, penam realem et personalem ex premissis commissam aut meritam de certa scientia nostra et gratia speciali remictimus et perpetuo relaxamus. In cuius rej testimonium presentes licteras nostras fierj, et sigillis nostris pendentibus jussimus communirj. Datum Neapoli anno Domini M° CC° XCVIIII° die VII. Septembris XIII. (így) indictionis, Regnorum nostrorum anno XV.

(A »Reg. Angioini« 101. sz. Reg. Karoli II. köt. 1. lev.; u. o.)

165.

II. Károly siciliai király és Mária királynénak privilegiuma, melylyel Babonich fiainak birtokát és báni méltóságát megerősítik. 1299.

Karolus Secundus etc. et Maria eadem gratia eorundem Regnorum et Vngarie Regina, vniuersis presentis scripti se-

riem inspecturis tam presentibus quam futuris. In benemeritis et fidelibus nostris libenter gratiam nostre liberalitatis exequimur, et adaugere credentes gloriam clementis munificentie, que debet esse quoddam peculium Principibus, libentius exercemus. Et quidem diligentius actendentes grata fidelitatis obsequia, feruorem fidei, et promptitudinem meritorum, quibus virj nobiles Stephanus, Johannes, (Radislaus) et Och Comites, filij Babonic de Vngaria, dilecti fideles et deuoti nostri, occupationis dicti Regni Vngarie durante discrimine erga nos in manutenendo causam, et fidem nostram seruando ibidem insudauerunt hactenus, et indesinenter insudant, eos digne prosequimur speciali gratia et fauore. Huius ergo inducti considerationis intuitn munitiones, possessiones et bona, cum juribus, jurisdictionibus et pertinentijs suis, que tenent et possident, sicut pretenuit et possedit; et insuper dignitates Banatus eis rationabiliter compétentes, de certa nostra scientia, liberalitate mera et gratia specialj, predictis Stephano, Johanni, Radislao et Och, eorumque heredibus legitimis perpetuo confirmamus sub debito et consueto seruitio, perinde nobis ac nostris in dicto Regno heredibus et successoribus inmediate et in capite faciendo; fidelitate nostra, nostris, et cuiuslibet alterius juribus semper saluis. In cuius rej testimonium presens scriptum exinde fierj, et pendentibus nostris sigillis jussimus communiri. Datum Neapolj anno Domini M° CC° XCVIIII°. die VII. Septembris XIII. (igy) indictionis.

(A »Registri Angioini« 101.sz. Reg. Karoli II. kötetéből 1. l., u. o.)

166.

II. Károly siciliai király Suriai Pétert küldi Magyarországba. 1299.

Petro de Suria relaxantur vncie auri centum viginti septem tareni sex et grana decem, inuente restare liquide penes ipsum de ratione Officij Capitanie Bari quod olim ges-

sit, pro expensis proprijs in eundo ad partes Vngarie pro-seruitijs Regis. XXV. Septembris XII. indictionis.

(A »Registri Angioini« 95. sz. Reg. Karoli II. kötetéből, 43. l., u. o.)

167.

II. Károly siciliai király nővére Erzsébet magyar özvegy-királynénak Siciliába utazása iránt intézkedik. 1299.

Scriptum est Johanni de Cruce militi, Prothontiuo Monopolis deuoto suo etc.

Cum Serissimus Dominus et genitor noster, Illustrem Reginam Vngarie germanam suam et amitam nostram ad partes istas prouiderit debere venire; de ordinatione eiusdem domini patris nostri procedit, et propterea sub obtentu Regie gratie et pena bonorum vestrorum omnium districte mandamus: quatenus statim receptis presentibus, omni mora et occasione sublatis, accedatis Brundusium, et duas galeas de melioribus et fortioribus galeis Curie, que sunt ibidem, aptari, muniri et reparari, si opus fuerit, faciatis singulis oportunis, ipsasque curetis armari facere marenarijs, supersalientibus et personis alijs necessarijs de sufficientioribus, aptioribus et magis expertis, quas in Monopulo et de Monopulo eligatis, solidandas pro mense vno. Quibus galeis armatis, absque mora galeas ipsas personaliter ascendatis, in Sclauoniam ad ciuitatem Spalati profecturi, et inibi Reginam predictam, dominum Petrum de Suria (et) dominum Petrum Pilectum, dilectos familiares paternos ac nostros, qui de mandato paterno iam precesserunt ad partes illas, vt Spalatum Reginam predictam conducant, nec non et familias eorundem in galeis recipiatis eisdem, cum ipsis Barolum vel Manfridoniam redituri etc. Datum Neapoli vt supra etc. (penultima Septembris XII. indictionis.

(Az olasz kir. nápolyi Generali Archivioban őrzött u. n. Arch. 47. fasculus 147. sz.

168.

II. Károly siciliai király megbizottakat küld Szlavoniába és Magyarországba. 1299.

Saluus conductus pro Prudentio de Barolo et personis nauigantibus in duabus barcis nobilis viri Georgij Comitis Draguriensis Sabinicensis ad eundum et reddeundum de partibus Sclauonie vel Vngarie pro seruitijs dicti Comitis deputatis; quibus predictus Prudentius preest etc. XIX. Novembris XII. indictionis,

(A »Registri Angioini« 95. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 117. l.: u. o.)

169.

II. Károly siciliai király és Mária siciliai királyné megerősitik Babonics comes fiait a nagybátyjuk László bánnak Martell Károly által Szlavoniában adományozott javak birtokában. 1299.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Prouincie et Forcalquerij Comes, et Maria eadem gratia eorumdem Regnorum Jerusalem et Sicilie, et Vngarie Regina, vniuersis tenorem presentium inspecturis tam presentibus, quam futuris. Inuitant nos instinctus naturalis et ratio, illorum causas debitis fulcire presidijs, et opportunis fauoribus confouere, quos erga nos ac nostros clara fides et probata deuotio redunt laudabiles, et experta obsequia multa gratos. Sane viri nobiles Comites Stephanus, Johannes et Ladislaus fratres, filii Comitis Babonei, ac nepotes quondam Bani Ladislay, dilecti ac deuoti nostri, a nobis deuotius petierunt, ut cum bone memorie Karolus primogenitus noster Rex Vngarie certas terras et bona sita in Ducatu Sclauonie, predicto quondam Bano Ladislao, dictorum fratrum auunculo concesserit gratiose, in quibus quidem terris et bonis prefati fratres de jure succedunt, terras et bona ipsa

eisdem fratribus confirmare benignius dignaremur. Nos igitur propter ipsorum fratrum eorumque generis, fidei et deuotionis merita, quibus in predicti quondam Regis Vngarie, aut subsequenter nostris seruitijs laudabiliter claruerunt; eorum in hac parte petitionibus, annuentes, terras et bona predicta per dictum quondam Regem Vngarie prefato quondam Bano Ladislao concessa, in quibus dicti fratres se de jure succedere dicunt, fratribus ipsis de speciali gratia et certa nostra scientia confirmanus. In cuius rei testimonium et predictorum fratrum cautelam presentes litteras eis exinde fieri, et pendentibus sigillis nostris Regis et Regine iussimus communiri. Datum Neapoli XXVI. Nouembris XII. indictionis.

(A »Registri Angioini« 95. sz. Reg. Karoli II. köt. 122. l.; u. o.)

170.

II. Károly siciliai király Suriai Péter és Pillezo Péter magyarországi utazása tárgyában intézkedik. 1299.

Sriptum est Prothontino Monopuli familiari suo.

Quia significasti nuper nobis, quod altera galearum, quas per te pridem in Monopulo armarj mandauimus, est ad nauigandum parata gente, panatica ac alijs oportunis: volumus et fidelitati tue precipimus, vt galeam ipsam Petro de Suria, et Petro Piletto militibus pro eorum transitn ad partes Vngarie, ad quas eos pro nostris seruitijs presentialiter mictimus, nec non aliquam magnam barcam vel duas sufficientes pro eorum vsque ad dictas partes animalibus transuehendis conducendas per te de pecunia armationis alterius galee, statim assignes, et a reparatione ac armatione galionis Vestarum, quem te reparari et armari, ac dictis militibus assignari propterea jussimus, quem quidem galionem sic celeriter reparari et armari non posse scripsisti, presentium auctoritate desistas. Residuam pecuniam armationis dicte galee ad nostram Cameram transmissurus. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. die VII. Decembris XII. indictionis.

(A »Registri Angioini« 95. sz. Reg. Karoli II. kötet. 104. l.; u. o.)

171.

Suriai Péter és Piletto Péter, II. Károly siciliai királynak megbizottjai Magyarországba indulnak. 1299.

Scriptum est Petro de Suria et Petro Piletto militibus familiaribus etc.

Quod cum galea et barcis, quas Prothontinus Monopuli ipsis assignabit, se conferant ad partes Vngarie, et ad prosecutionem eorum, que commissa sunt eis, cum diligentia intendant. Datum Neapoli VII. Decembris XII. indictionis.

(A »Registri Angioini« 59. sz. Reg. Karoli II. köt. 104.lev. ; u. o.)

172.

II. Károly siciliai király magyarországi és szlavonia híveit a velenczei kormánynak ajánlja. 1300.

Scriptum est viris nobilibus et discretis Duci, Consilio et Communi Ciuitatis Venetiarum, dilectis amicis suis etc.

Vrget nos ad virum nobilem Comiten Georgium de Crohatia, consanguineum Regine consortis nostre, dilectum militem et familiarem nostrum, eius sincera fidelitas et merita fructuosa, vt eum intra nostre caritatis affectus prosequamur actentius ad gratias et fauores. Sic ergo scire vos volumus, quod ipse fidelis atque vassallus nostre consortis eiusdem, et eius ex liberis nostris, qui pro ea in Regem Vngarie preferetur, ciuitates, castra, villas, bona alia et vassallos in partibus Sclauonie et alibi in dicto Regno Vngarie tenet et possidet, ex quibus nobis et eidem Regine subnectitur et tenetur. Ipsumque itaque Comitem merito prosequentes vt nostrum, jure cupimus, vt tanquam noster a nostris amicis et caris sub debita prosecutione tractetur. Idcirco Sinceritatem et Amicitiam Vestram affectuosius exoramus, vt Comitem predictum et suos contemplatione nostri recommendatum habentes, ciuitates, castra, villas, et eius bona vassalosque predictos, que in partibus Sclauonie possidet et alibi vbicunque, ex vestri fauoris presidio

protegatis vt nostra, non permittentes, quod per aliquos, quiqui sint, Comiti prefato in illis inferatur iniuria, turbatio vel offensa; scituri, quod ascribemus et imputabimus nobis, quicquid dicto Comiti conferetur, et eo magis vobis ad grata tenebimur, quo propensius fauebitis Comiti memorato. Datum Neapoli anno Domini etc. XI. Januarij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 153. lev., u. o.)

173.

György comes Horvátországból Siciliában. 1300.

Scriptum est Justitiarijs, Secretis, Vicesecretis, Magistris Portulanis et Procuratoribus, ceterisque Officialibus per partes Apulie constitutis tam presentibus quam futuris fidelibus suis etc.

Quia vir nobilis Comes Georgius de Chroatia dilectus miles et familiaris noster ac Regine consortis nostre consanguineus et fidelis, ardua plerumque negotia nostra gerens, ire commictitur, et requirendi opus habet, ac interdum nonnunquam mictere per mare, nonnunquam et remictere nuncios, prout emergentium qualitates exposcunt; fidelitati vestre de certa nostra scientia precipimus et expresse mandamus, quatemus Comitum (igy) Prudentium de Barolo fidelem nostrum, quem sibi Comes ipse prout ducem elegit ad huiusmodi missiones, cum duabus barcis suis ire, morari et redire propterea libere et sine molestia qualibet permictentes, dictum Comitum, aut barcas easdem pretextu aliquorum seruitiorum Curie nostre, quecunqe sint, nullatenus impedire temptetis, mandato quocunque generali contrario non obstante. Ita quod vlterius inde vobis scribere non cogamur; presentibus, quas restitui volumus presentanti, post annum vnum minime valituris. Datum Neapoli XI. Januarij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« X. 105. sz. Reg. Karoli II. köt. 155. l.; u. o.)

174.

Magyarországi zarándokok Rómába. 1300.

Securus condictus pro fratre Gregorio Ordinis Predicatorum Vicario Dalmatino, et duobus socijs eiusdem Ordinis Heremitarum, Lectore Strigoniensi, et fratre Jacobo Priore Curmodensi eiusdem Ordinis, Nuncijs Prelatorum et Baronum Regni Vngarie; ac Magistro Jacobo Capellano et familiari Magnifice mulieris Helisabet Vngerie Regine ad Romanam Curiam pro certis nostris et Regine consortis nostre, ac dicti Regni negotijs accendentibus. Datum Neapoli V. Martij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 98. sz. Reg. Karoli II. köt. 187.lev.; u. o.)

175.

II. Károly siciliai király megbizottakat küld Szlavoniába. 1300.

Scriptum est Magistris Rationalibus Magne Curie Baroli etc. Cum certos nuncios nostros ad partes Sclauonie pro quibusdam nostris seruicijs ordinauerimus in proximo destinare: volumus et mandamus expresse, vt inueniatis et parari faciatis instanter in Manfredonia vassellum aliquod necessarium pro trausitu dictorum nunciorum illuc, qui, et comitiua eorum, erunt vsque ad numerum sexaginta sine equis; nec non pro deferendis cum eodem vassello ad dictas partes Sclauonie frumenti boni et vtilis salmas ducentas generalis mensure; quod quidem frumentum inueniatis et ematis pro parte Curie in dicta terra Manfredonie. Ac statim quod dictum vassellum paratum extiterit, inmitti faciatis in illo; ita quod ad sequens mandatum nostrum immediate, quod dicti nuncij nostri Manfredoniam venerint, in dicto vassello predictas ducentas salmas frumenti oneratas inueniant etc. Datum Neapoli XXIII. Aprilis XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. Reg. Karoli II. köt. 222. l.; u. o.)

176.

II. Károly siciliai király Péter fratert, a domokos-rendnek kassai perjelét küldi Magyarországba, mint unokája Robert Károlynak előhirdetőjét. 1300.

Scriptum est Ecclesiarum Prelatis, Comitibus, Baronibus, Vniuersitatibus, ceterisque per Regnum Vngarie ac partes Sclauonie et Dalmatie constitutis presentes licteras inspecturis dilectis fidelibus et deuotis suis gratiam suam etc. Desideratum vobis et infrascriptum postulatum nepotem nostrum carissimum Karolum filium bone memorie Regis Vngarie nati nostri ad vos ecce transmictimus e vestigio accessurum. Et quia predestinamus illuc religiosum fratrem Petrum Priorem de Cassa Ordinis Predicatorum dilectum et deuotum nostrum presentium portitorem, relaturum vobis de dicto accessu qui imminet; fidelitatem et sinceritatem vestram rogamus, vt eidem fratri Petro, que uobis horetenus in hac parte retulerit, credatis indubie et efficaciter impleatis. Vos autem puerum ipsum Karolum, postquam ad partes ipsas peruenerit, suscipite honoranter vt decet, eique tanquam futuro Regi vestro et capiti fauete propitie, assistite fideliter consilijs, auxilijs et fauoribus oportunis; dicto insuper fratri Petro de securo conductu, si expedit, nostri intuytu liberaliter prouidete. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die XXVI. Aprilis XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 248. lev.; u. o.)

177.

II. Károly siciliai király Romaniai Odóra bizza a szlavoniai várak gondviselését. 1300.

Scriptum est Odoni de Romania militi fideli suo gratiam suam etc. Accessurus in proximo Karolus nepos noster carissimus, filius bone memorie Regis Vngarie nati nostri, ad par-

tes Vngarie, quo vocatur, in certo castro illarum partium debet descendere, quod assignabitur ex hoc ei. De tua igitur fide et legalitate confisi, te Castellanum Castri huiusmodi, vsque dum Karolus ipse descendet in illo, duximns tenore presentium statuendum. Volentes et tue fidelitati mandantes, quod in continenti ad partes Sclauonie te conferas, et dictum castrum tibi proinde assignandum presentium authoritate recipiens, illud interim studeas diligenter ac sollicite et fideliter custodire, prout corporale prestitisti exinde in nostri presentia juramentum. Quod quidem castrum postquam receperis, nulli absque speciali mandato nostro vel Vicarij nostri in Regno assignare procures. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. VI. Madij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini«, névsz. II. Károly regestrumaiból B. 97. köt. 248. lev. ; u. o.)

178.

II. Károly siciliai király megbizottat küld Szlavoniába. 1300.

Frater Tadeus Abbas mittitur ad partes Sclauonie. XXIV. Aprilis XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 248. lev. ; u. o.)

179.

II. Károly siciliai király megerősíti Frangepan Doymot Modrus, Vinodol és Geche vármegyék birtokában. 1300.

Karolus Secundus etc. tenore presentium notum facimus vniuersis, quod nos fidei merita nobilis viri Doymi Comitis Velgue (Vegle), dilecti et deuoti nostri, gratiosis affectibus ac-cendentes, ac volentes ex sinceritatis affectu, quo idem Comes causam nostram, et Regine consortis nostre, super negotio, Regni Vngarie fauorabilibus studijs extitit prosecutus, condignis ipsum incrementis prosequi specialis gratie et fauoris

sibi bona fide presentium tenore promictimus, quod eo veniente ad partes istas pro conducendo in Vngariam carissimum nepotem nostrum Karolum primogenitum bone memorie Karoli Regis Vngarie, nati nostri, faciemus sibi suisque heredibus Comitatum Medurse (Modrus) et Vinodolj, ac Comitatum Gezecge, quem tunc tenet, vt dicitur, videlicet terras Odozez, Obriz, Doyanum et Tincz de Lafrazi, ac duas partes Exagonnie, Segiem, et Potestariam ipsius, per patens priuilegium ipsius nostri nepotis sigillo munitum, prout scilicet illa ex antiquorum Vngarie Regum concessione obtinet, confirmari, et successu temporis, cum idem Karolus aurea bulla vtetur, aliud sibi super hoc similiter sub eadem bulla priuilegium indulgeri, has sibi nostras licteras in huius rei testimonium concedentes. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die VIII. Maii XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. »Regesta Karoli II.« czimű köt. 244. lev.; a nápolyi kir. olasz nagy levéltárban.)

180.

II. Károly siciliai király megerősíti Babonics comes fiait szlavoniai és magyarországi birtokukban. 1300.

Karolus Secundus etc. tenore presentis priuilegij notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes, illos potioribus prouidemus beneficijs efferendos, quos maiora comperimus Nostro Culmini obsequia prestitisse; vt melioribus premijs dignioribus compensatis, animenus exemplo huiusmodi ad seruiendum nobis impensius vniuersos. Considerantes igitur grandia, grata et accepta seruitia, que virj nobiles Stephanus, Johannes, Radizlaus et Hot Comites fratres, dilecti fideles nostrj Maiestati Nostre in prosecutione nostre justitie super facto Regni Vngarie deuote ac fideliter hactenus prestiterunt, prestant ad presens, et prestare poterunt in futurum; partem vnam terre Sclauonie, de juribus et pertinentijs dicti

Regni Vngarie a Theotonia videlicet usque in Bosznam, et a fluuio Zaua usque ad montem Gazd, quam dicti Comites dudum tenuisse dicuntur; ac insuper Castrum Medue situm in dicto Regno Vngarie, cum hominibus, vassallis, juribus, redditibus, prouentibus, planis, montibus, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus et pertinentijs omnibus eorundem, sicut ea dicti Comites hactenus tenuerunt, tam ipsis quam suis heredibus utriusque sexus ex eorum corporibus legitime descendentibus, natis et in antea nascituris, in perpetuum de certa nostra scientia, liberalitate mera et specialj gratia confirmamus, et ad plenitudinem gratie potioris, et plenioris roboris firmitatem predicta omnia juxta usum et consuetudinem dicti Regni Vngarie eisdem Comitibus, et dictis suis heredibus, de ipsa certa nostra conscientia concedimus et donamus. Reseruatis nobis uel Karolo, nato bone memorie Karolj primogenitj nostri olim Regis Vngarie, Regi eiusdem Regnj Vngarie omnibus, que tam ratione maioris dominij, quam alias etiam nobis uel eidem nepotj nostro debentur, iuxta ipsum usum et consuetudinem Regni Vngarie supradicti, fidelitate nostra et predicti nepotis nostri, juribus quoque nostris et suis, ac cuiuslibet alterius in alijs semper saluis. In cuius rej fidem perpetuamque memoriam, et Comitum predictorum heredumque suorum cautelam presens priuilegium exinde fierj et pendenti sigillo Maiestatis Nostre jussimus communirj. Actum Neapolj presentibus Magne Curie nostre Magistro Rationali, Consiliarijs, familiaribus et fidelibus nostris ac pluribus alijs; et datum ibidem per manus Bartholomei de Capua militis, Logothete et Prothonotarij Regni Sicilie anno Domini millesimo CCC° die XIIII. Maij XIII. indictionis, Regnorum nostrorum anno XVI.

(A »Reg. Angioini« 101. sz. Reg. Karoli II. köt. 12. l.; u. o.)

181.

Robert Károly, II. Károly siciliai királynak unokája, Magyarországba indul. 1300.

Karolus Secundus etc. utilem et accomodam reputat presentiam fratris Antonii Ordinis Minorum, Capellani et familiaris sui apud Karolum nepotem suum, quem nunc in partes Regni sui Vngariae mittit. XVIII. Mai XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. kötet 262. l.; u. o.)

182.

II. Károly siciliai király unokáját Robert Károlyt pénzzel segiti. 1300.

Cabelloto salis in Apulia et Aprutio; de unciis auri trecentis assignatis Magistro Johanni de Anaxiis Thesaurario de Vngaria, pro emendis et fieri faciendis diversis rebus necessariis eidem Karolo et familiae suae, qui ad praesens in Hungariam se confert. XVIII. Maij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. kötet. 269. l.; u. o.)

183.

II. Károly siciliai király Maralidikot melfitei prothontinust nevezi ki azon hajók parancsnokának, melyekkel unokáját Robert Károlyt küldi Magyarországba. 1300.

Scriptum est Comiti(bu)s naucleriis, prederiis supersalentibus marinariis et personis alijs nauigantibus in duabus galeis et vno galeono armatis in Apulia pro transitu Karoli de Vngaria carissimi nepotis nostri ad partes easdem, fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Cum Maraldicium Prothontinum Melficte familiarem et fidelem nostrum pro

ducendis salubriter vassellis eisdem vsque ad predictas partes Vngarie, et abinde reducendis Capitaneum in illis duxerimus ordinandum: volumus et fidelitati vestre precipimus, quatenus eidem Prothontino tanquam Capitaneo in omnibus, que ad eius spectant officium in premissis, ad honorem et fidelitatem nostram deuote pareatis et efficaciter intendatis, vt per effectum operis merito commendari possitis. Datum Neapoli per B. de Capua etc. die XIX. Maij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. kötet. 268. l.; u. o.

184.

II. Károly siciliai királynak rendelete ugyanazon tárgyban. 1300.

Scriptum est Justitiarijs, Prothontinis, eorum Locumtenentibus et Officialibus alijs, ac vniuersis per partes Maritime Apulie constitutis fidelibus suis etc.

Cum Maraldicium Prothontinum Melficte familiarem et fidelem nostrum pro armandis instanter duabus galeis et vno galeono pro transitu Karoli de Vngaria carissimi nepotis nostri ad partes ipsas presentialiter transmictamus; nolentes in armatione huiusmodi aliquem interuenire defectum vel dilationem: fidelitati vestre precipimus firmiter et expresse quatenus, sicut nostram gratiam caram habetis, vos Prothontini et eorum Locumtenentes ac Vniuersitates eidem Prothontino circa armatione (így) vassellorum et executione seruitiorum, que in commissionis sue licteris continentur, deuote pareatis et efficaciter intendatis; vosque Justitiarij et Officiales alij in premissis eidem Prothontino ad requisitionem suam assistatis consilio et auxilio oportunis, vt Prothontinus ipse conmisso sibi in hac parte seruitio laudabiliter et celeriter exequatur, vosque per effectum operis merito commendari possitis. Datum Neapoli per B. de Capua etc. XIX. Maij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 262. l.; u. o.)

185.

Készületek Robert Károly elindulására Magyarországba. 1300.

1) De armatura galearum pro transitu Karoli de Vngaria, et de naulizandis centum quinquaginta equis, ac salmis frumenti ducentis, et ordei quadringentis ad usum hospitii dicti Karoli, ac biscotto necessario pro panatica. XIX. Madij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 268. l., u. o.)

2) Instructiones datae a Karolo II. Rege Siciliae Maraldicio Prothontino Melfictae pro armatione galearum, quae conducent Karolaum nepotem eius in Vngariam. XIX. Madij XIII. indictionis.

(U. o. 281. levél.)

186.

Robert Károlynak kölcsöne a Bardok florenczi kereskedelmi társaságánál. 1300.

De unciis auri mille trecentis a societate Bardorum de Florencia Johanni de Hanapiis clerico, Thesaurario et familiari Karoli nepotis Regis (Sicilie Karoli II.) et diuersis rebus eidem nepoti pro transitu eius in Regnum Vngarie necessariis, ad requisitionem Curie Regis Sicilie mutuatis. XX. Madij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 262. l., u. o.)

187

II. Károly siciliai király unokáját Robert Károlyt felszólitja, hogy familiarisát Parvipassus Pétert érdemeiert jutalmazza. 1300.

Scriptum est Karulo carissimo nepoti nostro in virtutibus crescere et in gratijs abundare.

Curam sedulam et diligentiam teneram, quibus ad personam tuam Petrus Parui Passus miles, dilectus fidelis noster, familiaris tuus, ab olim obsequiosum se reddidit actendentes: volumus et munificis tuis affectibus suademus, quatenus eidem militi pro remuneratione, quam hucusque sua sic erga te merita exigunt, sexaginta marchatas terre studeas in Vngaria prouidere, quam primum ad id obtulerit se facultas in posterum sibi nichilominus prouisurus, iuxta quod meritorum eius de cetero perseuerante egexegerit inclementum (igy) et tue laudis decentia postulabit. Datum Neapolj per manus etc. die XXVIIII. Maij XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 97 sz. Reg. Karoli II. köt. 287 l., u. o.)

188.

II. Károly siciliai király unokája Robert Károlynak felfegyverzése iránt intézkedik. 1300.

Scriptnm est Nicolao de Luparia, Nicolao Caraczulo, et Petro Paruopassu militibus, Magistris Hospitij Karoli de Vngaria nepotis nostri familiaribus et fidelibus suis etc.

Religiosus vir frater Petrus de Andria de Ordine Predicatorum Prior in Baro pesens coram nobis exposuit, quod non sine amiratione accepimus, eundem nepotem nostrum non habere destrarium, nec curserium, aut robam de seta pro persona sua, prout extitit ordinatum. Nostis enim vos, Nicolaus de Luparia et Petrus, et si bene recolitis, in nostri presentia actum fuit, quod Magistro Johanni Thesaurario deputato aput eundem nepotem inter alia exhibite fuerunt vncie auri

quindecim pro quatuor guarnimentis robe de seta ad opus eiusdem Karoli, cira quod nullum credimus imminere defectum stb. (ordinatio, ut provideant; Justitiarius Bari habet mandatum exhibendi eis ad idem opus vncias auri centum.) II. Julij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg Karoli II. köt. 315. l., u. o.)

189.

II. Károly siciliai király Osvári Gergelyt magyarországi nemest udvarnokának nevezi ki. 1300.

Karolus etc. tenore presentium notum facimus vniuersis earum seriem inspecturis, quod nos ad probitatis et fidei merita Gregorij de Osvaar de Hungaria militis fidelis et deuoti nostri benigne considerationis intuitum dirigentes, ipsum in militem et familiarem nostrum gratiose recipimus, et de nostro hospitio retinemus. Volentes, vt ab officialibus singulis nostrisque fidelibus tanquam miles et familiaris noster et de nostro hospitio curialiter pertractetur. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri et pendenti sigillo Maiestatis Nostre jussimus communiri. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die II. Julij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 97. sz. Reg. Karoli II. köt. 311. l., u. o.)

199.

II. Károly siciliai király pénzzel segiti unokáját Robert Károlyt. 1300.

Justitiario Terre Bari, quod ad requisitionem Nicolaj de Luparia, Nicolaj Caraczulj, et Petri Pititti Passus militum, Magistrorum Hospitii Karoli de Vngaria exhibeat Magistro Johanni Thesaurario eiusdem Karoli pro expensis hospitij sui vncias auri centum. III. Julij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 103. sz. Reg. Karoli II. köt. 260 l., u. o.)

191.

II. Károly siciliai királynak költségei nővére Erzsébet özvegy magyar királyné udvarának eltartására. 1300.

Pro familia domine Regine Vngarie sororis domini Regis.

. . . .

Item debentur eidem mercatori pro cannis XVIIII persi clari de duaco et lilla emptis ab eo ad rationem de tarenis XVIII per cannam vncie XVII tareni XXI.

Canne XXIV et palmi VII ipsius persi liberate sunt ad mandatum Regium sex dominabus et domicellabus morantibus in comitiua prefate domine Regine Vngarie, cuilibet pro roba una de guarnimentis duobus canne IV et palmus unus predicto die VIII. eiusdem (mensis Julij XIII. indictionis Neapoli);

videlicet Eue
Elene
Catherine
Elisabet } dominabus;

Marotte et
Benedicte } domicellabus

— — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — —

Item debentur eidem mercatori pro cannis VIII dicti persi emptis ab eodem ad dictam rationem de tarenis XVIII per cannam vncie IV. tareni XXIV.

Pannus ipse liberatus est ad predictum mandatum Regium domino Damiano Capellano et Laurentio clerico familiaribus dicte domine Regine pro robis eorum, ipsorum cuilibet canne IV pro roba una de duobus guarnimentis predicto VIII. die (mensis Julij XIII. indictionis.)

Item debentur eidem mercatori pro cannis XXXVI cendeti (zendati) rubei ad rationem de tarenis IV per cannam, uncie IV et tareni XXIV.

Cendatus ipse liberatus est ad predictum mandatum Regium prescriptis VII dominabus et domicellabus, et pre-

dictis Capellano et clerico dicte Regine Vngarie pro faciendir forrari (fourrer) dictis robis earum et ipsorum cuiuslibet cannas IV predicto die ibidem.

Item debentur eidem mercatori pro cannis VIII camellini (chalone) emptis ab eo ad rationem de tarenio XI per cannam uncie II. tareni XXVIII.

Item pro cannis IV. blanchette de Ypra ad rationem de tarenis XII per cannam vncia vna tareni XVIII.

Panniipsi liberati sunt ad mandatum Regium fratri Basilio et fratriFabiano de Ordine Minorum, Capellanis eiusdem domine Regine pro robis eorum donatis eis per eundem dominum Regem eodem die ibidem.

(A »Reg. Angioini« X. 230. sz. Reg. Karoli Illustr. etc. 13. l., u. o.)

Et relique canne vndecim ipsius cendati liberate sunt ad mandatum Regium, de quibus per eundem talliatorem forratum fuit ad porfilium supertunicale vnum cum cauda, factum per eum ad opus domine Regine Vngarie sororis eiusdem domini Regis pro presente estate de camelloto celesi.

(U. o. 16. lev.)

192

Erzsébet Mária siciliai királynénak növére Magyarország-ból Siciliába érkezik. 1300.

Die IX. eiusdem (Julij XIII. indictionis ibidem liberata sunt ad mandatum Regium fratri Stephano de Ordine Predicatorum, Capellano et familiari Regio misso per dominum Regeu apud Manfridoniam ad sororem domine Regine Sicilie nouiter de partibus Vngarie venientem cum literis ipsius domini pro expensis suis, vnius socij eius, equorum et familie sue faciendis in ipso viagio in carolenis argenti vncie tres.

(A »Reg. Angioini« X. 235. sz. Reg. Karoli II. köt. 8. l., u. o.)

193.

Robert Károly Apuliában tartozkodik. 1300.

. . . .

Die XVII. eiusdem (mensis Julii XIII. indictionis) ibidem (Neapoli) liberati sunt Cutagno cursori misso cum alijs licteris Regijs ad partes Apulie ad dominum Karolum de Vngaria, et Comitem Georgium de Sclauonia, pro seruitijs Regijs pro mercede sua et ipsius viagio in carolenis argenti tareni XII.

(A »Rg. Angioini« X. 230. Reg. Karoli Illustris stb. kötetében 11. levél, u. o.)

194.

Robert Károlynak kisérete Baroliban. 1300.

. . . .

Eodem die ibidem (XXIV. Julij XIII. indictionis Neapoli) liberati sunt Britoni cursori misso cum expressis licteris Regiis Barolum ad dominum Guillelmum de Pontiaco Magne Regie Curie Magistrum Rationalem, Comitem Georgium de Sclauonia, dominum Nicolaum de Luparia, dominum Nicolaum Caraczulum, et dominum Petrum Parui Passus de familia domini Karoli de Vngaria pro expressis negotijs eiusdem domini pro mercede sua eiusdem viagii, quum cum magna festinantia iturus est ad dictam terram Baroli, et assignare eisdem personis predictas licteras Regias, et de assignatione ipsarum licterarum apportare licteras responsales in carolenis argenti . . . tareni decem et octo, tareni XVIII.

(A »Registri Angioini« X. 230. sz. Reg. Karoli Illustris stb. 10, lev.; u. o.)

195.

II. Károly siciliai király Robert Károly seregének ellátásáról gondoskodik. 1300.

Pro Karolo de Vngaria etc.

Karolus Secundus Dei gratia Rex etc. Henrico de Heruilla Magistro Portulano et Procuratori Apulie etc. Cum prouiderimus nuper, quod per virum nobilem Comitem Dalmadum de Sclauonia dilectum familiarem et fidelem nostrum, frumenti salme mille et trecente generalis mensure de portubus Apulie licitis extrahantur, et per mare ad partes Dalmatie uel Sclauonie pro fodro gentis et alijs necessitatibus Karoli de Vngaria nepotis nostri karissimi in partes illas presentialiter transfretari debentis etc.; quod dictum frumentum sine jure exiture extrahi permittas etc. XXVIII. Julij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« X 105. sz. Reg. Karoli II. köt. 174. lev.; u. o.)

196.

Fráter Péter szlavoniai apát monostora számára Siciliában segitséget nyer. 1300.

Religioso viro fratri Petro Abbati Sancti Stephani de Sclauonia conceditur pro elemosina, quod de portu Baroli uel Manfredonie extrahat seu extrahi faciat, ac dcferri per mare ad Monasterium suum pro vita et substentatione sua et monacorum, ac aliarum personarum eiusdem Monasterij frumenti salmas quinquaginta. I. Augusti XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« X. 105. sz. Reg. Karoli II. köt. 176. lev.; u. o.)

197.

II. Károly siciliai király szlavoniai híveit élelmekkel segíti.
1300.

Scriptum est Henrico de Heruilla Magistro Portulano et Procuratorj Apulie fideli suo etc.

Cum nos viro nobili Comiti Georgio de Sclauonia familiari et fideli nostro exituram frumenti salmarum millle generalis mensure extrahendi de portubus Apulie licitis, et ferendi per mare ad terras suas Sclauonie pro usu suo gratiose duxerimus concedendam : volumus et tue fidelitati precipimus, vt postquam fuerit completa totaliter extractio illarum quantitatum victualium, que pro mercatoribus de societate Bardorum familiaribus et fidelibus nostris debent de predictis portubus extrahi, prout habes a nostra Curia in mandatis; deinde procuratores et nuncios seu ministros dicti Comitis Georgij eiusdem Comitis nomine predictas frumenti salmas mille mensure generalis extrahere de predictis Apulie portubus, ac deferre per mare ad terras ipsius Comitis, vt prefertur, cum sufficientibus vassello seu vassellis capacitatis eiusdem quantitatis frumenti, libere a jure quolibet exiture, ac etiam a jure tareni sine aliqua contradictione permictas, mandato uel ordinatione aliqua in contrarium non obstante, seruata tamen forma consueta et debita, tam in recipiendis fideiussoribus, quam in responsalibus ydoneis tibi debito tempore referendis. Datum Neapolj per manus etc. die IIII. Septembris XIII. indictionis.

(Similes facte sunt pro Comite Domaldo de Sclauonia de exitura frumenti salmarum trecentarum ad terras suas Sclauoniae vehendarum) V. Septembris XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« X 105. sz. Reg. Karoli II. köt. 136. és 153. lev. ; u. o.)

198.

Magyarországi eredetű János II. Károly siciliai király szolgálatában. 1300.

De Johanne Vngaro stipendiario, familiari et fideli Karoli II. Regis Siciliae.

(A »Reg. Angioini« B. 103. sz. Reg. Karoli II. köt. 197. lev.; u. o.)

199.

Szlavonia, Szervia és Bulgaria 1300 körül.

Domini de Sclauonia et Bulgaria: Urossius Rex Servie, Melinie, Chelmie, Dioclie, Albanie et marittime regionis; Stephanus Regis Urossi filius, Rex Dioclie, Albanie, Chelmie et marittime regionis; Stephanus Rex Raxie ut supra. Ladislaus filius eius. Michael Dispota Bulgarie, Dominus de Vigdino, gener Regis Urosii; Vecelaus Imperator Bulgarie.

De Sclauonia: Ser Paulus Banus Croatorum et Boxine; Doymus Comes Vegle, Modruzi et Vinodole, Geze et Possegie ac Vegle Perpetuus Dominus; Bartholomeus, Guido et Fredericus quondam Comitis Johannis Vegle nati; Stephanus Banus totius Sclauonie de Stenizuale.

(A velenczei köztársaság »Liber Pactorum« czimü államkönyvében III. köt. 79. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

200.

István szlavoniái bán védelmébe veszi a velenczei kereskedőket 1300 körül.

Exemplum litterarum domini Stephani Banni totius Sclauonie cum suo sigillo de cera vividi impresso.

Excellentissimo domino Illustri Duci Venetiarum, domino et amico suo in omnibus honorando St(ephanus) Bannus

totius Sclauonie et Stennizuale, inclinationem cum omni reuerentia et honore. In memoriam Vestre Dominationis amicitia velit reducere, quod aliquando a nobis postulabatis, vt mercatores vestri de Venetia per terras nostras et nostram potentiam libere possint cum suis mercimoniis ambulare. Vnde noueritis, quod si eosdem ad nostras partes venire cum suis rebus permiseritis, vllum habebunt timorem in hac parte; quin imo ab omnibus molestare uolentibus eosdem protegemus et defendemus. Et si huc venire voluerint, nos omnem securitatem damus prout tenemur.

(A »Copia de Commemorali« czimü velenczei államkönyvek I. köt. 154. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

201.

Milutin István III. Uros szerb király követeket küld Velenczébe 1300 körül.

Forma ambassate transmisse domino Duci Veneciarum per Seremissimum dominum Regem Semie.

Propter magnum affectum, quem dominus Rex Seruie gessit et gerit ad dominium et Ciuitatem Venetiarum, semper affectauit uniri eisdem. Sed quia hoc non potuit hucusque mancipare effectui, commode obstaculis interiectis, proposuit deincepe domino Duci, vniri et Communitati prefate indissolubilibus amicicie vinculis, et ciuis ipsorum effici more et consuetudine Ciuitatis predicte, si ipsorum adest beneplacitum in hac parte. Sane cum dictus dominus Rex multos inimicos habeat, videlicet Dominos in circuitu Regni sui commorantes, quorum occupauit ciuitates, castra, fortalicias et contractas, quia in statu pacificio secum viuere noluerunt; si casu aliquo aut infortunio superueniente oporteret ipsum habere confugium ad Dominium et Ciuitatem Venetiarum, quod securum ad eosdem incessum habeant, et introitum, et Ciuitates ipsorum fidelium cum suis liberis, et thesauro, et domestica suppellectili vniuersa ibidem moram trahentes ad libitum, et cum expediens viderint, exitum obtineant liberalem.

Insuper cum domino Regi fuerit intimatum, quod aliqui vestri vicini et fideles soleant contra Dominium et Ciuitatem Veneciarum aliquando inobediencie erigere cornua. Si quo tempore volueritis contra tales nostro frui auxilio, promittimus vobis de gente nostra D armatos, quando et quotiescunque expediens videritis in vestrum subsidium destinare, etiamsi ad partes Lombardie, domini Regis sumptibus et expensis. Et eciam, si cum vestro fuerit commodo, promittimus personaliter cum nostro exercitu in vestrum juuamen et auxilium interesse. Et si casu intercidente vestro indigeremus auxilio, si cum vestro beneplacito et bono commodo fieri poterit liberali, quod ipsum a vobis amicabiliter postulemus, tamquam a nostris proximis et amicis.

Intelleximus eciam, quod mercatoribus uestris transitus potest esse fructuosus et utilis per nostrum Regnum, dirigendo gressus suos cum suis mercimoniis versus Constantinopolim et Imperuim Romanie. Vnde cum intuitu vestro mercatorum vestrorum commodum proprium reputemus; nobis placet, quod predictus eis transitus per Regnum nostrum pateat, et per eundem reditus salutaris; et si aliqua damna a nostris perceperint agricolis mercatores prefati, ipsis de Camera nostra integraliter satisfacere debeamus.

Ceterum ad hoc, vt omnia et singula predicta robur et firmitatem obtineant, Excellentie Vestre placeat ad nos aliquem vestrum nobilem destinare, cui possemus loco vestri vocis oraculo spopondere sub juramentis debitis deponentes vniuersa et singula in perpetuum seruaturos domino Duci et Communitati Veneciarum prefate.

Item cum infirmitate fuerimus valida occupati, ita quod medici totaliter de nostra conualescentia desperabant, votum vovimus, quod Jerosolimis ad honorem Saluatoris solemnem Ecclesiam et Monasteriûm construi faciemus, si nos ab huiusmodi infirmitatis voragine liberaret; cuius gracia impetrata, quod ore promisimus, intendimus exequi per effectum per certos nostros nobiles, quos illuc cum magna quantitate pecunie intendimus transmandare. Vnde cum non confidamus dictos nostros nobiles et dictam pecuniam in manibus ponere aliorum, solummodo in vestris; proximitatem vestram, de qua plene

confidimus, et speramus, requirimus et rogamus, quatenus nobis concedatis duo corpora galearum usque in Cyprum, in quibus dicti nobiles perficiant vota nostra, quas ad nostras expensas faciemus armari, vt expediens fuerit. Et quia de mense Augusti vestri armatores sunt — — — ituri cum galeis, placeat vobis ad hoc, vt perficiant iter suum, quod vadant in consortium earundem, ipsasque velitis commendare Capitaneo galearum ipsarum, vt dictas galeas usque in Cyprum aliquatenus non sequestret, sed de eis curam habeat specialem.

(A »Copia de Commemorali« czimü velenczei államkönyvben III. köt. 2. része 497. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

— — —

202.

II. Károly siciliai király Pál horvát bánt élelmekkel segiti 1301.

Scriptum est Guillelmo de Pontiaco militi, Magne Curie nostre Magistro Rationalj etc.

Beneplaciti nostri est, et fidelitati tue presentium tenore precipimus, quatenus de frumento Lucerie salmas frumentj trecentas generalis mensure Conrao Domaldo, nuncio viri nobilis Pauli Bani Croatorum, dilecti affinis, Consiliarij, familiaris et fidelis nostri, quas eidem Bano nuper duximus gratiose donandas, exiberj et assignarj facias in eadem terra Lucerie ad ipsum Banum abinde deferendas. Facturus recipi exinde apodixam idoneam ad cautelam, mandato aliquo huic contrario non obstante. Datum Barj per Magistros Rationales Magne Curie nostre anno Domini M° CCC° I° die XVIIII. Januarij XIIII. indictionis, Regnorum nostrorum anno septimo decimo.

(A »Registri Angioini« C. 104. sz. Reg Karoli II. kötetéből 85. lev., az olasz kir. »Grande Archivio-«ban Nápolyban.)

— — —

203.

Radiszló, Robert Károlynak követe Siciliában. 1301.

Portulanis Manfridonie vel Baruli. Quod libere exire permittant Radislaum Nuncium Karoli Regis Vngarie cum familia et quatuor equis ad partes Vngarie redeuntem. Datum Neapoli XII. Aprilis XIV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 111. sz. Reg. Karoli II. köt. 115. l., u. o.)

204.

II. Károly siciliai király lovak kivitelét engedi meg György gróf számára. 1301.

Portulano Apulie, quod libere extrahere permittat Comitem Georgium de Vngaria equos trigintatres, inter quos sint equi ad arma tres. XXIII. Madij XIV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 107. sz. Reg. Karoli II. 288. l., u. o.)

205.

A velenczei kormánynak rendelete Jadra város községéhez, hogy Almissa ellen felfegyverzett hajót küldjön. 1301.

Capta: quod mittatur precipiendo Comiti et Consiliariis Jadre, quod ipsi arment et persequantur lignum Almisii et alios cursarios Almisii, qui essent extra vel exirent (sicut tenentur per formam pactorum) et si non tenerentur, quod arment et persequantur eos, (et nos faciemus hic solvi), et quod, si expediet, dominus Dux et Consiliarii possint expendi de hauere Communis sicut fuerit oportunnm.

(A velenczei kormánytanács regestakönyveiből vagyis Reg. Collegii.)

205.

A velenczei köztársaság követeket küld Milassin István szerb királyhoz. 1301.

Capta: quod destinentur duo ambaxatores Ragusium et de Ragusio ad Dominos Reges Raxie cum illa comissione que videbitur.

Capta: quod dominus Dux possit committere nobili viro Rogerio Fuscareno Capitaneo galearum Culfi, quod ipse Capitaneus cum suis galeis, possit et debeat ire et stare Ragusii, sicut fuerit opportunum, pro defensione dicte terre.

Capta: quod mandetur nobilis viris Marco Michaeli et Fiofio Mauroceno Capitaneis galearum nostrarum, quod in reditu suo veniant Ragusium et ibi maneant et faciant quod sibi bonum vedebitur, pro bono negotiorum de inde, non faciendo ibi propterea longam moram, sed galee frumenti terre illius penitus veniant absque mora Venetias et habeant respectum quem poterunt ad mercatores.

(A velenczei kormánytanács regestakönyveiből vagyis Regesta Collegii.)

206.

A velenczei kormány a szerb királyhoz küldött követség tárgyában. 1301.

1) (Augustus 8-án.) Capta: quod ambaxatores ituri Ragusium et ad Reges Rassie debeant habere pro eorum salario libras IIII grossorum pro quolibet eorum; si stabunt ultra menses II, habeant libras XL in mense pro quolibet, et si unus eorum vel ambo irent ultra Ragusium per terram ad Reges vel Regem, provideatur ei vel eis de expeusis convenientibus. Et non possint de Ragusio redire sine nostro mandato, salvo si negotium inter Raguseos et Reges foret prius aptatum.

2) (Sept. 14.) Capta: quod sicut ambaxatores ituri Ragusium ad Regem Rascie Urosium, habere debebant libras

IIII Venetorum grossorum, ita habere debeant libras V grossorum. Si Consilium est contentum, sit renovatum quantum in hoc.

3) (Oktober 17.) Capta: quod ambaxatores ituri Ragusium, debeant de via ad Reges vel Regem Raxie convenire se, et consulere simul cum Comite et hominibus Ragusii, et facere id quod videbitur ei Comiti et dictis ambaxatoribus vel maiori parti eorum. Et si accideret, quod ambo vel unus eorum irent ad dictos Reges vel Regem, vadant sicut dictis Comiti et eis ambaxatoribus videbitur, cum expensis convenientibus.

(A velenczei kormáuytanács regesta könyveiből.)

207.

II. Károly siciliai király unokáját Robert Károlyt élelmekkel segiti. 1301.

Karolus Secundus Portulano Apulie, quatenus religiosum virum fratrem Petrum de Adria Ordinis Predicatorum ad Karolum de Vngaria nepotem suum personaliter redeuntem extrahere libere a jure quolibet exiture, et deferre cum vassellis conuenientibus ad partes Sclauonie ad predictum Karolum pro vsu hospitij sui ac equorum suorum frumenti salmas sexcentas, et ordei salmas quatringentas, de victualibus scilicet massariorum Apulie Regine auie sue, sine molestia et contradictione permittat. Datum Neapoli anno Domini M•CCC° (I) die VIII. Decembris XIV. indictionis.

(Az u. n. »Arche della Regia Zecca« XIV. kötegéből 1348. sz. a. és a »Reg. Angioini« 114. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 214. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

208.

II. Károly siciliai király segitséget határoz unokájának Károly Robertnek. 1301.

(Senescallo Comitatuum Prouincie et Forcalquerij, quod imponi faciat et taxari in terris decrete sibi Prouincie) fogagia pro militia Karoli de Vngaria nepotis nostri. VIII. Decembris XIV. indictionis.

(A »Reg, Angioini« 114. sz. Reg. Karoli II. köt. 1531 l., u. o.)

209.

A velenczei kormány Pál horvát bánnak ügyét pártolja. 1301.

Videtur nobis quod attendatur ad istud negotim Bani Pauli expositum per dominum Romeum Quirini.

(A velenczei kormánytanács regestakönyveiből.)

210.

János magyar eredetü nuceriai lakos mint II. Károly siciliai király tiszte a Provenceban. 1301.

Karolus stb. — — — — — — — — —
Johannes Vngarus de Nuceria Secretus Prouincie st. XIV. indictione.

(A »Reg. Angioini« A. 13. sz. Reg. Karoli II. köt. 171. l., u. o.)

211.

Segnia város községe Velenczében kölcsönt felvenni szándékozván, e végett meghatalmazottakat küld oda. 1302.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo secundo, indictione quintadecima, mensis

Januarii die tercio exeunte, vacante sede Regni Hungarici, temporibusque venerabilis patris domini N(icolai) Dei gratia Episcopi Segniensis, virique egregii domini Duymi Comitis Vegle, Vinodoli, Modruxe atque Segnie, secundum morem solitum ad sonum campane ipsius Ciuitatis Segniensis Consilio super campusium more solito solempniter congregato, ubi affuit prenominatus dominus Comes Duymus, prefacti Vicecomites et Judices Craue, Moysi et Pribne, dudum Judices, Marinus condam Judicis Radouani, atque nauclerii et ceteri boni viri de eodem Consilio, studiosius et integrati conuocati et in unum coniuncti, Dei nomine inuocato per se et vniuersum Commune Segnie, ac per se suosque heredes et alias singulares personas et per futuros in perpetuum heredes et posteros spectantes et spectaturos ad ipsam Communitatem Segnie, consulte quid diserere ac determinare omnes unanimes nemine discrepante elegerunt, fecerunt, constituerunt atque omni iuris ordine et robore confirmarunt viros nobiles et discretos de eodem Consilio, videlicet dominum Phylippum condam Rad. olim Vicecomitem Segnie, atque dominum Dessignam condam Nicola filium, iam similiter Vicecomitem eiusdem Ciuitatis, suos procuratores, actores, nuncios speciales et sindicos, ambos quidem insimul et quemlibet eorum per se et in solidum, ad petendum, requirendum, inueniendum etque recipiendum vice et nomine Segniensis Consilii et tocius Communis et Ciuitatis Segnie pecuniam mutuo vel in concessione seu quocumque alio titulo et modo melius et commodius poterunt, Veneciis vel alibi, ab una persona et a pluribus, semel et pluries, usque ad quantitatem sex millium librarum denariorum Venetorum paruulorum; et ad obligandum uni et multis propter dictam pecuniam, siue partem ipsius, omnia bona mobilia et immobilia, presentia et futura, que sunt ipsius Ciuitatis et Vniuersitatis ac Communis Segnie, vel esse aliquo modo possent, cum cartis et instrumentis et omnibus securitatibus, ad terminum et terminos, adiecta pena et penis, ac similiter si opportunum erit ad vendendum, dandum et alienandum, dandum et elienandum, propter dictam pecuniam vel partem ipsius ad tempus et tempora, cuicumque voluerint, omnes et singulos redditus, proventus, mercata et datia spectancia et spectatura,

seu que spectare et pertinere debent et possunt quocumque modo et forma ad prenominatum Commune et Ciuitatem Segnie, faciendo exinde instrument : et cartas cum omni obligatione, securitate et pena, que aliqualiter expedierit, et ad recipiendum in se dictam pecuniam seu partem ipsius usque ad quantitatem prenominatam cum omnibus obligationibus, alienationibus et debitis adiunctis et positis super Commune et Vniuersitatem et bona Ciuitatis Segnie, que eidem vel alicui ipsorum videbitur expedire; et ad distribuendum ipsam peccuniam per ipsos repertam vsque ad dictam quantitatem sex millibus librarum dandum et errogandum, dunandum, alienandum et expendendum cuicumque et quibuscumque et in quocumque negocio siue persona et personis decreuerint, et generaliter ad faciendum, gerendum, exercendum, cnmplendum, et exequendum circa numerationem et receptionem dicte pecunie per quemcunque modum habite et habende omnes securitates, obligationes, instrumenta et cartas, et promissiones ac penas super Commune et Vniuersitatem et Ciuitatem Segnie, quecumque de consilio sapientum ad maiorem cautelam illornm, qui dictam pecuniam dabunt, adici poterunt et quecuuque de consuetudine et more siue statutis illius loci, vel Ciuitatis, ubi dictam pecuniam receperint, spectabunt, ad maiorem securitatem et conseruationem sine dampno creditoris ipsius pecunie sive datoris sive exhybitoris per quemcunque modum ipsius; dantes equidem, attribuentes et irreuocabiliter concedentes omnes de prefacto Consilio consulte et determinate, cum consensu et beneplacito prenominati domini Comitis Duymi, prefatis suis procuratoribus, actoribus, nunciis et sindicis, seu quis alio nomine vel titulo melius censeri possunt, videlicet Vicecomiti Phylippo et Vicecomiti Dessigne, ambobus insimul et cuilibet eorum per se et in solidum, omnem potestatem, auctoritatem, arbitrium, dominium et libertatem, in predictis omnibus, et in his, que ad predicta pertinere dignoscerentur, gerendi, faciendi, exequendi, complendi et stabiliendi, que ipsi omnes de consilio presentes et consencientes et vniuersum Commune Segnie assisters et polens, possent facere et complere, et quecumque quiuis procurator et sindicus legitime constitutus gerere et exercere in consimilibus

posset. Promittentes namque ipsi omnes de prefacto Consilio solempni stipulatione, per se et vniuersum Commune Segnie, et per se et suos ipsiusque Comunitatis prefuturos heredes et posteros, obseruare, attendere ac adimplere, et firma et rata et plena omni semper vigore habere, quecumque prefacti procuratores et sindici, siue quiuis ipsorum, fecerint in predictis, et eos et quemlibet ipsorum relevare, et suos heredes ab omni honere satisfactionis et de iudicato soluendo, et conseruare iugiter sine dampno, et nullo unquam tempore contrafacete aliquo ingenio, fraude vel causa sub ypotecha et obligatione omnium bonorum ipsius Communis et Vniuersitatis Segnie presentium et futurorum. In cuius rei ad maiorem cautelam et testimonium efficacius iusserunt ipsi omnes de prefato Consilio huic instrumento apponi ipsius Communitatis Segnie pendens sigillum. Actum in predicto loco presente nobili viro domino Marco Michael de Venetiis in Segnia, domino Petro Ciurano et Johanne Coradi et Laurentio Barbarico de Venetiis, domino Frederico de Meratinusso, Zone de Nosorogna de Jadria, et Magistro Bartholomeo Barberio de Padua et aliis.

Ego Marcus Michael Vicarius in Segnia manum misi.

Ego Vice-Comes Raduhe examinaui et manum misi.

Ego Judex Moise examinator manum misi.

Ego Petrus de Scarapizza Veglensis, Imperiali Auctoritate et Segnie Notarius predictis interfui et scripsi rogatus. (P. H.)

(Egykoru jegyzői átirat a velenczei nagy levéltárban.)

212.

II. Károly siciliai király 100 arany unciát rendel évi fizetésül Pál bánnak. 1302.

Paulus Banus Croatorum pro seruitijs prestitis maxime in prosecutione negotij Regni Vngarie habuit vncias auri centum annuas. XVII. Julij XV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 120. sz. Reg. Karoli II. köt. 133. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

213.

A velenczei kormánynak utasitása a Milutin István III. Uros szerb királyhoz küldött követei számára. 1302.

Capta: Quod mandetur ambaxatoribus nostris qui iuerunt Ragusum, quod non obstante mandato pridie eis facto, quod redire deberent, stare ibi debeant, quousque aliud eis mandabimus; et si obuiarentur in via Venecias veniendo, quod redire debeant Ragusium, et si Consilium est contentum sit renovatum quantum in hoc.

(A velenczei kormánytanács regestakönyveiből.)

214.

A velenczei kormánynak biztositó levele György almissai gróf számára 1302.

Quod Comes Georgius de Almisio possit cum personis et rebus suis et sue comitiue, venire Venetias, stare et redire.

Capta: quod Comiti Georgio possit dari fidancia per unum annum veniendi Venetias, standi et redeundi, pro se et sua comitiua; ita quod infra dictum tempus sit cum dicta sua comitiua securus in personis et rebus.

(A velenczei kormánytanács regestakönyveiből).

215.

Erzsébet királyné, IV. László magyar király özvegyének számára Nápolyban illö lakás rendeztetik. 1303.

Monasterium Sancti Petri ad Castellum (t. i. Nápolyban) ad claustralem mansionem Magnifice mulieris domine Elisabet Regine Vngarie sororis nostre carissime, aliarumque religiosarum similiter sub regula Sancti Dominici monacharum

ampliatur necesariis accomodis etc. II. Februarii prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 129. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 59. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

216.

A kalocsai érsek, a zágrábi püspök és az erdélyi esperest Nápolyban. 1303.

Scriptum est Magistris Portulanis et Procuratoribus Curie in Apulia.

Cum Reuerendi patres . . . Archiepiscopus Collacensis et . . . Episcopus Zagrabiensis, ac discretus vir . . . Archidiaconus Transiluanus de Partibus Vngarie redire intendant ad partes illas ad presens: fidelitati vestre precipimus, quatenus statim receptis presentibus vas vnum uel plura eis pro huiusmodi eorum redditu oportuna de quacunque fiscali pecunia ratione Officii vestri existente vel futura per manus vestras conducatis instanter, et cum ipsis eos cum eorum familijs, arnesijs, equis triginta, et rebus pro huiusmodi eorum transitu necessarijs pro vsu eorum et equorum suorum, de quocunque licito portu Jurisdictionis vestre uoluerint, transfretare ad Partes Sclauonie libere permittatis etc. XXVI. Junij I. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 129. sz. Reg. Karoli II. köt. 208. lev.; u. o.)

217.

Pál horvát bán a neki kivetett évi fizetése fejében csereképen gabonakivitelre engedélyt nyer. 1303.

Paulus Banus in commutatione annuarum centum vnciarum auri concessarum sibi pro seruitijs in prosecutione negotij Regni Vngarie, habet licentiam extrahendi salmas frumenti mille in omni anno. II. Augusti prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 139. sz. Reg. Karoli II. köt. 275. lev.; u. o.)

218.

Magyar eredetű János II. Károly siciliai királynak szolgálatában. 1303.

Scriptum est Francisco Roffido de Neapoli militi, Justitiario Principatus vltra Serras Montorij etc.

Cum Johannem Vngarum et Raynerium Damiscellum familiares nostros, qui de hospitio nostro ad vnum equum recepti fuerunt, prouiderimus tecum ad gagia Curie in nostris seruitijs moraturos: fidelitati tue mandamus, quatenus eisdem familiaribus nostris gagia eorum, si equos habuerint, et tecum morentur continue, vel de mandato tuo ad seruitia nostra se conferant, ad rationem de granis auri XV ponderis generalis; si vero tecum non essent, vel de mandato tuo predicto se non conferant ad predicta nostra seruicia, seu non haberent equos, dummodo infra jurisdictionem tuam residentiam faciant, medietatem dictorum granorum XV tantum pro quolibet eorum per diem de quacunque pecunia Officij tui etc. Datum Neapoli per manus etc. die XVI. Septembris prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 126. sz. Reg. Karoli II. köt. 479. lev.; u. o.)

219.

II. Károly siciliai királynak neje, Mária királyné nővérének Erszébetnek élelempénzt határoz. 1303.

Domina Elisabet soror Regine Marie consortis nostre habet pro vsu necessariorum suorum vncias auri triginta annuas. XXIII. Martij II. indictionis.

(A »Reg. Angoini« B. 134. sz. Reg. Karoli II. köt. 8 lev.; u. o.)

220.

László mester Kalocsai prépost, Robert Károlynak követe II. Károly siciliai királynál. 1304.

Securus conductus pro venerabili viro Magistro Ladislao Preposito Colocensi Nuncius (így) Incliti Principis Karoli Regis Vngarie filij et nepotis nostri carissimi, quem diebus proximis ad nos misit, et presentialiter reuertitur ad ipsum. XXV. Aprilis II. indictionis.

(A »Reg. Angioini« A 130. sz. Reg. Karoli II. köt. 112. lev., u. o.)

221.

II. Károly siciliai király magához hivja meg Pál horvát bánt. 1304.

(Securus conductus pro) viro Magnifico Paulo Bano Croatorum dilecto affine nostro ad nostram in proximo venturo presentiam. II. Junij II. indictionis.

(A «Reg. Angioini« A. 181. sz. Reg. Karoli II. köt. 18. lev.; u. o.)

222.

Erzsébet királyné, IV. László magyar király özvegyének halála 1304.

Scriptum est religioso et honesto viro Procuratori Ordinis Fratrum Predicatorum in Romana Curia dilecto et deuoto nostro salutem etc.

Placet Sanctissimo in Christo Patri et Domino nostro, domino Benedicto D. P. Sacrosancte Romane ac Vniuersalis Ecclesie Summo Pontifici, et nos de ipsius beneplacito, et conscientia etiam et mandato ad notitiam vestram presentium tenore deferimus: vt cum soror nostra Elisabeth Illustris Regina Vngarie nouissime, sicut Domino placuit,

humanis sit rebus assumpta; mandetis statim vniuersis Prouincialibus Ordinis prelibati, quod ipsi per omnes ipsius Ordinis fratres tantundem in missis et suffragijs alijs fieri statuant pro anima sororis nostre prefate, quantum fieri statutum et solitum est pro anima Magistri prememorati Ordinis, cum carnis viam ingreditur vniuerse. Datum Rome anno Domini etc. die III. Nouembris II. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 135. sz. Reg. Karoli II. köt. 98. lev.; u. o.)

223.

Morosini Albertino szlavoniai herczeg bizonyos kárositások iránt, melyeket tapasztalt, a velenczei köztársasággal egyezkedik. 1305.

MCCCIV. indictione III. die XXVIII. Januarij.

Cum Egregius vir dominus Albertinus Maurocenus Dux Sclauonie petivisset satisfactionem sive restaurationem a Communi Venetiarum de quibusdam suis aquis et possessionibus, quas dicebat fore occupatas et impeditas per ipsum Commune Venetiarum, missi fuerunt aliqui sapientes nobiles per dominum Ducem ad videndum et examinandum predicta, vt superinde fieri possit id, quod juris est. Vnde idem dominus Albertinus misit dominum Michaelem Maurocenum filium suum coram domino Duce et ejus Consiliariis, sicut ibi testificati fuerunt duo testes, et ipse dominus Michael coram ipso domino Duce et Consiliariis pro parte dicti domini patris sui, fuit contentus et confessus, quod si pro predictis negotiis aliquid habuerit idem dominis Albertinus a Communi predicto Venetiarum, quod detur totum usque ad libras XX et dimidie grossorum dominis Fiofia Mauroceno, et Marino Turlono pelipario, videlicet medietatem pro quolibet eorum libere et absolute. Ita quod nullum debitum, nulla questio possit nec debeat impedire predictos, nec alterum eorum, quin de primis denariis provenientibus, vt est dictum, sibi satisfiat integre usque ad quantitatem predictam.

(A »Copia de Commemorali« czimü velenczei államkönyvből I. köt. 164. lev.; a bécsi csász. titkos levéltárban.)

224.

Florenczi bankárok pénzt kölcsönöznek Magyarország ügyeire. 1305.

Doffus de societate Bardorum, et Johannes de societate Peruciorum (Peruzzi) mercatores (de Florentia) mutuauerunt pridem Regi Karolo pro negotijs Regni Vngarie vncias auri trecentas, pro quibus ipsi mercatores a Regina Maria consorte Karoli receperunt coronam vnam de auro cum diuersis lapidibus pretiosis in pignore stb. I. Junij III. iudictionis.

(A »Reg. Angioini« D. 141. sz. Reg. Karoli II. kötetéből 131. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

125.

Frangepán Doym és Babonich Radiszló Siciliában. 1506.

Patentes pro Comitibus de Vngaria.

Scriptum est Justitiario, Capitaneis et Officialibus alijs, nec non et terrarum et quorumuis locorum Vniuersitatibus et personis specialibus quibuscunque presentes licteras inspecturis, fidelibus suis etc.

Cum viri nobiles Doymus Comes de Veglia, et Randislauus Babunio, nostri ac Regine consortis nostre fideles, de Vngaria venientes iam ad portum Manfridonie applicasse dicuntur, deinde se ad nostram ac eiusdem Regine presentiam collaturi: fidelitati vestre presentium tenore mandamus, quatenus eosdem Comites, totamque familiam et comitiuam suam cum animalibus et rebus eorum venire ad nostram dicteque Regine presentiam libere permictatis, nullam ipsis in personis et rebus eorum inferre presumatis iniuriam, molestiam vel iacturam; quinimmo habentes eos nostri dominatus intuitu efficaciter commendatos,et tractantes honorabiliter,sicut decet, curetis eis ad requisionem eorum de securo conductu, si et prout expedire videbitur, prouideri. Datum Neapolj per B. de Capua militem etc. die VI. Junij IV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 147. sz. Reg. Karoli II. köt. 79. lev., u. o.)

226.

II. Károly sicilai király sogornéja Erzsébet, V. István magyar magyar király leánya, adósságainak törlesztéséről gondoskodik 1306.

Karolus Secundus pro extenuatione debitorum, ad que Magnifica mulier Elisabet sororia sua (Maria királyné nővére) certis creditoribus suis tenetur, concedit exituram tante quantitatis frumenti de Apulie portubus extra Regnum, de qua habere valeant vncias auri centum quinquaginta, ad rationem scilicet de vncijs decem pro exitura quarumlibet centum salmarum ipsius frumenti. XVIII. Novembris IV. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 148. sz. Reg. Karoli II. köt. 289. lev. u. o.)

227.

Dalmatiai és szlavoniai kalózok elleni intézkedés. 1307.

De piratis de Dalmatia et Sclauonia.

Homines Ortone habent licentiam armandi vnum vel plura vasa contra eosdem. VII. Junij V. indictionis,

(A »Reg. Angioini« C. 158. sz. Reg. Karoli II. köt. 41. lev, u. o,)

228.

Mária királyné, II. Károly siciliai királynak neje, magyarországi ügyeiről gondoskodik. 1307.

Karolus Secundus etc. tenore presentium notum facimus vniuersis earum seriem inspecturis, quod cum carissima consors nostra Maria Jerusalem et Sicilie ac Vngarie Regina insinuauerit nobis nuper, opus sibi fore, propter suum ad idem Regnum Vngarie accessum, multas subitura est expensas, vendere seu obligare ad aliquod tempus reditus et prouentus, quos percipit et habet in Regno nostro Sicilie; ac suppliciter a

nobis petiuerit, vt ei venditionem seu obligationem huiusmodi faciendi oportunam concedere licentiam dignaremur: Nos, qui eius negotia vti nostra propria in cogitationibus et precordijs gerimus, huiusmodi eius petitionem effectualiter admictentes, qnod ipsa redditus et prouentus omnes, tam omnium terrarum et massariarum suarum vbicumque in predicto Regno nostro Sicilie positarum, quam illum annuum redditum, quem de ordinatione nostra super dohana Ciuitatis Neapolis percipit, vendere seu obligare personis quibuscunque vsque ad quadriennium valeat; dum tamen in predicti Regni sui Vngarie Partes transire contingat; plenam potestatem et licentiam inpartimur etc. Datum Massilie anno Domini M° CCC° VII° XXVII. Novembris VI. indictionis. Regnorum nostrorum anno vigesimo tertia.

(A »Reg. Angioini« B. 168. sz. Reg. Karoli II. köt. 16. lev., u. o.)

229.

Maróthi Messanda Siciliában. 1307.

— — — — nobilis mulier Messanda de Maroth stb. XXIV. Decembris V. indictionis.

(A »Registri Angioini« D. 165. sz. Reg. Karoli II. et Roberti kötetéből 176. lev., u. o.)

230.

II. Károly siciliai király Rikard esperestet küldi Gentilis bibornokhoz. 1308.

Riccardus de Comite Archidiaconus Vigiliensis mittitur pro certis negotiis ad venerabilem in Christo patrem dominum Gentilem Dei gratia tituli Sancti Martini in Montibus Presbiterum Cardinalem in Regno Vngarie Apostolice Sedis Legatum. XXVII. Januarij VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 171. sz. Reg. Karoli II. et Roberti kötetéből 8. lev. u. o.)

231.

III. Frigyes ausztriai herczeg Styriában nevezetes birtokot inscribál a Babonichi grófoknak 1308.

Nos Stephanus, Johannes et Ladislaus Comites de Babanich fratres, presentibus publice profitemur et recognoscimus et spondemus, quod nos turrim in Grezchin, mediam urboram in Landstrost, vrboram integram in Sicherberg, villam in Oberleitenberg, forum in Cromau, et nobiles seu clientes in Orchiniz, nobis et nostris heredibus pro trecentis marcis argent ponderis Viennensis racione nostri obsequij titulo pignoris obligata per Illustrem Principem dominum Fridericum Ducem Austrie, eidem Domino nostro ac suis successoribus restituemus et restituere promittimus per presentes, quandocunque de prefata pecunia soluti fuerimus integraliter et pacati. In quorum testimonium sigillum meum Stephani supradicti, quo et nos Johannes et Ladislaus contenti sumus et vtimur ista vice, presentibus est appensum. Data in Marchpurga anno Domini millesimo trecentesimo octauo idibus Marcij.

(Eredetie bőrhártyán, a grätzi Joanneum kézirati gyűjteményében.)

232.

Gentilis bibornok, az apostoli szék követe, indul Magyarországba. 1308.

De armatione duarum galearum pro instanti transitu in Vngariam Reuerendi patris domini Gentilis tituli Sancti Martini in Montibus Presbiteri Cardinabis in Regno Vngarie Apostolice Sedis Legati. XV. Martii VI. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 171. sz. Reg. Karoli II. et Roberti kötetéből 25. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

233.

Vivianus velenczei consul Segnában jelentést tesz a dogehez Marin velenczei kereskedő ügyében. 1308.

Exemplum litterarum missarum domino Duci ex parte gratia Dei Viviani, Consulis Venetorum in Segna.

Vestre Celsitudinis litteras recepi reuerenter per Marinum Zaulani, per quas mihi precepistis, quod alias ducales litteras prefatis litteris alligatas occasione dampni dati eidem Marino domino Comiti Bartolomeo presentare deberem, atque penes ipsum procurarem, quod ipsi Marino res ei ablatas restituere deberet seu restitui facere. Ad que Magnificentie Vestre cum reuerentia duxi respondendum: Quod statim cum predicto Marino iui ad dictum dominum Comitem Bartulum, et inueni eum in Bucharo, et eidem dictas litteras presentaui, atque eum rogaui pro parte vestra et Communis Venetiarum, quod sepe dicto Marino res, quas sibi abstulerat vel abstuli fecerat, restituere deberet. Qui dictus Comes dixit, quod per suas litteras Vestre Dominationi respondere intendebat super predictis fingendo, se nihil indebite a dicto Marino accepisse, nec pecuniam nec salarium suum habuisse. Verumtamen Ducali Celsitudini facio esse notum, quod publica vox et fama est, signanter Vinodole, quod dictus Comes accepit indebite dicto Marino res, quas idem Marinus coram Vestra Dominatione proposuit et dixit, sicut in exemplum litterarum vestrarum missarum dicto Comiti continetur. Et insuper dicere possum, et in veritate Vestro Dominio assero, quod Sclavum antedicti Marini vidi propriis oculis in Castro Nouo in partibus Vinodole, quod dicti domini Comitis est, in quo castro nullus forensis audet ire vel stare, nisi de licentia et precepto dicti domini Comitis Bartoli. Insuper Vestre Potentie facio esse notum, quod dominus Henricus Badouarius, cognatus dicti Comitis stantis in Segna, non est a modo elapsus mensis vnus, dixit coram me et multis mercatoribus vestris, quod Sclavus dicti Marini erat in Bucharo, et venire volebat cum ipso in Segnam, et idem dominus Henricus noluit eum accipere sine

licentia dicti domini Comitis Bartoli, cognati sui. Et propter hoc idem Sclavus Buchari tunc remansit. Que quidem supradicta in presentia dicti Marini dixi et aperui coram dicto domino Comite Bartulo ob reuerentiam Ducalis Celsitudinis et bonum dicti Marini. Et tamen nihil profuit; quare veraciter credo, quod nunquam dictus Marinus aliquid habebit a dicto Comite, nisi aliter per Vestram Magnificentiam prouidebitur in predictis. Date de mense Aprilis, sexta indictione.

(A »Copia de Commemoriali« czimü veienczei államkönyvben I. köt. 267. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

234.

Erzsébet, V. István magyar királynak leánya és Mária siciliai királynénak nővére. 1308.

(Monasterium Sancti Petri ad Castellum de Neapoli) quod sub speciali nostra protectione et defensione consistit, et in cuius claustrali ambitu venerabilis mulier domina Elisabeth, filia bone memorie Regis Vngarie, soror nostra dilecta, alieque monaschice mulieres degunt sub Beati Dominici confessoris regulla stb. (habet varias concessiones) IX. Julij VI. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 168. sz. Reg. Karoli II. köt. 94. l.; az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

235.

Gentilis bibornok és apostoli követ Segniában. 1308.

Frater Gentilis, miseratione Divina tituli Sancti Martini in Montibus Presbiter Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus, dilecto domicello et familiari nostro Andree, nato nobilis viri Marci Michaelis Comitis Arbensis, salutem in Domino. Tui nobilitas generis et deuotionis sinceritas, quam ad personam nostram te habere percepimus, promerentur, vt personam tuam specialis fauoris gratia prosequamur. Hinc est, quod nos

te in domicellum et familiarem nostrum recipimus, et domicellorum ac familiarium nostrorum consortio aggregamus; volentes, vt de cetero domicellorum ac familiarium nostrorum nomine gaudeas, et fauoris nostri vbique presidio potiaris. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde confectas sigillo nostro munitas tibi duximus concedendas. Datum Segnie XVI. kalendas Septembris anno Domini millesimo trecentisimo octauo, Pontificatus domini Clementis Pape V. anno tertio.

(Eredetie bőrhártyán a velenczei nagy levéltárban).

236.

Gradonigo Péter velenczei doge kéri Gentilis bibornokot, hogy Vendelin velenczei pap számára praebendát szerezzen Zágrábban. 1308.

Fratri Cardinali in partibus Vngarie Legato. Cum dilectus noster Jacobus Vendelinus plebanus Ecclesie Sancti . . . de Venetiis, Canonicus Sancti Marci de Venetiis, Mironensis, et Ecclesie Zagrabiensis, quem fama laudabilis recommendat, intendat dare operam studio litterarum; sed quod sine redditibus nequiret in effectum deducere: paternitatem vestram affectuose rogamus, quatenus eidem dignemini de gratia speciali concedere, quod ipse in aliqua Ecclesiarum suarum possit percipere redditus prebende dicte Ecclesie Zagrabiensis. Datum die primo Octobris, indictione VII.

(Eredetie bőrhártyán a velenczei nagy levéltárban).

237.

Gradonigo Péter velenczei doge felmenti Sibenico város községét azon kötelezettség tekintetében, melyet mint kezes György almissai grófért teljesitett. 1308.

Anno Domini millesimo trecentesimo octauo, indictione septima, die vigesimo sexto intrante Octobris, in palatio Ducatus Venetiarum, presentibus dominis Andrea de Norengis

et Donato Lombardo, scribis Ducatus eiusdem, et alliis testibus vocatis et rogatis. Constituto coram Magnifico domino Petro Grandenico, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Duce, Domino Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie, nobili et sapienti viro domino Nicolao Bredani Veneto, ac petente instanter nomine et vice Potestatis, Judicum et Communis Sibinici, dante et soluente libras octingentas denariorum Venetorum in grossis, ad rationem de denariis triginta duobus pro quolibet grosso, ac petente ab eodem domino Duce fieri instrumentum finis et remissionis de dicta summa sibi, seu dictis Potestati, Communi et hominibus Sibinici, et animo absoluendi dictos Potestatem et Commune ab omni obligatione ac fideiussoria cautione, quibus obligarentur hactenus pro Comite Georgio; ipse dominus Dux nomine suo, Consiliariorum Consilii et Communis Venetiarum, ac singularium personarum Venetiarum et Districtus et totius Domini Venetiarum, contentus, confessus et manifestus fuit, se habuisse et recepisse, et in se habere a dicto domino Nicolao dante et soluente vice et nomine dictorum Potestatis, Consilii et Communis Sibinici libras octingentas denariorum Venetorum grossorum ad denarios triginta duos pro quolibet grosso, debitas et promissas hactenus per eosdem Judices, Consilia et homines Sibinici, seu per eorum legiptimum sindicum, soluendas pro vltimo termino ad terminum Sancti Michaelis presentis mensis Septembris nuper preteriti, de summa librarum quinque millium, ad denarios triginta duos pro quolibet grosso, debitarum et soluendarum, seu solui et dari promissarum per predictos Judices, Consilia et Commune Sibinici occasione fideiussionis, quam fecerunt hactenus pro Comite Georgio de Almisio, occasione damnorum ab eo Comite, seu gente eius illatorum subiectis domini Ducis et Communis Venetiarum, et occasione repressaliarum contra predictos Judices, Consilia et Comitem Sibinici concessarum per Commune Venetiarum occasionibus antedictis; de qua prommissione et obligatione extat publicum instrumentum anno Domini millesimo trecentesimo secundo, indictione quinta decima, die quinto Junii, sub signo et nomine Johannis Pugne quondam Laurentii, Ducalis auri Venetiarum scribe, confectum. Ideoque idem dominus Dux nomine suo.

Consiliorum et Communis Venetiarum, ac nomine omnium et singularum personarum Venetiarum et Districtus et Dominii Venetiarum, pro quibus omnibus et singulis promisit de rato, fecit finem, liberationem, quietationem et plenam securitatem ipsi domino Nicolao nomine et vice predictorum Potestatis et Communis Sibinici stipulanti, seu eisdem Potestati, Consiliis et hominibus Sibinici de ipsa summa librarum octingentarum pro vltima paga et vltimo termino complente et perficiente dictam summam librarum quinque millium, et omnibus que occasione dictarum octingentarum librarum peti potuissent vel possent, sibi plene solutum et satisfactum asserens, et faciens de eis libris octingentis, et omnibus, que earum occasione peti petuissent vel possent, dicto domino Nicolao stipulanti nomine dictorum Potestatis, Consiliorum et Communis Sibinici, seu eisdem Potestati, Consiliis et hominibus Sibinici, pactum firmum et perpetuum de amplius non petendo. Promittens insuper idem dominus Dux nomine supradicto dicto domino Nicolao predictorum Potestatis, Consilii et hominum Sibinici nomine recipienti, stipulanti, interuenienti stipulatione solempni, presentem finem,libertationem, quietationem, pactum, securitatem omni tempore ratas et rata habere, et inuiolabiliter obseruare et facere obseruari, nec contra aliquo tempore facere vel venire per se aut alios, cum obligatione bonorum Communis Venetiarum.

Ego Bonencasa de Chetiis, Imperiali auctoritati Notarius et Ducatus Venetiarum Scriba predictis interfui, et ea rogatus scripsi, et in publicam formam redegi.

(A velenczei köztársaság »Copie de Commemoriali« czimü állam-könyben I. köt. 322. lev.)

238.

Gradonigo Péter vigasztalja és tanácsával támogatja Frangepán Lénárt halála után annak leányát Zanettát. 1308.

Petrus Gradonico Dei gratia Dux Venetiarum, nobili et egregie mulieri, filie quondam Egregii Leonardi Comitis Vegle, Vinodoli et Modruxe ac Gezege, nepti sue dilecte, salutem et dilectiónis affectum. Vestras nuper recepimus litteras inter cetera continentes, qualiter pater vester predictus diem clausit extremum, quod nobis displicuit et displicet sicut debet. Continebant insuper vestre littere memorate, quod dictus pater vester ordinauit in suo testamento, quod darentur uobis de bonis suis duo millia librarum denariorum Venetorum paruorum, et hoc commissit Comiti Duymo et nepotibus suis; et quia audiuistis, quod Comes Duimus velit vos in Hungarie partibus nuptui tradere, quod animus vester nullactenus consentiret, desiderantes potius vestram vitam, donec Deo placebit, penes nos ducere, et alios nostros proximos et parentes, quam viuere in locis extraneis et longinquis. Eapropter nos precibus humilibus supplicastis, quod dignaremur in hiis vos auxilio nostro et consilio recreare, cum vestre intentionis existat, vos et facta vestra regere et gubernare iuxta nostre beneplacitum voluntatis; requirentes nos, quod tam de nostro statu, quam de modo et via exigendi dictos denarios vobis nostrum consilium scribere dignaremur. Ad quorum significata uobis tenore presentium respondemus, quod si Deo placuisset conseruare dictum patrem vestrum in hac vita, nobis plurimum placuisset; et quamuis negotia nostra viuente patre vestro satis fuissent nobis commodi, multo magis nunc ea intendimus efficaciter pretractare. Ad ea vero, que nobis scripsistis, quod Comes Duimus, sicut audiuistis, vos intendit maritare in partibus Hungarie; et quod animus vester ad hoc nullo modo consentiret, cum sit vestre intentionis, potius vitam vestram, donec Deo placuerit, penes nos ducere, quam in extraneis partibus viuere et longinquis; respondemus: Quod nobis multum placet vestra intentio, et vos ortamur, vt in ista vestra intentione

firmiter perseuerare velitis, considerantes qualem vitam quamplures de domo vestra in illis partibus Hungarie maritate contraxerumt, et ad quem finem finaliter contraxerant, et maxime ad presens. Considerando super eo vero, quod nobis dicendo misistis, quod vobis nostrum consilium mittere dignaremur de modo et via exigendi dictos denarios; scire vos velimus, quod Egregiis viris Comiti Duymo et vestris consaguineis super hoc nostras litteras prouidemus destinare continentes, quod ea, que pater vester cira vestra negotia ordinauit. ea debeant in breui et cum effectu laudabili percomplere. Quod si fecerint, nobis placebit; alioquun illam viam tenebimus in ipso facto, que nobis pro vobis melior et vtilior apparebit. Et super hoc debeatis caute et solicite nobis rescribere, qualiter se gesserint circa dicta negocia vestra, postquam nostrum mandatum receperint; cum intendimus penitus, quod, quicquid debetis de iure recipere, habeatis, firmiter cognoscentes, quod cum illo, quod habebitis deinde, et illo quod habebitis hic in Venetijs, quod est penes aviam vestram, que tota affectione desiderat honorem vestrum et statum, poteritis Deo dante in quocunque statu vobis placibili atque grato ducere bene et honorifice vitam vestram. Debeatis igitur cuncta facta vestra sapienter, ordinate et caute, et nobis statum et conditiones vestras sepe scribere ordinate; cum intendamus pro vobis mittere tempore debito et competenti, et quod veniatis Venetias, sicut pro vobis et nobis videbitur conuenire. Datum die IX. Decembris, indictione VII.

(A »Secreta «czimö velenczei államkönyvben, IV. könyv 5 sz.; a velenczei nagy levéltárban.)

238.

Gradonigo Péter velenczei dogenek levele Frangepán Doymhoz ugyanazon ügyben. 1308.

Egregio et potenti viro Duymo, de suo mandato Comiti Vegle, fideli dilecto, et Comiti Vinodoli, Modrusie et Gacege, et Signie dominatori, salutem et sincere dilectionis affectum. Nuper intelleximus Egregium virum Comitem Leo-

nardum consanguineum vestrum de hoc seculo transmigrasse, de quo nobis displicet multimode sicut debet. Intelleximus etiam, quod ipse in suo testamento ordinauit, quod filia sua Zaneta, neptis nostra dilecta et vestra, inter alia sibi legata de bonis suis habere deberet libras duo millia denariorum paruorum; et quod per vos et suos nepotes dicta pecunie quantitas eidem Zanete exiberi deberet. Et licet in hoc casu rationabiliter rogamina non occurrant, cum facta ipsius nos multum ratione propinquitatis tangant animam; prudentiam vestram rogamus attente, quatenus dare velitis operam cum effectu, quod ipsa neptis nostra et vestra dictam pecunie quantitatem habere valeat, quam cicius esse potest. Preterea fide dignorum relatione nobis innotuit, quod vos dictam neptem nostram et vestram intendebatis nuptiis tradere in partibus Hungarie, quod nobis apparuit inconueniens pro bono statu suo et conseruatione ipsius, considerantibus, qualem vitam quam plures domine de domo Vegle in Hungarie partibus nupte habuerunt, et ad qualem finem vltimo deuenerunt, et etiam pessimum immo pestiferum statum, qui ad presens viget in toto Regno et partibus Hungarie. Quare si hoc proposuistis, quod non credimus, placeat vobis ab isto proposito vestrum intellectum nostro iutuitu remouere; cum nostra sit intentio, si vobis videbitur, ipsam neptem vestram et nostram penes nos tamquem filiam habere Venetiis; quod cum habuerit id, quod de bonis paternis habere debet, et illud etiam, quod hic habet penes auiam suam, que tota affectione desiderat eidem honorem et statum, poterit in quocumque statu sibi placibili vitam suam ducere honorabiliter et decenter, et nos ipsius facta intendimus Deo dante taliter disponere et ordinare, quod cedet ad laudem nostram et vestram et totius Domus Vegle, et ipsius consolationem et bonum statum pariter et honorem. Data die XI. Decembris, indictione VII.

Eodem die et iisdem verbis scriptum fuit filiis quondam comitis Johannis: Bartolo, Guidoni, Federico.

(A »Secreta del Collegio« czimű velenczei államkönyvből IV. köt. 5. sz.; a velenczei nagy levéltárban.)

240.

Magyar hölgy a nápolyi udvaron. 1309.

Karolus Secundus etc. — — — (említtetik) Maria domicella de Vngaria, habuit grana auri X per diem pro vita et substentatione sua. VIII. Januarii VII indictionis.

(A »Registri Angioini« H. 191. sz. Reg. Roberti primogeniti kötetéből 187. l., az olasz kir. ,Grande Archivioban Nápolyban.)

241.

Karachin mester kalocsai olvasó kanonok mint Robert Károly követe a római széknél. 1309.

— — — Magistro Carachino Lectori Callocensi, clerico et familiari Regis Vngarie nepotis nostri carissimi, tunc accessuro ad Romanam Curiam pro certis agendis tangentibus ipsum Regem et Archiepiscopum Collocensem, Cancellarium Regis eiusdem pro expensis suis sueque familie vncias octo. (Nyugtatványi kivonat) XIV. Januarii VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 180. sz. »Reg. Karoli II.« kötet. 2. l.; u. o.)

242.

A velenczei kormánynak levele Milutin István III. Uros szerb királyhoz bizonyos hajótörés által elvesztett dolgok visszaszerzésének ügyében. 1309.

Vrosio Seruie, Chelmie, Dioclie ac Albanie Regi Illustri.

Sicut nostrorum fidelium de ca Contareno et ca Barbo relationem didicimus, Serenitas Regia preces nostras, scilicet nostris factas litteris, exaudiens super restitutione bonorum, recuperatorum a naufragio galee predictorum nostrorum fidelium, per proprios mandauit nuncios Episcopo Sancti Michaelis, penes quem fuerant res et merces recuperate a naufragio

memorato, quod fieret restitutio predictorum bonorum nuncio nostrorum fidelium predictorum; quorum nunciorum tractatu› et maxime illustris domini filii vestri dictus nuncius dictorum nostrorum fidelium ad compositionem deuenit cum prefato Episcopo pro soldis Venetis grossorum quatuor mille dandis per dictum Episcopum dicto nuncio pro totali summa rerum recuperatarum ipsarum, de quo Regie Serenitati gratiarum referimus multimodas actiones. Verum tamen cum, ut nobis asseritur per dictos nostros Venetos, dictus Episcopus dicto nuncio assignari fecerit pro parte satisfactionis bestias tot, que extimate fuerunt, licet superflue, soldis grossorum MCC; de quorum animalium iusta venditione non fuerunt habiti nisi yperpera de Brescoa VII centum, que est multo minoris valoris, quam sunt Veneti nostri grossi; de quo prefati nostri Veneti damnificantur non modicum: Maiestatem Regiam rogamus attente, quatenus dignetur taliter mandare et facere fieri, quod tota quantitas, que restat soluenda, Auliverio Cuppo, nuncio nostrorum predictorum fidelium, soluatur in Venetis grossis, vel saltem in rebus per iustam extimationem valentibus tantam summam Venetorum grossorum; ne prefati nostri fideles ex hiis iniustis causis cumulent damna damnis; et ut sicut hoc negotium per mandatum et operam Regiam est ad finem compositionis perductum huiusmodi, sic per Eandem laudabilem executionem sorciatur, ex quo Maiestati Regie obligemur. Datum in nostro Ducali palatio Venetiarum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo nono, indictione septima, die vero decimo mensis Madii, Similes illustri et magnifico domino nato serenissimi domini regis Vrosii, mutatis mutandis. Datum ut supra. (X. Madii VII. indictlonis.)

(A »Secreta del Collegio« czímű velenczei államkönyvből IV. köt. 13, sz., a velenczei nagy levéltárban.)

243.

II. Károly siciliai királynak 1309. május 15-én történt halála után, utódja Robert siciliai király. 1309.

Robert siciliai királynak tiltakozása a pápának addig évenkint fizetendő volt 93,000 arany uncia fizetése tekintetében. XIII. Augusti VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 179. sz. Reg. Karoli II. et Roberti kötetéből 180 és 209. l.; az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

244.

Mária siciliai királyné és fia Robert király követeket küldenek Magyarországba. 1309.

Karolus Illustris etc. Justitiario Terre Bari etc.

Ordinauerunt nouiter reuerenda domina nostra auia domina Maria Jerusalem, Sicilie ac Vngarie Regina, dominusque et genitor noster Jerusalem et Sicilie Rex illustris, duos in Vngariam nunccios mittere de propinquo — — — — — — — — — — — vobis etc. iniungendo mandamus: vt in continenti curam studeatis dare sollicitam, et dari per alios faciatis instanter, quod si quod vas nauigabile, siquidem presertim de Sclauonie partibus sit ibi de proximo, protinus arrestetur, in quo nuncij predicti, cum venerint, possint ad illas partes Vngarie nauigare confestim etc. X. Junij VII. indictionis.

(A »Registri Angioini« J. 192. sz. Reg. Roberti 254. lev. és B. 254. sz. Reg. Karoli Illustris, u. o.)

245.

A velenczei kormány Segniában hajót készittet. 1309.

Viviano Graciadio Consuli Venetorum in Segna. Cum mittamus Segnam Petrum Ballistarium latorem presentium

pro faciendo fustes de nasci pro nostro Communi: scribimus et mandamus tibi precipiendo, quatenus eidem Petro ad faciendum dictas fustes dare debeas omne, quod sibi oportunum fuerit, consilium et fauorem. Datum in nostro Dncali palacio Veneciarum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo nono, indictione septima, die vero vigesimo sexto Septembris.

(A »Secreta del Collegis« czimü velenczei államkönyvben IV. köt. 56. sz., a velenczei nagy levéltárban.)

246.

Károly calabriai herczeg, Robert siciliai királynak fia. 1309.

Karolus Illustris, Roberti Jerusalem et Sicilie Regis primogenitus, Dux Calabrie, eius in Regno Sicilie Vicarius Generalis.

(A »Reg. Angioini« F. 174. sz. Reg. Karoli I. Illustris köt., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

247.

Rikard, Robert siciliai királynak megbizottja Magyarországban. 1309.

(Securus conductus pro Magistro Riccardo de Comite rediente de partibus Vngarie) qui certa inibi commissa sibi per genitorem nostrum (értetik Robert siciliai király) habuit pertractare, de mandato nostro versus Provincie partes ad ipsum patrem nostrum ecce se confert. XXIII. Nouembris VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« F. 289. sz. Reg. Karoli Illustris 3. levél, u. o.)

248.

V. Kelemen pápa és a velenczei köztársaság. 1309.

(Clemens Pápa) contra Ducem, Consilium ac Commune Venetiarum Sacrosancte Romane ac vniuersalis Ecclesie rebelles.

(A »Reg. Angioini« G. 175. sz. Reg. Karoli Illustris köt. 21. l.; u. o.)

248.

Gradonigo Péter velenczei doge Frangepán Ginevra érdekében annak nagybátyaihoz. 1310.

Bartholomeo, Guidoni, Frederico et Johanni de nostro mandato domini Ducis Comitibus Vegle. Cum sit, quod Egregius vir quondam Comes Leonardus patruus vester relinqueret nobili mulieri Genevre filie sue et nepti nostre libras duo mille, et tantum tempus sit, quod ipse patruns vester obiit, et ipsa nihil inde perceperit usque nunc, sed vos illas tenuistis in vestram utililitatem, quod nobis durissime displicet, et inde graviter perturbamur: vobis tenore presentium scribimus, et per nos et nostrum Consilium vobis districte precipiendo mandamus, quatenus omni mora postposita debeatis ipsi nobili satisfacere ibi de dimissoria supradicta. Quod si hoc feceritis, feceritis quod debebitis et nobis placebit. Alioquin scire vos volumus, quod non tolerabimus ullo modo, quod ipsa nobilis taliter deserta remaneat et destructa, sed taliter inde providebimus et de Comitatu Vegle, et de alio, sicut factum postulat et requirit. Datum in nostro Ducali palacio Venetiarum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo decimo, indictione octaua, die vero ultimo mensis Aprilis.

Comiti Duymo.

Cum sit, quod noster Comes Leonardus quondam relinquerit nobili mulieri Zenevre filie sue, nepti nostre ac vestre,

libras duo mille,et filii quondumComitisJohannis,nepotes ipsius quondam Comitis Leonardi, ipsos denarios eidem Zenevre non dederint, et nos id habentes quantum possumus et debemus ad grave, et graviter perturbati eisdem scribimus et mandamus, quatenus omni mora postposita debeant eidem Zenevre satisfacere de dimissoria supradicta, aggravando negocium sicut decet. Vos, qui eiusdem quondam Comitis Leonardi commissarius estis cum filio vestro, precamur attente, vobis per nos et nostrum Consilium districte pre^cipimus mandantes, quatenus si ipsi eidem nobili non satisfecerint, ut est dictum, vos debeatis per omnem modum, quod ei integre satisfiat, ita quod nulla eidem remaneat materia conquerendi. Datum in nostro Ducali palacio Venetiarum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die vero ultimo mensis Aprilis.

Sequiter alia littera iisdem verbis extensa et inscripta: Comiti Frederico filio Comitis Duymi.

Comiti Duym'o.

Cum Comitibus Marco Schlimelle et Nicolao de Vegla per nostras litteras precipiendo mandemus, quod illud, quod dare debent nobili mulieri Simie consanguinee sue ac vestre, et nepti nostre, sibi debeant destinare: nobilitatem vestram rogamus, per nos et nostrum Consilium precipiendo mandamus, quateuus debeatis facere per omnem modum, quod ipsi ei destinent id, quod debent in ratione eius in interclusa cedula continetur. Datum in nostro Ducali palacio Venetiarum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die vero ultimo Aprilis.

(A »Secreta del Collegio« czímű velenczei államkönyvben IV. köt. 78. sz., a velenzei nagy levéltárban.)

250.

István szlavoniai bánnak védlevele a velenczei kereskedők számára. 1310.

Exemplum litterarum Domini S. Bani totuis Sclavonie cum suo sigillo de cera viridi impresso.

Excellentissimo domino Illustri Duci Venetorum, Domino et amico suo in omnibus honorando Stephanus Banus totius Sclauonie de Stenuizual, inclinationem cum omni reverentia et honore. In memoriam Vestre Dominationis velit reducere, quod aliquando a nobis postulabatis, ut mercatores vestri de Venetiis per terras nostras et nostram potentiam libere possent cum suis mercimoniis ambulare. Vnde noueritis, quod si eosdem ad nostras partes venire cum rebus suis permisseritis, nullum habebunt rumorem in hac parte, quin imo ab omnibus molestare volentibus eosdem protegemus et defendemus; et si huc venire voluerint, nos omnem securitatem damus, prout tenemur.

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből I. köt. 369. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

251.

Pál dalmatiai bán Jádra várost ajánlja a pápa pártfogásába. 1311.

Exemplum littere Bani Pauli misse domino Pape in favorem Jadrensium.

Sanctissimo in Christo patri et domino Domino Clementi Divina providentia Sacrosancte Romane Ecclesie Summo ac Vniuersali Pontifici, domino suo plurimum reverendo; Paulus Banus Croatorum et Dominus Bosne pedum oscula beatorum cum promptitudine serviendi. Quia non qui inceperit, sed qui perseueraverit recipit brauium, ac illud principium est laudandum, quod fine clauditur meliori; idcirco in deuotione debita permanere, et cum prompta ac fideli conti-

nuatione seruiciis seruicia accumulare, Vestreque Sanctitatis mandatis et preceptis, non parcendo periculis et expensis, per omnia cupiens obedire, considerans Vestre Dominationis contra Venetos sentenciam, ac eorum visa protervia et duricia, ob honorem et gloriam Sancte Matris Ecclesie, in medium Jadratinorum nostrorum devotorum et fidelium, qui Vestre Sanctitatis speciali ducti fiducia, a Venetorum violento dominio recedentes, ad libertatem debitam peruerunt requisitus per eosdem, meum primogenitum Banum Mladinum, Banum Bosnensem, misi cum potentia, ad defendendum et manutenendum et protegendum predictos Jadratinos tanquam obedientie filios et devotos, contra Venetos supradictos. Sane quia dicti Veneti continue tenent galeas armatas ante Jadram, in insulis ipsorum devastando; nec habemus ad presens galeas ad obviandum eisdem hostiliter, sicut decet, rebellibus Ecclesie, Sanctitati Vestrae placeat de benignitate cousveta taliter super hoc providere, quod dicti Jadratini fideles vestri et devoti, non possint nec valeant per dictos Venetos vel per aliquos amicos et fautores eorum, prece et precio infectos, modo aliquo agravari vel aliqualiter molestari, cum aliqui obliti sue salutis proprie et mandati Vicarii Jesu Christi, tam apud Ferariam ausu temerario se opposuerint, toto posse manifeste, quam hic opponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi prefati Jadratini Vestre Sanctitatis mediante consilio, auxilio, protectione speciali et favore, sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, similia sive efficaciora aliqua securius faciendi ac Vestre Sanctitatis beneplacitis et mandatis per omnia cum obedientia debita complacendi, et quod Veneti antedicti de sua protervia non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correctio sit metus multorum, et deinseps non attentet aliquis, nec presumat similia contra Romanum Pontificem et uuiversalem dominum perpetrare Domino concedente. Date Scardone die XIII. Junii.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyben I köt. 417. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

252.

Robert siciliai királynak panaszlevele Pál dalmácziai bánhoz a dalmatiai tengeri kalózok által elkövetett pusztitások és rablások tárgyában. 1311.

De piratis Dalmatinis.

Scriptum est nobili viro Bano Paulo, Domino Dalmatie, dilecto et deuoto suo salutem etc. Pro parte Vniuersitatis et hominum Terre Ortone nostrorum fidelium fuit nuper nobis expositum cum querela, quod homines ipsi ex incursibus piratarum Dalmatie, subditorum seu vassallorum vestrorum plurima dampna rerum et offensiones personarum incurrerunt; adeo, quod quamplures ex eisdem Ortonensibus ab immani expositione torture, quam pertulere ab eis, crudeliter obierunt. Ob quas ipsorum piratarum violentias, immo seuitias euitandas, alique terre maritime Apulie nostrorum fidelium coacte sunt et coguntur vobis et predictis piratis indebita tributa prestare, ac etiam ipsa Terra Ortone tributum soluit olim indebite quondam Comiti Georgio fratri vestro. Super quibus vestra prouisione petita, cum de tranquillo statu nostrorum fidelium tenera cura sollicitet, et illorum turbata quies turbet non immerito mentem nostram; Nobilitatem et dilectionem vestram actente requirimus et ortamur, quatenus predictis Ortonensibus dampna passis, videlicet a prefatis subditis vestris piraticam exercentibus prauitatem, illa sarciri, et ablata eis per illos cum integritate restituere vsque ad quindecim dies ad tardius, numerandos a die quo presentes licteras receperitis, facientes, eosdem subditos vestros deinceps a dampnificatione et offensione ipsorum Ortonensium, aliorumqũe nostrorum fidelium, maxime regionum Aprutij et Apulie, per vestre potestatis officium artius compescatis; vosque tributum aliquod non exigatis de cetero āb eisdem nostris fidelibus, nec per ipsos piratas exigi permictatis; quinimmo si quid ab eis per vos vel vostros (igy) subditos est exactum, restituere protinus et restitui facere procuretis. Alioquin noueritis, quod non possemus deesse dictis nostris fidelibus, nec finaliter deessemus, quin eos ab iniuriis, dispen-

diis atque molestiis oportuno nostre defensionis presidio tueamur. Illo quoque remedio subueniemus eisdem dampnificatis et lesis, per quod imdempnitati eorum, et honori Nostri Culminis sit prouisum. Data in Casa Sana prope Castrum Maris de Stabia anno Domini MCCCXI. die XXVI. Julii VIII. indictionis, Regnorum nostrorum anno tertio.

(A »Reg. Angioini« O. 197. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 24. l; az olass kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

253.

Robert Károly magyar király Jádra várost ajánlja a pápa pártfogásába. 1311.

Millesimo trecentesimo undecimo. Exemplum littere domini Regis Vngarie misse domino Pape in favorem Jadrensium.

Sanctissimo patri et domino domino Clementi Divina prouidentia Sancte Romane ac Vniuersalis Ecclesie Summo Pontifici, Carolus per eamdem Hungarie, Dalmatie Chroatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, Princeps Salernitanus, et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus, cum summa reverentia et obedientia deuota pedum oscula beatorum. Apud Vestre Sanctitatis Excellentiam presentibus desidero patifieri, quod Ciuitas Jadriensis, que est de Regno Vngarie, quam Veneti a multis temporibus iam elapsis potentialiter occupatam tenuerunt, nunc de dicto nostro Regno existens et se esse recognoscens ad nostrum dominium cum omni fidelitate est reuersa, propter quod ipsam Veneti supradicti inquietant et molestant obsidendo, et iura ipsius, possessiones et insulas in ipsorum preiudicium occupando. Quare Vestre Sanctitatis reuerentiam deuotis et humillimis precum instantiis requiro cordis intimo cum affectu, quatenus dignetur Vestra Sanctitas ipsis Venetis iniungere et precipere firmiter et districte, vt de cetero ipsi Veneti predictos Jadrienses in nullo presumant molestare, nec eandem Ciuitatem obsidere, et ut omnia per ipsos Venetos indebite occu-

pata in insulis et in aliis eorum possessionibus, Jadriensibus restituant et resignent Jadriensibus antedictis. Cetera Vestre Sanctitati refferenda commisimus Jacobo latori presentium, cuius verbis dignetur Vestra Sanctitas fidem credulam adhibere. Data prope Velgratum sexto idus mensis Octubris.

(A »Copia de Commermoriali« czimü velenczei államkönyvtr. I köt. 417; lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

254.

Béke-tárgyalások a velenczei köztársaság és Pál bán közt. 1312.

Ad ambaxatam factam Magnifico domino Duci Venetiarum ex parte Egregii viri domini Georgii Comitis Almisii continentem inter cetera, quod ipse Comes optat habere pacem et amorem cum ipso domino Duce et Communi Venetiarum, faciendo querellam de quodam ligno Almisii capto per gentem domini Ducis prefati etc.

Respondet ipse dominus Dux pro se et Communi Venetiarum, quod sibi placet et vult habere pacem et amicitiam cum ipso Comite Georgio et omnibus aliis personis cum eo, quod conueniat, sequendo preceptum Domini ortantis omnes ad pacem et ad euitandum guerram et discordiam. Et inter alios, ad quos amorem et dilectionem habuit ipse dominus Dux, illum gessit et habuit ad dominum Banum Paulum et filios eius, desiderans omnem honorem et statum suum et augumentum eorum, dando operam et fauorem, et multum confidere et sperare poterant perseuerantibus ipsis in amore et beneuolentia domini Ducis, de ipso et Communi Venetiarum ad omnem statum suum et bonum. Sed ipse dominus Banus et filii, ingrati tanti amoris, et non solum ingrati sed reddentes pro bono malum, et pro dilectione odium, et pro seruitiis iniquitatem exercentes, cum Jadratinis rebellibus ipsius domini Ducis se coniunxerunt, et eis dederunt et dant contra ipsum dominum Ducem et Commune Venetiarum auxilium et fauorem; et si non fuisset propter auxilium et spem ipsorum Bani et filiorum

non potuissent ipsi Jadratini perseuerasse in tanta perfidia sua, quin rediuissent ad mandata et gratiam dicti domini Ducis et Communis Venetiarum; sed ipsi sunt illi, qui fecerunt et faciunt ipsos Jadratinos persistere et continuare in iniquitate et rebellione ipsorum, substinendo et adiuvando eos; et scit ipse dominus Dux, et bene vellet posse aliud cum veritate dicere, quod Jadratini in ista guerre armauerunt et soldizaverunt gentem in Dalmisio, et in partibus et portubus dicti Comitis Georgii receptati fuerunt et receptantur, et illud lignum, quod dicit ipse dominus Comes captum per fideles dicti domini Ducis, fuit armatum nomine et ad postam Jadratinorum, et pro seruitiis eorum contra gentem domini Ducis, propter quod digne se movit gens domini Ducis ad offensionem ipsius ligni et gentis eius, nec consuetus est dominus Dux et homines Venetiarum sine ratione et causa manifesta molestare, sicut notorium est, vel dampnificare aliquos, immo per suam benignitatem aliquando multa tolerat et dissimulat pro bono pacis; sed quando plus ferre non potest, ponit manum ad fortia, vt offendat illos, qui iniuste ipsum dominum Ducem et gentem suam conantur offendere, et sperat ipse dominus Dux in Deo et iustitia sua, quod de adversariis suis quibuslibet taliter providebit, quod merito dolere poterunt offendisse contra iustitiam dominum Ducem et Commune Venetiarum. Verum quia ipse dominus Comes dicit se habere voluntatem pacis, placet domino Duci; sed quia in reformatione pacis opus est quod scribantur et ponantur conditiones et articuli pacis, vt sciatur quod servari debeat, si ipse dominus Comes voluerit exprimere conditionem et formam pacis, et sint tales, que conveniant et per quas videat dominus Dux, quod habeat bonam voluntatem pacis, reperiet in ipso domino Duce totum id, quod conueniet pro bono pacis. Data in Ducali palatio die decima octava Aprilis, undecime indictionis.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből I. köt. 179. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

255.

Erzsébet V. István magyar királynak leánya és Mária siciliai királynénak nővére Nápolyban. 1313.

De Elisabetta de Vngaria in monasterio Sacti Petri ad Castellum.

(A »Registri Angioini« A. 199; sz. Reg. Roberti kötetéből 417. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

256.

II. Mladin horvát és bosznia bán velenczei polgárnak felvétetvén, hűséget fogad a köztársaságnak. 1314.

Maladinus Secundus Chroatorum et totius Bosne Banus, nobili viro Saraceno olim Domini Elye de Sybinico dilecto fideli suo graciam et salutem cum plena dileccione. De tui fidelitate habentes fiduciam illibatam, quod ea, que tibi committimus, sollicito studio velis attendere, et singula pro tue possibilitate persone in effectualem producere exitum, et — — — — his siquidem omnibus inducti predictis, te in nostrum nuncium, syndicum, et procuratorem generalem et specialem ad domini Ducis presentiam et Communis Venetiarum personaliter ecce destinamus ad tractandum, ordinandum, componendum, faciendam, firmandum et terminandum finaliter, que decet et convenit quem cuuque syndicum, nuncium aut procuratorem legitimum et fidelem super nostris negotiis infradictis, tradentes tibi plenam facultatem et potestatem integram jurandi in anima et fide nostra, ac promittendi citadantiam, fidelitatem, et stabilitatem omnimodam ipsi domino Duci et Communi predicto in perpetuum, dicendique, tractandi, revocandi, et firmandi in toto vel in parte omnia et singula circa ipsum negotium nostrum et ejus expeditionem, que versari viderit tue discretio probitatis, nec non circa illa, que in nostrum et predictorum redundabunt commodum et honorem, largimur et conferimus tibi omnem potesta-

tem modo consimili, nullo puncto hujusmodi commissionis discrepante, pro nobis nostroque nomine ac vice petendi a dicto domino Duce et ipso Communi privilegium, cartam aut instrumentum juramenti, firmitatem et promissionem, ac recipiendi ab eisdem ipsa predicta pro omnibus anominatis et aliis ad hoc expedientibus per te firmatis, in suum nos habentes Civem omni amoris, dilectionis et vere amicitie, ac concivis unitatis fervore legaliter omni tempore prosequantur, quod tu etiam eisdem domino Duci et Communi loco nostri facere valeas, redigendo id in quolibet volumine aut privilegiorum, seu instrumentorum, aut quarumlibet scriptarum aliarum, que vel quod eorum super his a te petierint ipsi dominus Dux et Commune, et nostros heredes et successores firma et rata, et in nullo penitas contraire volumus. Denique et tibi nostram vicem et potestatem plene committimus et expresse, quod omnia, que nostro honori et statui magnifico prodire videris in augmentum cum prefatis domino Duce et Communi, etiam ultra illa, que pretacta sunt, tractare et firmare ita possis et valeas, sicut nostra persona propria facere potest vel posset in his, aut horum quocunque; contra quam tuam ordinationem nullo modo venire volumus, prout tangimus in articulis supradictis. Actum est hoc in nostro hospitio coram rogatis testibus, videlicet Holphio nostro Mareschalco, et Cofa Potestate Sybinici, ac aliis nostris fidelibus. In cnjus rei robore presentes in formam redigi publicam mandauimus, et nostri appensione sigilli muniri. Data Spalati die V. exeunte Febrnarii anno Domini MCCCXIV. indictione XII. Banatus nostri Chroatiae anno secundo feliciter. Amen.

Et Ego Philippus olim . . . . .
de Scardona Publ. auct. Imp. Notarius
predictis interfui rogatus scripsi et
roboravi et signo solito consignari.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből I. köt. 493. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

257.

Pál gróf velencze polgárnak felvétetvén, hűséget fogad a velenczei köztársaságnak. 1314.

Paulus, Magnifici viri domini Pauli bone memorie Croatorum Bani filius, Comes Ciuitatis Tragurii, nobili Saraceno olim domini Elye de Sibinico suo fideli dilecto salutem et dilectionem. Comperientes in cujus — — — fidei et devotionis stabilitatem, quam geris erga dominum et fratrem nostrum dominum Mladinum Illustrem Croatorum Banum et nos etiam ac omnes nostros fratres et sperantes, quod nostra tibi commissa negotia efficaciter exequaris; tibi ad domini Ducis presentiam et Communis Venetiarum ex parte ipsius domini Bani et nostra personaliter accedenti tenore presentium committimus et largimur plenarie vices nostras, impertiendo tibi similiter potestatem et auctoritatem nostram omnimodam in anima et fide nostra, citadantiam, fidelitatem, constantiam, domino Duci et Communi predictis jurandi et promittendi nostro nomine et vice in perpetuum petenti et recipienti, ut super his ab ipsis domino Duce et Communi privilegium vel cartam, quod de cetero nos in suum habentes civem amore et dilectione debitis prosequantur. Super quo et tu pro nostri parte eisdem facere valeas instrumentum, vel cartam, vel aliquam aliam firmitatem, quam a te petierint dominus Dux et Commune superius nominati. Damus tibi etiam generalem et specialem procurationem syndicatoriam et ambassatoriam administrationem, nullo penitus commissionis hujusmodi puncto discrepante, quod tu omnia, et singula, que in nostrum siue commodum siue honorem erga predictos dominum Ducem et Commune tractare, dicere, facere et firmare ita possis et valeas, sicut nos in persona nostra ibidem existentes facere possumus vel possemus. Promittentes, quod quidquid per te penes prefatos ratificatum vel ordinatum aut firmatum fuerit, pro nobis et nostra parte ratum et gratum habentes omni tempore, per nos et nostros heredes curabimus inviolabiliter observare, et in nullo eorum penitus contraire. Actum est in Civitate Sybenici in palatio Commu-

nis coram Magistro Giramonti medico Physico dicte Civitatis; Cypriano quondam Stantii, Dominico quondam Georgii testibus vocatis et rogatis. Et ad majorem hujus rei evidentiam presentes in formam redigi publicam fecimus et nostri secreti sigilli appensione muniri. Data Sybinici in dicto palatio anno Domini MCCCXIIII. ab Incarnatione ejus, indictiono XII. mensis Martii die primo.

Et ego Angelus Annor de Esculo Imp. auct. Judex Ordinarius et Notarius Publicus constientus, et dictj Communis Sibinici Juratus predictis interfui, et rogatus scripsi et roboravi, meoque solito signo signavi.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből I. köt. 492. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

258.

A Frangepánok magukat a velenezei köztársaság kormánya elött igazolják. 1314.

Hoc est exemplum litterarum missarum a Comite Duymo et Frederico eius filio.

Magnifico et potenti Domino, domino Johanni Superancio etc. Duymus, Comes Vegle, ac Fridericus eius natus, Comes Vegle, Segnieque perpetuo Potestas, dierum longitudinem cum prosperitatis augumento. Vestre Magnitudinis litteras nuper recepimus inter cetera continentes, quod Comes Arbi et Judices dicte Curie vobis querellas de nobis multas et diuersas nunc de novo proposuissent, ad que Magnitudini Vestre taliter respondemus; quod si que damna per nos et nostros eisdem illata fuerunt, non culpa nostra id accidit, sed eorum meritis exigentibus ea iuste. Nam cum nos Comes Duymus in brigata essemus, et nos Comes Fredericus essemus penes dominum Ducem Austrie constituti, dicti Arbenses in tantam elationem se elevaverunt, quod absque aliqua causa rationabili et sine ulla diffidatione manifeste in insula

Vegle derrobauerunt, obprobria plurima inferrendo, et territorium ac Districtum nostrum de Segna expoliauerunt varijs spoliis et rapinis; requisiti autem dicti Arbenses de emenda et satisfactione per nos Comitem Fredericum, non solum expoliata et rapta emendare noluerunt, verum etiam ad comitationes alias se errexerunt, non tanquam subditi vestri vel legales, sed sub protectione etiam quondam domini Pauli Bani, qui tunc vester et noster inimicus erat, se arctando. Nos autem Comes Fredericus non volentes tanta et talia enormia talium hominum subportare, contra eos processimus, licet ad reuerentiam Ducatus Venetiarum, et Communis Venetiarum contra eosdem Arbenses non egerimus omnia, que potuerimus illa vice. Demum ducalibus monitis cum eisdem pacificati fuimus, sicut fuit omnibus manifestum; et cum inter utramque partem de multis dampnis post iam factam pacem datis, querimonia verteretur, nos ipsi Comites, et Marcus et Schinella Comites Vegle ad requisitionem Comitis Arbensis et civium suorum pro sopiendis dictis querellis Insulam Arbensem intravimus, vbi etiam omnia non potuerunt tunc fine debito terminari, sed absumptus fuit terminus de communi voluntate, ut ad monasterium nostrum Sancti Georgii de Segna in festo Sancti Georgii, ubi multi conveniunt eo die, debemes esse pro complendis supradictis interesse. Nos autem Comes Duymus ad alia ardua negotia occupati, ibidem dicto die non potuimus interesse, sed predicti Comes Arbensis et sui Consiliarii, ac Comites Marcus et Schinella predicti, ac nos Comes Fredericus Potestas Segne fuimus constituti loco et die supradictis; et cum de predictis dampnis ageretur, idem Comes Arbensis volebat, ut ipsum negotium in iudices arbitros dimitteretur. Nos autem diximus, quod securius, ut ipse Comes Arbensis iudicaret cum suis Consiliariis suos homines, si qui obliqui essent, et nos Comites Vegle ac Segne cum nostris nostros iudicaremus sententia debita et condigna; ipse vero Comes Arbi et Arbenses nullatenus voluerunt, et sic remansit negotium imperfectum. Si nos sumus culpabiles nunc videte, et placet nobis, quod vos huius etiam iudicatis veritatem, et quod vestrum fidelem hominem ad inquirenda supradicta huc mittatis, quia in eodem loco tot et tanti mer-

catores de Venetiis, Apnlia, de Marchia, et de Jadra, de Arbe et de Vegla homines ac de aliunde evenissent, et nihilominus adhuc ob reverentiam vestram parati sumus de nostris omnibus facere plenissimam rationem, et ipse Comes Arbensis cum Arbensibus nostris de suis faciat illud idem. Significastis insuper nobis, quod terram Jablane eisdem Arbensibus restituere deberemus; ad quod scire debetis, quod dicta terra Jablane in Regno est Hungarie, nec aliquid pertinet de ea ad insulam Arbensem, imo a mille annis citra, vel postquam Segnia fuit edifficata, terra Jablane semper fuit de Districtu et dominio Segniensi; et si per antecessores nostros Comites Vegle Potestates Segnie eisdem Arbensibus aliqua pascua gratiose concessa fuerunt, quia ipsi Arbenses ipsam terram nunc sibi approbare videbantur, ideo eamdem terram tanquam nostram in nobis retinentes, etiam dicta pascua eis ulterius permittere nolluimus ullo modo. Vnde non credimus alicui aliquam iniuriam facere, si iure nostro utimur in re nostra. Et quod dicta terra illorum de Arbe non sit, mults documentis et rationibus probare valemus et precipue, quia dicti Arbenses se dicebant eo tempore retinere illam terram de concessione et gratia Pauli Bani; et nos tunc cum eodem Bano, et nunc cum filio suo dicto Malandino, contentionem habemus de eadem terra, quia dicit suam esse; et sic idem Banus dicit eam suam, et ipsi Arbenses suam, et nos, seu Segnani dicunt eam suam esse, qui habent potissimam rationem, eo quod semper fuerunt et sunt in possessione pacifica et tranquilla. Et sic dictis Arbensibus in nullo offendimus Deus novit, imo cum eis ob reverentiam vestram et Communis Venetiarnm intendimus et voluimus vivere pacifice et quiete, tanqnam cum nostris vicinis et amicis, dummodo ipsi vellent. Data in Othozazo die secunda Julii MCCCXIIII.

(A »Copia de Commemoriale« czimü velenczei államkönyvből I. köt. 535. lev. a bécsi. csász. titkos levéltárban.)

259.

Lubancii Radiszló Scardenából Velenczében honfiusíttatik. 1314.

Consultum fuit per dominum Ducem et omnes sex Consiliarios, et captum ad bussulos per eos: Quod sapiens et providus vir Radisclauus Lubancii de Scardona, et frater eius Georgius sint de cetero Veneti cum suis heredibus. Anno Domini MCCCXIIII. XII. indictionis X. Decembris.

(A »Copia de Commemoriali« velenczei államkönyvben I. kötet 473. lev.. a bécsi cs. titkos levéltárban.)

260.

Klementina Robert Károly magyar király nővére IV. vaggis szép Fülöp franczia király jegyese. 1315.

Inclita domicella Clementia filia clare memorie Illustris Regis Vngarie (Karoli Martelli) accessura in Franciam ad Illustrem Regem Francie consanguineum nostrum, cui Deo cohoperante est matrimonialiter copulanda. XXIII. Maii XIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 204. sz. Reg. Roberti R. köt. 260 lev, az olasz kir. Grande Archiviobaa Nápolyban.)

261.

Ugyanazon Klementina Francziaországba utazik. 1315.

Eadem domicella Clementia se confert in Franciam.

(A »Registri Angioini« A. 204. sz. Reg. Roberti R. 219. l.; u. o.)

262.

Robert siciliai király Robert Károly magyar király több több emberének ellátásáról gondoskodik. 1316.

M.CCC.XVI. Die VII. mensis Januarij XIV. indictionis Neapoli solute sunt ad mandatum Regium fratri Ladisano Ordinis Fratrum Minorum, Capellano et confessori domini Regis Vngarie; domino Johanni Cantori Ecclesie Viacensis, Capellano eiusdem domini Regis; et Henrico de Lyneio, elerico et familiari Regis, quas eis dominus Rcx Jerusalem et Sicilie exhiberi prouidit in carolenis argenii vncie vigintiquinque . . . . vncie XXV; videlicet:

Predicto fratri Ladisano pro se et socio . vncie VIIII,
Predicto Cantori pro se ipso . . . . . vncie IIII,
et predicto Henrico pro gagiis et expensis
suis relique . . . . vncie XII.

(A »Registri Angioini« E. 209. sz. Reg. Roberti 336. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

263.

Henrik, Robert siciliai királynak udvarpapja, és követe Robert Károlg magyar királyhoz. 1316.

(Securus conductus pro Henrico clerico et familiari Roberti Regis Sicilie) ad Inclitum Principem dominum Karolum Vngarie Regem Illustrem carissimum nepotem ete. pro certis negotijs transmisso. VIII. Januarij XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 205. sz. Reg. Roberti 148. lev; u. o.

264.

Robert siciliai királynak költségei ezen követ küldetésének tárgyában. 1316.

MCCCXVI. die XIIII. predicti mensis Januarij solute sunt Aymono mercatori pro pari scrineorum emptorum ab eo et assignato Henrico clerico et familiari Regio ituro ad dominum Regem Vngerie pro deferendis in eis certis armaturis, que ipsi Regi Vngarie dominus Rex Jerusalem et Sicilie presentialiter mittit in carolenis argenti tareni viginti . . . . . tar. XX.

(A »Registri Angioini« E. 209. sz. Reg. Roberti 339. l.; u. o.)

265.

Ugyanazon tárgyban. 1316.

MCCCXVI. die XVI. eiusdem mensis Januarij ibidem solute sunt ad mandatum Regium predicto Henrico, ituro ad predictum dominum Regem Vngarie pro emendo somerio vno (teherhordó állat, a sagma helyett használt soma = teher szóból, olaszul somaro = szamár, talán Saumthier) ad Bardam pro certis armis, que per eum mittuntur eidem per prefatum dominum Regem Sicilie, in carlenis argenti vncie sex — — — — — — — — — vncie VI.

(A »Registri Angioini« E. 209. sz. Reg. Roberti 337. l.; u. o.)

266.

Robert Károly magyar király az idegen kereskedők biztonságáról gondoskodik 1316.

Hoc est exemplum quarundam litterarum domini Regis Vngarie, impressione sui sigilli cerei munitarum, quarum tenor talis est:

Carolus, Dei gratia Rex Vngarie, vniuersis et singulis mercatoribus per Regnum nostrum procedentibus salutem cnm dilectione. Vniuersitatem vestram presentium tenore preuenientes vobis declaramus, quatenus per vniuersum nostrum Regnum venientes cum rebus et mercimoniis, debitis tributis solutis iuxta antiquam approbatam per nostros predecessores consuetudinem, ac soluto tricesimo sub nostro castro, quod edificari fecimus in portu Zaue, libere et secure procedatis in eundo et redeundo, etiam cum personis vestris, fide nostra Regia mediante. Datum in Temesvar die sextadecima Septembris anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Nota, quod littera autentica huius exempli data fuit Vicedominis Fontici Teuthonicorum.

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből I. köt. 588. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

267.

Robert Károly magyar királynak követei Robert siciliai királyhoz. 1316.

Magistro Portulano Apulie, quod pro certis nuncijs Incliti Principis Karoli Regis Vngarie per eum nouiter ad Robertum Regem missis, et nunc recedentibus in Vngariam, habeat preparatum vas vnum. XXVII. Decembris XIV. indictionis.

(A »Registri Angioini« C. 206. sz. Reg. Roberti 478. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

268.

János szlavoniai bán Soranzo János velenczei dogenek pénzbeli követeléseit írja meg. 1317.

Magnifico viro et potenti domino Johanni Inclito Duci Veneiarum Domino et amcio suo reverendo Johanes Banus totuis Sclavonie salutem cum prompitudine. Reverende. In literis vestris nobis intimastis, ut quantum pecunia nostra recepta esset, vobis fide nostra mediante scriberemus. Nos enim vobis nunciamus, quod nos capitalem pecuniam nostram habuimus octuaginta marchas, et postmodum ille Judeus expendit quadraginta ad nostram rationem, sicut nobis dixit, summa in toto nostre pecunie centum viginti marche, exceptis vsuris; cum vsuris autem ad nos mille et sexaginta marchas computavit. Sed de vsuris sicut vultis faciatis; nostram autem pecuniam, sicut diximus, centum et viginti marchas nobis solui faciatis. Et postmodum literas securitatis vestris mercatoribus per Districtus nostri Dominii et nostrorum dari faciemus; sicut etiam a Vobis sumus cupientes, et quicquid Vestra Magnitudo fecerit in predictis nobis in literis velitis intimare .Datum in Zara in festo martirum Fabiani et Sebastiani Beatorum. XV. indictionis.

(A »Copia de Commermoriale« czimü velenczei államkönyvből II. köt. 1.lev., a bécsi császz. titkos levéltárban.)

269.

Endre magyar álherceg. 1317.

Pro Curia.

Robertus etc, Senescallo Comitatuum Prouincie et Forcalquerij, Cosiliario et familiari, vel eius locumtenenti fideli suo etc.

Illustri Maioricarum Regi, carissimo fratri nostro, per alias nostras scripsimus licteras in hec verba:

Inclito Principi domino Sancio Dei gratia Illustri Maioricarum Regi, Rassalioni et Ceritani Comiti, ac Domino Mon-

tis Pesulani, carissimo fratri suo Robertus eadem gratia Jerusalem et Sicilie Rex, honoris et glorie continuum incremenmentum. Significauerunt vestre fraterne lictere, quod vester tenet carcer inclusum quendam, qui domine Regine matris nostre fratrem vocari se facit, et Andream Ducem vulgariter nominari; quod proculdubio veritatis caret exentia, et habet omnimodam falsitatem. Bone quidem memorie Andreas Dux, eiusdem matris nostre germanus, iam triginta annis elapsis ab hac fuit luce sublatus, sicut in tota Vngaria et alijs circumpositis regionibus est vndique patulum et notorie manifestum. Et post mortem clare memorie domini Ladislay Regis Vngarie, primogeniti fratris domine matris nostre iam dicte, a qua iam viginti anni fluxerunt, nullus vnquam comparuit, qui coram domino Papa aut Cardinalibus Legatis eius in Vngariam per diuersa tempora destinatis, vel coram domina nostra genitrice prefata de dicto Andrea, aut eius statu seu uita aliquam comodolibet faceret mentionem. Et quia veritatis exentia plerumque falsis vulgi opinionibus et rumoribus fatigatur: providimus cum domina matre nostra predicta, quod idem falsus assertor in loco tuto debeat sub fida custodia detineri, ne forte populos aut gentes Vngarie sub huiusmodi vaniloquio ad scandalum concitaret. Quocirca fraternitatem vestram affectuose rogamus, quatenus prefatum fallacem vsque ad terram Montis Pesulani predictam sub fida, si placet, custodia transmictatis, assignandum per gentes vestras Senescallo nostro Prouincie, vel certo suo nuncio, presentes vobis licteras assignanti, aducendum deinde in Prouinciam, et custodiendum in aliquo tuto castro. Grates vobis referimus, quod in negotijs nostris fraterne vos geritis, et que in mente geritis, operibus exhibetis. Datum Neapoli XXVI. Martii XV. indictionis.

Volumus igitur, et fidelitati tue precipimus, quatenus statim receptis presentibus ad dictam terram Montis Pesulani cum comitiua ydonea tuum specialem et fidum nuncium, de quo sit merito confidendum, procures transmictere tempore competenti, inibi recepturum eundem nominatum Andream, et in Prouincia transducturum, ipsumque fallacem sub custodia fida traducere in castro Castellane, vel alio castro, in quo melius et tutius tibi expedire videbitur, sub fida et dili-

genti cura facias custodiri. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem etc. anno Domini M°. CCC°. XVII°. die XXVI. Martij XV. indictionis, Regnorum nostrorum anno octavo.

(A »Registri Angioini« B. 208. sz. a. Reg. Roberti I. köt. 142. l., az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

269.

A velenczei köztársaság két követet küld Milutin István III. Uros szerb királyhoz. 1317.

Quod cum per Regem Vrosium et gentem suam, nouiter venientem super territorio Ragusii manu armata, sint multa et grauia damna Communi et hominibus Ragusii in hauere et personis (illata), sicut scriptum est nobis per Comitem et Vniuersitatem Ragusii:

Capta fuit pars: quod mittantur ad Regem duo ambaxatores, quibus comittatur inter alia, quod vadant Ragusium, et ad dictum Regem si necesse fuerit, et recitent amorem et dilectionem antiquam, que semper fuit inter Suam Excellentiam, et nos et Commune nostrum; et quomodo Suam Maiestatem honoravimus, et amicitiam suam caram habuimus et habere intendimus, et quod ipse novit, quod Ragusini sunt nostri subditi et fideles, quos amamus et charos habemus, et sua gravamina nos gravant et nostra reputamus; et tractent et procurent pacem inter ipsum dominum Regem et dictos Ragusinos, sicut eis videbitur. Et circa hoc committatur eis, sicut videbitur Domino, Consiliariis et Capitibus de quadraginta. Et illi qui erunt electi, habeant soldos quadraginta grossorum pro quolibet pro salario, et vadant ad expensas Communis de grossis XVIII in die pro quolibet; et alii habeant, que habent ambaxatores a grossis XVIII et illam familiam, et teneantur respondere ipso die, vel altero, quo erunt electi, et ire ad voluntatem domini Ducis, et sui consilii.

Electi fuere Andreas Dandulo et Petrus Polani.

(A velenczei nagy tanács jegyzőkönyvéből, a velenczei nagy levéltárban).

270.

Robert Károly magyar király a Magyarország és a velenczei köztársaság közti kereskedési viszonyokról intézkedik. 1318.

Nos Carolus Dei gratia Rex Hungarie etc. quod quia inter ceteras Regie Majestatis sollicitudines intentionis nostre est, et firmo opere cupimus, quod inter viros nobiles ciues Venetenses ac partes eis subjectas ex una, et Regnum Nostrum Vngarie ex parte altera mutua conuersatio et securitas itineris utrinque pateat, et omnis dissensionis ac arrestationis materia, que hucusque nunc fieri contingit, ad commodum et utilitatem hinc inde per modum pacificum moderetur, hunc modum utilem de communi voluntate duximus ordinandum, quem effectualiter observare promittimus et facere obseruari, videlicet: Quod mercatores nostri, qui Venetias cum suis mercationibus iuerint, in recompensationem dampnorum olim in Carinthia ipsis Ciuibus Venetensibus, vt dicitur, et demum domino Vitali Miani per Ladislaum filium Cuuarnarii (Varnerii) de Baduaria (Budavára?) illatorum, de suis mercationibus, quas Venetias portauerint, de centum marchis marcham et mediam infra sex dies, postquam Venetias intrauerint, soluere teneantur. Ita videlicet, quod vna procentenario convertatur et computetur solummodo in solutione repressalie dicti domini Vitalis Miani, media vero pro centenario in solutionem alterius dampni antiqui. Et hoc fieri et persolui volumus a data presentium infra spatium decem annorum hac conditione adjecta, quod si aliquis scienter non solueret, vel presentaret de eo, quod portasset infra dictum terminum, ex tunc ellapso termino sex dierum pro marcha et media penam quinque marcharum patiatur. Datum Bude tertio calendas Septembris anno Domini MCCCXVIII.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvek II. köt. 157. lev., a bécsi császz. titkos levéltárban)

271.

Magyar eredetü Miklós mester mint jegyző honfiusittatik Velenczében. 1318.

Magister Nicolaus Notarius de Renaldo quondam Alberti, qui fuit de Vngaria, et nunc moratur Venetiis in contrata Sancti Geruasii, datus fuit pro Veneto XXV annorum per nobiles viros Marinum Michaelem et Johannem Georgium Provisores Communis; et habuit priuilegium de XX. Martii prime indictionis.

(A »Copia de Commemoriali« czimü államkönyvből III. köt. 1. r. 312. lev., u. o.)

272.

Soranzo János velenczei doge elégtételt kiván Milutin István III. Uros szerb királytól azon kárositásokért, melyeket velenczei kereskedők annak országában szenvedtek. 1318.

Memoriale quod fieri facit Illustris dominus Dux Venetiarum sapienti viro Basilio de Basiliis ambaxatori Serenissimi domini Regis Vrosii, rogando eum, in cuius bonitate et discretione confidit, quod super infrascriptis petitionibus et requisitionibus fidelium dicti domini Ducis damnificatis in Regno dicti domini Regis placeat ipsi ambaxatori operari apud dominum Regem, quod satisfiat seu satisfieri faciat eisdem fidelibus dicti domini Ducis, vt perfectus amor conseruetur et acrescat inter ipsum dominum Regem et suos subditos et ipsum dominum Ducem et eius subiectos.

In primis est damnum graue illatum nobilibus viris de domo Contareno et Barbo, fidelibus domini Ducis, in quadam galea sua onerata mercibus et frumento, que olim iam longo tempore elapso per fortunam temporis venit in terra sine lesione galee apud portum et districtum Catari de Districtu eiusdem domini Regis, et fuit totaliter derobata per homines Catari subditos ipsius domini Regis, ex qua derobacione et spoliacione damnificati fuerunt in yperperis octo milibus et ultra, et finaliter ipsi miserunt suum nuncium cum litteris domini

Ducis Oliuerium Cuppo, et fuit in concordia de ipso damno ultra expensas quatuor millia solidos Venetorum grossorum, de quibus dari fecit ipsi Oliuerio in animalibus yperpera renina octingenta, de quibus tamen ille qui eum associauit, abstulit ei ultra ducenta, et antequam exiret Regnum, spoliatus fuit de aliis, et sic remanserunt tanto tempore ipsi fideles domini Ducis damnificati, et in tanto damno. Vnde placeat ipsi domino Regi facere eis satisfieri sicut teneatur et facere promisit, vt amor et fraternitas conseruari (possit) inter dominum Regem et suos et dominum Ducem et suos subiectos, quia dominus Dux non posset deficere eis in suo jure.

Item est damnum Blasii aurificis Sancti Canciani, qui existens in Breschca iam sunt anni sexdecim, et faciendo ibi artem suam, et vtendo mercationibus, derobatus et spoliatus fuit per Dragonem de Balmino subditum dicti domini Regis, qui emerat mercatum Bresche ab ipso domino Rege, et fecerat publice clamari, quod quilibet possit venire et stare securus; et fuit eius damnum yperpera quingenta et quinquaginta, preter quod fecit eum poni in duro et aspero carcere in quodam castro vocato Scopia, in quo stetit substinens graues angustias mensibus decem. Vnde placeat ipsi domino Regi facere de hoc damno fieri condignam satisfactionem et emendam.

Item est aliud damnum Andree et Johannis Sabatini, fidelium domini Ducis, qui facientes transitum per territorium domini Regis in millesimo trecentesimo nono cum suis denariis, mercationibus et rebus derobati et spoliati fuerunt in contrata, que vocatur lo Spaiso per Braniolo Comitem de Presari subditum ipsius domini Regis, et fuit eorum damnum librarum sexaginta duarum solidorum novem denariorum undecim grossorum, et tenuit eos carceratos tribus mensibus. Vnde placeat Regie Maiestati facere similiter de isto damno satisfieri, vt est iustum.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből II. köt. 94. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

273.

Soranzo János velenczei dogenek intézkedése magyarországi kereskedőkre nézve Velenczében. 1319.

Littere patentes mercatorum Vngarie.

Nos Johannes Superancio Dei gracia Venetiarum, etc. notum facimus tenore presencium quibus expedit vniuersis, nos nuper Serenissimi domini Caroli Dei gratia Regis Vngarie patentes litteras per Magistrum Johannem de Buda, nuncium suum nobis presentatas recepisse tenoris subscripti:

Nos Carolus Dei gratia Rex Vngarie etc. (következik Robert Károly magyar királynak 1318. levele, mint fentebb 270. sz. a.)

Nos igitur, qui inter ceteras nostre mentis disposiciones hoc constans propositum gessimus ac tenemus, videlicet mercatores et gentem Vngarici Regni ob deuocionem ingentem, quam ad Regnum gerimus, apice beneuolencie prosequi singulari cupientes, quod affectus vtrinque laudabiles ac bona proposita in actione debitum de preuio conducantur, ad requisicionem prefate Regie Maiestatis contentamur, facientes fideles nostros habentes represalias contra fideles Regni Vngarie contentari in hunc modum, ad maiorem hic cautelam expressum; videlicet, quod mercatores Regni Vngarie cum suis mercacionibus Venetiis venientes, de omnibus mercacionibus et auro et argento per eos conductis Venetiis dent et soluant vnam et dimidiam pro centenario valoris mercacionum ipsarum et auri et argenti nostris ciuibus supradictis, ita scilicet, quod ipsa una pro centenario computetur in solutionem represaliarum nobilis viri Vitalis Miani fidelis nostri, et mediam pro centenario in solucionem antiqui dampni superius nominati; hac conditione apposita et adiecta, videlicet, quod si aliquis de Regno predicto Vngarie non solueret vel non presentaret nostris officialibus ad hec deputatis per se vel per alium infra sex dies, postquam Venetias cum mercacionibus, auro et argento venerit ad soluendum dictis nostris fidelibus dictam vnam et dimidiam computandas, vt dictum est superius,

pro marca et media, quinque pro centenario det et soluat dictis nostris fidelibus; predictis modificationibus a data litterarum Regalium predictarum patencium, silicet a tercio callendas septembris usque ad decenium duraturis. Hoc tamen excepto, quod si infra dictum temporis spacium pro ipsis represaliis foret satisfactum perfecte et ad plenum contingerit, ab inde in antea dicti mercatores fideles Regii a solvendis dictis una et dimidia pro centenario eximantur, et in statum pristinum reducantur. Si vero infra dictum decenium non fuerit plena satisfactio pro ipsis represaliis impertita, nostri fideles predicti habentes represalias in residuo eis deficiente ad satisfactionem perfectam in suarum represalium firmitate permaneant non obstantibus supradictis. Data in nostro Ducali palacio anno Dominice Incarnacionis millesimo trecentesimo decimo nono, indictione secunda, die vigesimo sexto Maıcii.

(A »Copia de Commemoriali« velenczei államkönyvből II. kötet. 157. lev., u. o,)

—

274.

Soranzo János velenczei dogenek ezen tárgyban levele Robert Károly magyar királyhoz. 1319.

Domino Regi Vngarie.

Serenitatis Regie litteras honore, quo decuit, recepimus, et nuncium vestrum Magistrum Johannem de Buda audiuimus diligenter; ad ea enim, que Maiestas Regia inter alia scribit, sue mentis affectum circa hec versari potissime, quod inter gentem Regni vestri et nostram mutua conuersacio et securitas itineris vtrinque pateat omni sublata dissensionis et arrestacionis materia, rescribimus presentibus: Quod disposicionem eiusdem Regie Maiestatis erga nos et gentem nostram amoris indicatiuam non modicum gratum et acceptabilem habuimus plurimum et habemus, et affecti magna disposicione consimili tam ex antique dilectionis vinculo inter Regnum Vngarie hactenus et vos ex una parte, et predecessores nostros Duces et

nos vigenti ex altera, ad diripendum rancores quoslibet, et quod affectus vtrinque laudabiles et bona proposita in actum disponente Domino perducantur in Regiis patentibus litteris per dictum vestrum nuncium nobis exhibitis, nos conformes reddimus, contentantes prout quedam vestre patentes littere dicto vestro nuncio exhibite manifestant. Rogamus ergo Culmen Regium, quatenus sibi placeat nostros mercatores habere fauorabiliter commendatos, et ordinare taliter et fieri facere per effectum, quod strate Regni vbilibet sint secure taliter, quod nostri fideles possint securi amicabiliter conuersari, proponentibus nobis firmiter, gentem vestram ad partes nostras accedentem fauoribus et beneuolentia prosequi speciali. Datum vt supra.

(A »Copia de Commemoriale« czimű velenczei államkönyvből II. kötet 157. levél u. o.)

275.

Mladin horvát és boszniai bánnak követsége a velenczei köztársasághoz. 1320.

Forma ambaxate imposite per Nos Mladinum Croatorum et Bossine Banum vobis discreto viro Magistro Guillielmo de Vergnana medico, fideli nostro dilecto sub anno Domini die et mense inferius annotatis, quam ex parte nostra referre habetis et expresse Illustri Domino, domino Johanni Superantio Duci Venetiarum et toti Consilio Maiori dicte Ciuitatis.

Imprimis ex parte nostra salutare debetis dominum Ducem prefatum tanquam Dominum et amicum, et illos de Consilio tanquam amicos, offerens nos eis in omni licito et honesto.

Preterea cum quedam zinzania et discensio videatur oriri inter nos et ipsos, sicut apparet ex hoc, quod tempore rebellionis nostrorum subditorum de Sibenico contra nostrum honorem et in eorum subsidium parabant nauigia et armatam; et de hoc maxime admiremur cognoscentes, nos legalem

et fidelem eorum civem existere, nec contra eos aliquid oppenasse: petatis ex parte nostra vos, Magister Guillielme, vt talis discensionis, si que causa adsit, apertius propaletur. qua cognita, ex nobis volumus satisfactionem deb'tam operari. Quodsi solum in causa essent maliloquorum opera narrantium et scribentium, quamquam falso, pietatis ex parte nostra similiter, ut falsorum opinione sublata in pristinam benevolentiam domini Ducis et Communis Venetiarum secundum solitum reducamur, cum tataliter intendamus eis fideliter amicari, in cuius quidem testimonium benevolentie refformate publicas litteras domini Ducis et Communis Venetiarum pietatis, confirmantes omnem amicitiam solitam et civilitatem, qua nos in suum concivem hactenus receperunt.

Scripta hec per Michaelem nostrum Prothonotarium sub anno Domini MCCCXX. die VI. intrante mensis Januarii et nostro majori sigillo per eundem communita.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből II köt. 199. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

276.

A velenczei nagy tánácsnak határozata ezen követség ügyében. 1320.

Quod respondeatur ad ambaxatam domini Bani Maladini : Quod sicut ipse nouit, eum gratiose recepimus in nostrum ciuem et Venetum, quem honorem et gratiam, que est de potioribus et honorabilioribus, que per nos fiant, sibi contulimus, intelligentes bonam voluntatem, quam demonstrabat, et offerebat ad nos et nostrum dominium. Nosque sic sperantes de ipso, disposuimus ad eum habere semper specialis amoris affectum, et sibi placita operari; et hoc ostendimus, si bene attenderit in negotio Sibinici; nam de discordia orta inter ipsum hominesque Sibinici misimus ad ipsum dominum Banum, et ad dictos de Sibinico virum nobilem Marcum Victuri, ciuem et fidelem nostrum in nostrum Ambaxatorem ut inter partes studeret tractare et procurare concordiam

cum honore domini Bani et conseruatione integraliter juris sui, quod ipse et pater suus in ipsa terra soliti sunt habere, intentionem habentes, si homines Sibinici de hoc non essent contenti, et vellent in aliquo sibi deficere, intuiti dicti Banj grauatos nos multipliciter ostendere contra eos. Sed prout per litteras dicti Ambaxatoris nostri nobis extitit denotatum, ipse Banus Ambaxatoris nostri tractatum non recipiens, neque contentus eius iura recipere, nitebatur terram et homines Sibenici de sua eripere libertate, eosque suo dominio totaliter subiugare contra voluntatem hominum dicte terre. De quo nos admirati sumus vehementius pro ipso domino Bano, quem secundum Deum et honorem suum talia querere non decebat, maxime cum homines Sibenici parati essent omnem honorem et seruitium sibi permittere et seruare, prout sibi Bano et patri suo facere consuevere. Consideretur ergo, quod justius, quod magis Deo acceptum, homines Sibinici poterant respondere. Nos equidem attendentes, quod semper predecessores et Commune Venetiarum, antiquitus et modernis temporibus desiderauerunt et operam efficaciter t ibuerunt, quod terre maritime de Dalmatia in sua libertate permanerent, et quod pro bono et pacifico statu totius regionis occupari et in seruitium submitti a quoquo domino violenter non possent contra voluntatem ipsorum; inuenientes quoque per scripturas antiquas nostre Curie de annis ducentis, quod Dux Petrus predecessor noster cum suo potenti extolio, ciuitates maritimas Dalmatie, occupatas et redactas in seruitutem per quemdam Regem et Principem Sclauonie, liberauit; disposuimus, horum nostrorum predecessorum vestigia memorabilia imitati, alios nostros solemnes Ambaxatores, viros nobiles Thomam Sacreto, et Angelum Bembo, et antedictum Marcum Victuri ad ipsum Banum mittendos, ad requirendum ipsum instanter, quatenus sibi placeret Sibinicenses in suo statu et libertate relinquere, non subiugaudo eos contra voluntatem eorum, sed de jure suo suique patris solito vellet esse contentus. Veruntamen dicimus, verum esse nos ordinasse parari armatam, intendentes, si aliquis vellet ipsam terram occupare contra eorum velle, eam intrommittere, salvo iure cuiuslibet, quod faciebamus non pro aliqua cupiditate dominii (Deus

nouit, in nobis et predecessoribus nostris nunquam cognita, vel inuenta), nec iutendebamus illam retinere pro nobis, sed querebamus, quod in sua libertate permaneret, iuribus dicti Bani et cuiuslibet alterius in aliquo minime diminutis. Quapropter ex premissis, secundum omnimodam veritatem explicatis ambaxate et requisitioni Domini Bani responsum est ad plenum, per quod satis apparet, dominum Ducem rationabili causa motum, secundum Deum et statum pacificum regionis, et secundum morem predecessorum suorum, et sine aliqua iniuria eiusdem domini Bani, ut superius declaratur, et adhuc proponimus, ipsum dominum Banum pro dilecto et honorabili ciue amicabiliter tractare, et consueta beneuolentia et curialitate prosequi et favere, dummodo ex parte ipsius non remaneat nec detur nobis per eum causa contrarii, quod non credimus, semper in nobis inveniet id, per quod dicta benevolentia conse[illegible]ri poterit et augeri.

(A »Fronesis« c[illegible]mű okmányok közt 51. sz., a velenczei nagy levéltárban.

277.

XXII. János pápa megengedi, hogy Mladin bán a ferencz-rendiek számára kolostort épithessen. 1320.

Johannes Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Ministro et fratribus Ordinis Minorum de Sclavonia salutem et Apostolicam benedictionem. Sacre vestre religionis merita, snb qua virtutum Domino militantes vobis per vite meritum et aliis proficitis per exemplum, institer exposcunt, ut petitionibus vestris fauorabiliter annuamus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius nobilis vir Banus Mladinus, zelo pie deuotionis inductus, Conventum fratrum vestri Ordinis in Ecclesia Sancti Johannis, Scradonensis Diocesis, quam quondam legitima tunc uxor quondam Pauli Bani, dicti Bani Mladini mater, ad hoc ipsum cum quibusdam edificiis Ecclesie predicte adiunctis, edificare curauit, cupit haberi, ubi Maiestas Altissimi collaudetur; ac propterea eccle-

siam ipsam recipiendi, ibique ponendi Conventum fratrum Ordinis supradicti, vobis largiri licentiam a nobis suppliciter poslulavit. Nos igitur, qui piis votis fidelium libenter annuimus — — — — quantum nobis éx alto permittitur fauorabiliter exaudimus, dicti nobilis supplicationibus inclinati recipiendi Ecclesiam ipsam cum edifiicis supradictis, et ibidem Conuentum fratrnm predictorum ponendi, prout videbitis expedire, non obstante costitutione felicis recordationis Bonifatii Pape Octaui predecessoris nostri, qua inhibetur, ne religiosi mendicantes in aliqua Ciuitate, Castro, villa vel loco de nouo loca recipiant absque Sedis Apostolice licentia speciali, non faciente plenam et expressam de inhibitione huiusmodi mentionem; plenam et liberam vobis concedimus auctotitate presentium facultatem sine iuris preiuditio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec temptare presumpserit, indignationem Omnipotentes Dei et Beatorem Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Avinione VII. kalendas Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

(A »Diplomatorium Sibinicense« czimü okmány-gyüjteményböl 59. sz. a bécsi cs. udv. könyvtárban.)

278.

Sebenico város községe követet küld Velenczébe. 1321.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo CCC. vigesimo, primo, indictione quinta, die secundo Februarii, regnante domino Karulo Serenissimo Rege Vngarie, tempore domini Grisogoni de Faffognis de Jadra, Dei gratia venerabilis Sibenicensis Episcopi, nec non domini Gregorii, filii olim domini Pauli Bani Croatorum, incliti Comitis atque nobilium virorum Consulum, electorum et confirmatorum per Consilium et Commune seu vniuersum populum Sibinichi, silicet dominorum Bogdani condam Dessini, Radoslavi condam Michite, Francisci condam Marini, et Marini

condam Bercii, congregato Maiori et Generali Consilio Ciuitatis Sibinichi in palacio Communis voce preconia more solito per supradictos dominos Consules Bogdanus, Radoslavus, Franciscus et Marinus, auctoritate eis concessa a dicto Generali Consilio ac universo populo Ciuitatis predicte, nec non de expresso assensu et voluntate tocius dicti Consilii, nemine discrepante, in quo Consilio fuerunt Consiliarii septuaginta septem, fecerunt, constituerunt, creauerunt et ordinauerunt loco sui ac vice et nomine Communis dicte Ciuitatis nobilem virum dominum Bogdanum condam Dessini, Consulem suprascriptum, presentem et sponte mandatum suscipientem eorum et dicti Communis Sindicum, Procura torem, actorem, factorem ac certum nuncium specialem et generalem, seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest, ad eundum Venetias, et ibidem cum Magnifico, Illustri et potenti domino domino Duce Veneciarum seu Commune aut quacumque alia persona ab ipso domino Duce seu Commune Veneciarum una vel plures deputatas et ad hoc constitutas, tractare, ordinare et facere de Ciuitate Sibinichi et universo eius Districtu, ligam, unionem, pactum et concordiam ac perpetuam tranquillitatem, et ipsam Ciuitatem et eius Districtum subiecturum ipsi domino Duci et Communi Veneciarum ad tempus vel perpetuum; et eligendum Potestatem seu Rectorem, vel quocumque alio nomine dici posset melius vel conseri, de nobilibus de Consilio dicte Ciuitatis Rivoalti, et deinceps ipsum Potestatem vel Rectorem seu quocumque nomine dicetur, suscipiendum ad certum salarium, quem ipse sindicus seu procurator ellegerit ad unum annum vel plures, secundum quod cum ipso domino Duce et Commune Veneciarum, seu deputatis et constitutis ab eis, ipse sindicus seu quocunque alio nomine melius dici et censeri potest, in concordia fuerit, et sibi melius et salubrius videbitur expedire; et ad obligandum ipsam Ciuitatem et Districtum, ac bona eius omnia ipsi domino Duci et Communi Veneciarum de dicta unione, pactis et concordia, (que) tractantur, prout ipse eorum sindicus cum eis in concordia fuerit, et ei videbitur et apparebit; et ad faciendum instrumenta obligationis, pacti et concordie, vnum et plura, cuiuscumque generis, cum pena et penis et qualibet firmitate,

ad laudem et sensum cuiuslibet sapientis; et ipsam Ciuitatem et Districtum Sibenici ipsi domino Duci et Communi Veneciarum subicere ex concordia, prout quelibet contrata Ciuitatis Rivoalti seu Veneciarum hucusque sibi extitit et est subiecta, secundum quod ipse sindicus seu procurator cum eis de predictis in concordia fuerit; et ad omnia alia et singula faciendum et exercendum, que in predictis et circa predicta vel aliquid predictorum necessaria, utilia et oportuna fuerint facienda, sicut ipsimet Consules, Consilium et Vniuersitas Sibinici, si adessent personaliter, facere possent, et quemadmodum aliquis verus sindicus et procurator alicuius Ciuitatis vel Communis in predictis et circa predicta facere possit et deberet, non obstantibus multis evisionibus silicet, si ipsum semel viderint aut pluries. Promittentes insuper, solempni stipulatione interueniente, predicti Consules et Consilium ac Vniuersitas dicte Ciuitatis vice et nomine dicti sui Communis michi Notario infrascripto stipulanti vice et nomine dicti sui Communis omnium quorum interest et interesse poterit, firmum, ratum et gratum habere, ac semper tenere et observare omnia et singula, que per dictum eorum sindicum et procuratorem in premissis et quolibet premissorum facta, gesta, ordinata, tractata et procurata fuerint, et nunquam contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, sub obligatione omnium bonorum sepedicti Communis Sibinicensis presentium et futurorum. Et ad maiorem firmitatem et plenius robur sigillum pendens Communis Ciuitatis Sibenici iusserunt huic presenti scripto apponi. Actum est hoc Sibenici in palacio Communis, presentibus hiis vocatis et rogatis etc. scilicet Damianus Radovani Cognevich, Damiano Vrencovich, Tiscone Chergote, Tolino Brachovich et Daniele Zurathich Sybincenses et aliis.

Ego Radoslaus Miquite examinator manum misi. Ego Laurencius condam Magistri Henrici Notarii, Imperiali auctoritate Notarius et Sibenici Juratus, hiis interfui et a prenominatis Consulibus et Consilio universo, ut audivi, rogatus scripsi et roboraui. (Jegyzöi jegy.)

(A »Copia de de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből IV. köt. 378. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

279,

Radoszló Lubenii Scardonából velenczei polgárnak felvétetik.
1321.

Johannes Superancius Dei gracia etc. vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris, et tam amicis quam fidelibus, presens priuilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Qnanto Ducalis benignitas personas fidas sibique devotas speciali caritate complectitur, benignisque fauoribus prosequi delectatur, ac ipsas prerogative honorum et benefitiorum, laudabilibus earum concurrentibus meritis facit esse participes, tanto gloriosior et dignior predicatur, et mentes ipsarum ad fidelitatis et devotionis constantiam feruentius accenduntur. Hinc est, quod nos considerantes integritatem devotionis et fidei, quam nobilis et sapiens vtr Radoslavus Lubantii de Scardona ad magnitudinem nostram omni promtitudine voluntatis, ac deuotione, plenissime gerere se ostendit, eius supplicitionibus, ut ipsius devotio, fidei placidis fulta favoribus, incrementum suscipiat, benigne duximus annuendum, eumque omnium consiliorum et ordinamentorum nostrorum solemnitate seruata, cum suis heredibus et heredum perpetuo successoribus per rectam lineam descendentibus, in dilectum et honorabilem ciuem et Venetum nostrum verum et perfectum recepimus atque recipimus, et Venetum et ciuem nostrum honorabilem fecimus, et pro dilecto et perfecto cive et Veneto nostro, vbicumque et semper in Venetiis et alibi amodo et deinceps haberi, procurari omni effectu ac plenitudine volumus et tractari. Statuentes, quod singulis libertatibus, securitatibus privilegiis, imunitatibus, gratiis et honoribus quibuscumque, quibus alii boni et perfecti ciues et Veneti nostri gaudent et quomodolibet perfruuntur, quorum numero ipsum volumus aggregari et specialiter computari, prefatus Radisclavus, eiusque filii et heredes et heredum successores prefati in Venetiis et extra ubilibet eundo, stando et redeundo perpetuo ac plenissime, sicut melius fieri potest, gaudeat et utatur. In cuius rei etc. Datum in nostro Ducali palacio

anno Dominice Incarnationis MCCCXXI. indictione IV. die XI. Maii.

(A »Copie de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből II. köt. 294. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

280.

A velenczei kormánynak rendelete ugyanazon tárgyban. 1321.

Johannes Superancio etc. vniuersis et singulis de suo mandato Comitibus, Potestatibus, Capitaneis et Rectoribus quibuscumque presentes litteras inspecturis fidelibus suis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Quum dignum existit, ut quos nobis constans fides et devotio reddit caros, benignis nos nostrique fideles ubique favoribus prosequamur; nobilitatem et prudentiam vestram rogamus, fidelitati vestre precipiendo mandantes, quatenus virum nobilem et sapientem Radisclavum Lubancii de Scardona, honorabilem civem et fidelem nostrum dilectum, qui multiplicibus sue fidei exigentibus meritis nostram quam meruit graciam et favorem, habere debeatis cum suis liberis omnibus ubique et omni tempore specialiter et fauorabiliter commendatum, prestando sibi licite consilium et favorem, vt vestra possit fidelitas merito commendari, ipseque nostre commendationis fructum presentiens, in fide et deuotione nostra fortius roboretur. Data die (IV. Decembris MCCCXXI.)

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből II. köt. 302. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

281.

Robert Károly magyar királynak levele Soranzo János velenczei dogehez a dalmacziai városok ügyében. 1322.

Excellenti et Magnifico Principi domino Johanni Superantio Dei gratia Venetiarum Duci, Domino Quartae Partis

et Dimidie totius Imperii Romanie, amico suo honorando Carolus eadem gratia Rex Hungarie vite longeve spatia et felicium successuum incrementa. Quia Ciuitatibus nostris in terris Croatie et Dalmatie constitutis juvamen et auxilium, quemadmodum per venerabilem in Christo patrem dominum Boleslaum miseratione Divina Archiepiscopum Strigoniensem proximum nostrum charissimum nunciastis, non contra Nos, sed nostri nominis ob honorem amicabiliter prebuistis, et ipsum dominum Archiepiscopum nostri intuitu secundum decentiam sue reverentie pertractastis, vobis in gratiarum assurgimus uberes actiones, Magnitudinis Vestre amicitiam per presentes requirentes, quatenus cum vniuersorum Domino de summa cardine misericorditer prouidente nouissimis hijs diebus in dictas terras nostras ob commodum et statum pacificum earumdem in virtute valida et brachio extenso simus accessuri, de hijs, que ibidem ad Nos spectant Vestre Amicitie sinceritatem Nobis in hoc operum exhibitione demonstrantes, quicquam usurpare vel vestro dominio subjugare non vellitis, ut nos temporum captatis idoneis opportunitatibus Vestris beneplacitis propter hoc grata vicissitudine occuramus. Data in Themesuar tertio nonas Augusti.

(A »Copie de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvben II. köt. 387. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

282.

Jadra város község tudosítja a velenczei kormányt Miklós bánnak dalmacziai ügyekbeni eljárásáról. 1322.

Illustri et Excelso domino suo domino Johanni Superantio Dei gratia Duci Venetiarum etc. Vgullimus Justiniano Comes et Judices Jadre fideles eius, inclinationem debitam et se ipsos. Dominationi Vestre pateat, ambaxatores nostros fuisse apud Nicolaum Banum prope Tinninum, sicut Dominationem Vestram nouimus non latere; qui Banus ipsos libenter vidit, et honorifice tractauit; deputans eis duos de

suis Nobilibus in prestaldos, ut cum ad partes vicinas Jadre duxerit applicare, Districtus et res Jadre nullatenus offendantur. Preterea dum ambaxatores nostri in promittendo sibi Communis Jadre servitium, fidelitatem Vestri domini Ducis salvarunt; ipse respondit sibi placere, dicens se scire, dominum suum dominum Regem esse amicum domini Ducis Venetiarum. Et inde dictus dominus Banus iuit versus Spalatum, et ibi mansit usque nunc. Nunc autem ecce heri transiuit flumen sub Tinnino, et usque diem Veneris proximum erit apud Vranam; ad quem hodie prouidimus duos ambaxatores iterum destinare pro conseruatione Districtus nostri. Penuriam enim panis magnam habent. Quid postea subsequetur, Magnitudini Vestre non cessabimus intimare. Data die lune XIX. Septembris V. indictionis.

(A »Copia de Commemoriali« csimű velenczei államkönyvből II. köt. 446. l., a becsi cs. titkos levéltárban.)

283.

Mária siciliai királyné, V. István magyar király leányának végrendelete. 1323.

(Lásd az 1326-ki évnél 288. sz. a.)

284.

Robert Károly magyar király követe Spalato város megerősítéséről gondoskodik. 1324.

Karolus Illustris etc. Magistris Portulanis Apulie etc. Ad petitionis instantiam nouiter facte nobis pro parte Spectabilis viri domini Karoli Vngarie Regis incliti carissimi fratris nostri volumus etc. quatenus statim receptis presentibus procuratorem seu nuncium dicti Regis vobis presentes licteras assignantem extrahere seu extrahi facere nomine ipsius Regis frumenti salmas centum de portu Manfridonie

ferendas abinde per mare extra Regnum cum competenti vase ad terram Spalati de prouincia Sclauonie, ac exonerandas ibidem pro munitione ipsius terre, libere siquidem a jure quolibet etc. absque contradictione aliqua permictatis etc. etc. M° CCC° XXIV° XXII. Aprilis VII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 251. sz. Reg. Karoli Illustris kötet. 180 lev.)

285.

Sebenico városnak viszonya a dalmatiai és horvát bánokhoz 1324.

Sententia Ducalis Dominii inter Si(beni)censes et Jadrenses in materia insularum.

In Christi nomine Amen. Dum die infrascripta post missarum solemnia et ante tertiam, Magnificus Dominus dominus Johannes Superantius Dei gratia inclitus Dux Venetiarum stb. cum suis Consiliariis pro tribunali solemniter re sideret stb. (Sebenico város községe keresetének tárgyában mely szerint) illa Ciuitas et Commune dicte Ciuitatis Sibenici iam a longo tempore elapso citra fuit sub pessima tirannia et subiectione Banorum olim Pauli et Mladini, propter quam illi, qui linguam habebant in eadem Ciuitate, ausi non erant loqui in aliqua vtilitate, seu ad aliquod bonum et statum Ciuitatis predicte, ne presumebant facere extra se contra voluntatem tirannorum predictorum; et sic Ciuitas illa fuit continue in pessimo statu, et aliquod ius suum petere non potuit temporibus retroactis Nunc vero stb. tres insulas, scilicet Srimaz, Sirje et Carte, cum earum pertinentiis stb, (kérik, melyeket Jadra város elfoglalt. A mire Jádra város meghatalmazottjai következőleg válaszolnak) : Item super eo, quod dicti Sibenicenses dicunt fuisse sub tirannos, silicet dominos Paulum et Mladinum Banos Croatie, dicentes, non ausi fuisse uti iura sua; quod non modicum admirandum est, quomodo dicti Sibenicenses dicere possunt talia, iquod propter predictos Banos non audebant consequi, nec uti ura sua, cum olim Helias de Sibenico fuerat Dominus et Po-

testas Sibenici in vita sua, et qui, quod volebat idem Helias facere in dicto Bano Paulo et fratribus suis, faciebat libere, et maxime in utilitate et profectu Civitati Sibenici. Cum tempore guerre (contra) Triestinos tria ligna armavimus ad persequendum inimicos vestros et nostros, que tria vestra predicta ligna invaserunt unum lignum Triestinorum sub dicta civitate Sibenici, qui Sibenicenses sine aliqua occasione mala habita inter nos et ipsos ceperunt arma contra nos per communc, et defenderunt dictum lignum, ac vulneraverunt nec non occiderunt quam plures de nostratibus, non timentes potentiam vestram, ac de nobis nihil curantes; quapropter predicti Sibenicenses predicta ausi fuerunt facere contra Dominationem Vestram et contra nos; quomodo credendum est ipsis quod si habuissent seu haberent aliquod ius in predictis insulis seu in aliquibus rebus, non fuissent a usi de iure petere seu uti iura sua, cum non timerent maiora et predicta perpetrare. Cum tunc temporis fuit predictus Helias Potestas Sibenici, etiam Cosa filius dicti Helie, et alii existentes Rectores seu Potestates dicte Civitatis Sibenici faciebant de predictis Banis, sicut et Helias predictus faciebat de predicto Bano Paulo. Vnde non verisimile, nec fides adhibenda est, quod predicti Bani non permitterent predictos Sibenicenses uti iura sua, et maxime in utilitate et profectu Communis Sibenici. Imo etiam predicti Sibenicenses quandoque, ut publicum et manifestum est, contra predictos Banos capiebant arma per commune, et cum exercitu ibant super territorium predictorum Pauli et Mladini Banorum, quos nominant fore eorum tyrannos. Et etiam Saracenus, frater dicti Cose, Potestas Sibinici in vita Pauli Bani predicti, quod publicum est, ivit cum omnibus Sibenicensibus per commune ante castrum Scardone cum exercitu Sibenici contra predictos Banos. Ergo non videtur predicti Bani fore eorum tyranni, qui impedirent seu contradicerent dictis Sibenicensibus uti et peti iura sua. Ergo si predicti Sibenicenses predicta faciebant, que erant gravia, quanto magis debebant et poterant tunc et alias peti et uti iura sui Communis, si qua haberent, que unicuique sunt concessa peti et uti, et prout ipsi Sibenicenses requirebant sua confinia a suis circumvicinis, silicet a Traguriensibus et aliis iuxta sue

libitum voluntatis. Lecta et pronunciata fuit dicta sententia anno Dominice Incarnationis MCCCXXIV. die Mercurii quinto mensis Decembris octaue indictionis; presentibus stb.

(A «Diplomatarium Sibenicense«ből a bécsi cs. udv. könyvtárban 38. sk. ll.)

286.

Mária siciliai özvegykirálynénak halála és temetése. 1323—1325.

De sepultura clare memorie domine Regine Marie. MCCCXXV. XXI. Februarij VIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« F. 260. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 104. lev.; az olasz. kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

Jegyzet: Mária siciliai királynénak sírfelirása a klarisza apáczák »Santa Maria donna Regina« nevű templomában a következő: HIC REQUIESCIT. SANCTE. MEMORIE. EXCELLENTISSIMA. DOMINA. DOMINA. MARIA. DEI. GRATIA. HIERUSALEM. SICILIE. VNGARIEQUE. REGINA. MAGNIFICI. PRINCIPIS. QUONDAM. STEPHANI. DEI. GRATIA. REGIS. VNGARIE. (t. i. filia) AC. RELICTA. CLARE. MEMORIE. INCLITI. PRINCIPIS. DOMINI. CAROLI. ET. MATER. SERENISSIMI. PRINCIPIS. ET. DOMINI. ROBERTI. EADEM. GRATIA. DEI. DICTORUM. REGNORUM. HIERUSALEM. SICILIE. REGUM. ILLUSTRIUM. QUE. OBIIT. ANNO. DOMINI. MCCCXXIII. INDICTIONE. VI. DIE. XXV. MENSIS. MARTII. CUIUS. ANIMA. REQUIESCAT. IN. PACE. AMEN.

287.

Számadás Mária néhai siciliai királyné végrendeletének végrehajtásáról. 1326.

Frater Matheus Dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus Surrentinus, Ducalis confessor, Consiliarius ac familiaris domesticus; Bartholomeus de Capua miles, Logotheta et Prothonotarius Regni Sicilie, executores testamenti clare memorie inclite Principisse domine Marie Dei gratia Jerusa-

lem, Sicilie, Vngarieque Regine; frater Guiczardus Abbas Monasterii Sancti Seuerini Maioris de Neapoli Ordinis Beati Benedicti, illustris domini Ducis Calabrie executoris eiusdem testamenti in facienda executione testamenti huiusmodi vicem gerens, recipiunt computum a Raymundo de Catania, Thesaurario dicti Ducis, statuto per dictum Ducem et predictos Archiepiscopum et Logothetam, et fratrem Nicolaum Sarnensem Episcopum executores eiusdem testamenti, vna cum suis collegis super percepcione et solucione fructuum et ordinacionis dicte domine Regine a die XXVIII. Martii sexte indictionis (azaz 1323) proxime preterite, quo fuit ad hoc ordinatus et in introitu ponit hic se consignasse: domino Regi anulum vnum de auro cum vno grosso ysmaraldo et robinum vnum grossum, quem habuit dicta Regina a Rege Vngarie patre suo; Illustri domino Principi Tarentino anulum vnum de auro cum vno ysmaraldo, et alium anulum vnum de auro cum vno robino; item illustri domino Principi Achaye anulum vnum de auro cum robino, coronam autem de auro cum lapidibus preciosis et perlis, nec non ligatoria seu triczatorios de auro; et frontale vnum de auro, que omnia predicta domina Regina parari olim fecerat pro uxore ipsius domini Principis Achaye; in vita ipsius domine Regine idem Princeps recepit prefato domino Duci pro parte incliti domini, domini Regis Vngarie, cui bona ipsa idem dominus Dux mictere habuit, crucem unam de ligno Domini cum pede de auro ornatam lapidibus preciosis, balassiis, ysmaraldis et perlis grossis, et vnum robinum pulcrum; eidem domino Duci pro parte reuerende Domine, domine Clemencie Regine Francie, cui similiter dictus dominus Dux mictere habuit bona ipsa, anulum vnum de auro cum vno robino, quem donavit dicte domine Regine clare memorie dominus Karolus Secundus vir eius, et vnam cupam cum operculo de auro, in qua dicta Regina bibere consueuerat; dicto domino Duci pro parte sua cupam vnam de auro cum coperculo, in qua est crux vna, et vas vnum dictum justa de auro; eidem domino Duci pro parte quondam domine Catherine de Austria, Ducisse Calabrie, consortis sue, anulum vnum de auro cum vno parvo dyamante, quia anulus cum robino eidem quondam domine Ducisse legatus, non fuit inventus; par vnum de pa-

ternostro de auro cum signaculis de zeffiris et perlis grossis que bona, quia dicta Ducissa mortua fuit eadem Regina vivente, voluit et mandavit ipsa Regina, quod legata predicta ipsi domino Duci integre traderentur. Domine Comitisse Andrie nepti prefate Regine j u s t a s d u a s m a g n a s d e a r g e n t o, q u a s p r e f a t a d o m i n a R e g i n a p o r t a v i t d e R e g n o V n g a r i e. Nobis Bartholomeo de Capua anulum de auro cum vno ysmeraldo; Archiepiscopo Surrentino anulum vnum de auro cum vno balasso; domine Johanne de Aquila cupam de auro sine pede; prefato domino Duci pro parte inclite domine Beatricis Dalfine Vienne, cui bona ipsa idem dominus Dux mictere habuit, par vnum de paternostris de perlis cum signaculis de balasciis, et p s a l t e r i u m l i b r u m, q u i f u i t S a n c t i L o d o y c i R e g i s F r a n c i e. Item eidem domino Duci pro parte inclite Principisse domine Sancie Jerusalem et Sicilie Regine, ymaginem vnam de auro cum crucifixo, officium seu horas Beate Virginis cum tabulis de auro, et aliud officium seu horas Beate Virginis cum tabulis de argento; librum vnum breviarii secundum usum Fratrum Minorum; bibliam vnam totam conscriptam in Gallico; vitam Sanctorum et miracula Beate Virginis similiter in Gallico conscripta. Predicto domino Principi Tarentino perlas grossas viginti novem extimatas vncias triginta; balassos nudos sex, zeffiros nudos quatuor extimatos vncias viginti; crucem unam de cristallo cum crucifixo de argento deaurato cum zeffiris extimatam vncias viginti duas; perlas centum viginti extimatas vncias octo; iorlandam vnam de auro, in qua fuerunt balassi quatuor et perle viginti tres, extimatam vncias centum quatraginta; crucem vnam de auro cum vno zeffiro, et quatuor balassis ab vna parte, ab alia cum robinis quatuor, smaraldo vno, perlis vndecim, et fiurello de perlis extimatam vncias tredecim; anulos de auro quatuor cum zeffiris extimatos vncias decem; cannonum vnum de cristallo cum pede de argento et coperculo cum cruce parua ad ponendum reliquias extimatum vncias duas; vas vnum de cristallo cum pede, manicis, coperculo de argento deaurato cum perlis et alijs lapidibus extimatum vncias sex; perlarum nouarum non computata tara vncias sex tarenos duodecim et grana quatuordecim extima-

tas ad rationem de vncia vna et tarenis quindecim pro qualibet vncia in pondere dictarum perlarum vncias viginti septem tarenos decem et octo; aliarum perlarum albarum cum tara libram vnam vncias duas tarenos viginti duos et medium, sine tara vero libram vnam et tarenum vnum ad rationem de vncia vna et tarenis quinque pro qualibet vncia, in pondere dictarum perlarum vncias quatuordecim aliarum perlarum, deducta tara ipsarum vncias tres tarenos viginti duos et medium in pondere extimatarum vncias quatuor et tarenos quindecim. Aliarum perlarum grossarum deducta tara in pondere vncias vndecim et tarenos quindecim extimatarum vncias viginti quatuor. Bocalectum vnum deauratum cum nappo et pede de argento deaurato et smaltatis extimatum vncias sedecim tarenos quinque et grana quinque; candelabrum vnum de argento deauratum cum perlis extimatum vncias duas; saleriam vnam de argento deauratam ad arma Bonifacij extimatam vncias quinque tarenos septem et grana duodecim; arborem vnam de argento cum septem linguis extimatam vncias tres; petias septem de panno ad aurum extimatas vncias vigintiquinque; petias duas de suliano gariofalato extimatas vncias tres; et anulos duos de auro, quorum vnus habet inclusum ysmaraldum vnum, alius vero robinum vnum extimatos vncias tres. Item recepisse vna cum prefatis quondam Berardo, et vendidisse Gentili de Morianis de Luca plactellos duos de argento ponderis librarum septem et vnciatum decem tarenis novem et granis quinque plactellos sex librarum quinque vnciarum octo et medie pro vnciis septem tarenis quindecim granis novem et denariis duobus; saleriam vnam parvam de argento deauratam per totum cum certis smaltis ad certa arma ponderis vnciarum novem tarenorum quindecim pro vncia vna tarenis sex granis octo et denariis duobus; querciam vnam de argento cum pedibus tribus ponderis libre vnius vnciarum octo et tarenorum viginti pro vnciis duabus tarenis septem et granis tribus et denariis duobus. Bacilia duo magna de argento deaurato per totum cum certis ysmaltis ponderis librarum duodecim et vnciarum septem pro vnciis viginti tarenis viginti nouem granis tribus et denariis duobus; flascones duos de argento cum corrigiis ipsorum

de argento ponderis librarum sedecim vnciarum sex et tarenorum quindecim pro vnciis viginti vna tarenis quindecim et granis duobus et medio. Plactellos duos de argento cum rota fortune in medio, deauratos in parte, ponderis librarum novem vnciarum decem et medie pro vnciis tredecim grano vno et medio. Plactellum vnum magnum cum manicis de argento ponderis librarum quindecim vnciarum octo et medie pro vnciis viginti tarenis duodecim et granis tradecim et medio. Galeam vnam de argento ponderis librarum decem pro vnciis tredecim et tarenis quinque. Plactellum vnum magnum cum pede de argento deaurato per totum cum certis smaltis pro targea ponderis librarum quinque tarenorum septem et granorum decem pro vnciis octo tarenis vndecim et denariis quinque. Plactellum vnum magnum de argento cum manicis in aliqua parte deauratum pro deferendo pane et mappis pro mensa Domini cum smalto uno in fundo ad prescripta arma, ponderis librarum sedecim et vnciarum octo pro vnciis viginti tribus et tarenis decem. Nappos viginti de argento ponderis librarum quindecim vnciarum septem et medie pro vnciis viginti tarenis nouem et granis septem et medio. Coclearios septem et broccas duas de argento ponderis libre vnius et tarenorum quindecim pro vncia vna tarenis decem granis duodecim et medio. Arborem vnam de argento cum linguis serpentum septem ponderis vnciarum trium tarenorum decem et nouem; et aliam linguam serpentis non ponderatam pro tarenis quatuordecim et granis decem. Ydriam vnâm cum aspersorio suo de argento pro capella ad spargendum aquam benedictam ponderis librarum octo et vncie vnius pro vnciis vndecim tarenis nouem et granis decem. Plactellos duos de argento deauratos in parte ponderis librarum nouem vnciarum vndecim et tarenorum vndecim pro vnciis tredecim tarenis decem et septem et granis decem et septem. Justam vnam de argento ponderis librarum quatuor pro vnciis quinque tarenis sex. Coclearios septem de argento et broccas duas de argento ponderis vnciarum decem et tarenorum quatuor pro vnciis tredecim tarenis viginti quinque et granis undecim. Equum vnum pili morelli pro vnciis quatuor. Item predicto Raymundo Thesaurario galeam vnam magnam de argento deauratam per

totum cum certis ysmaltis ad arma Regni et Vngarie ponderis librarum viginti et vnciarum sex pro vnciis triginta duabus et tarenis viginti quatuor. Saleriam vnam magnam de argento cum perla et dyaspro, cum vno àngelo super ipsam perlam subtili opere laboratam deauratam per totum ponderis librarum duarum et vnciarum sex pro vnciis octo. Saleriam vnam magnam cum coperculo de argento factam ad modum nauicule deauratam per totum cum certis smaltis ad arma Regalia et Vngarie ponderis librarum duarum vnciarum nouem et tarenorum quindecim pro vnciis quatuor tarenis octo granis octo et denariis quatuor. Saleriam vnam paruam de argento deauratam per totum cum certis smaltis ad certa arma ponderis vnciarum nouem et tarenorum quindecim pro vncia vna tarenis sex granis octo et denariis duobus. Plactellum vnum cum pede de argento deaurato per totum cum certis smaltis pro targea ponderis librarum quinque tarenorum septem et granorum decem pro vnciis octo tarenis vndecim et denariis quinque. Plactellum vnum magnum de argento cum manicis in aliqua parte deauratum pro deferendo pane et mappis pro mensa domini cum smalto vno in fundo ad prescripta arma ponderis librarum sedecim et vnciis octo pro vnciis vigintitribus et tarenis decem. Cultellos duos magnos et vnum paruum et broccam vnam cum manieis de argento smaltatos simul existentes in vna vagina pro vnciis duabus. Coclеareos duos et vnum cultellum paruum de auro ponderis vnciarum duarum et tarenorum viginti duorum et medii pro vnciis tribus tarenis viginti quinque et granis decem. Lactifricem vnam de argento pro assandis equi caseis ponderis librarum trium vncie vnius tarenorum vndecim et granorum quinque pro vnciis quatuor tarenis decem et granis sedecim. Ydriam vnam de argento ponderis librarum octo vnciarum nouem et medie pro vnciis vndecim tarenis duodecim granis decem et septem et medio. Justam vnam et bucalem vnum de argento cum coperculis deauratis per totum ponderis librarum octo et medie pro vnciis duodecim et tarenis quatuordecim. Justas tres de de argento cum coperculis similiter ponderis librarum tredecim vnciarum sex et tarenorum quindecim pro vnciis decem et septem tarenis decem et octo et granis duobus. Nappum

vnum de argento cum coperculo perforato necessarium ad faciendum salsamentum in mensa ponderis libre vnius vncie vnius et tarenorum decem pro vncia vna tarenis tredecim granis sex et denariis quatuor. Plactellos octo de argento ponderis librarum triginta vnius et vnciarum septem pro vnciis quatraginta vna tarenis sex granis decem et nouem et denariis quatuor. Scutellas vndecim de argento ponderis librarum sedecim vnciarum vndecim et tarenorum decem; et alias scutellas viginti de argento ponderis librarum viginti octo et vnciarum septem pro vnciis octuaginta duabus tarenis sex granis decem et denariis quatuor. Coceareum vnum magnum de argento pro coquina ponderis librarum duarum et vnciarum septem et medie. Scutellas quatuordecim de argento ponderis librarum tredecim et vnciarum decem pro vnciis decem et octo tarenis tredecim granis sex et terciis duabus. Nappos duodecim de argento ponderis librarum octo vnciarum septem tarenorum viginti duorum et granorum decem pro vnciis undecim tarenis septem granis tribus et quartis tribus. Bacile vnum rotundum de argento deauratum in parte ponderis librarum quinque vnciarum quatuor tarenorum trium et medii pro vnciis septem tarenis vndecim et granis quinque. Nappos duos de argento deaurato interius et exterius cum perlis et lapidibus ponderis librarum trium vnciarum nouem et tarenorum septem et medij pro vnciis sex tarenis octo granis duodecim et medio. Nappum vnum de argento planum deauratum et smaltatum in medio ad arma domini Regis et domine Regine ponderis librarum vnius vnciarum duarum tarenorum trium et granorum quindecim pro vncia vna tarenis viginti sex granis decem. Camucleum vnum munitum de argento cum lapidibus incastruatis circumcirca pro vnciis duabus. Mulum vnum pili falvi, mulam vnam pili bay bruni pro vnciis tribus mulum vnum pili bay bruni pro vnciis septem. Mulam vnam pili bay clari pro vncijs tribus. Mulum vnum pili bay bruni pro vncijs quinque et mulum vnum pili bay pro vnciis tribus et tarenis quindecim. Item Bartholo Squeri mercatori petiam vnam de sammico coloris celestris extimatam vncias quatuor pro vnciis tribus. Pomum vnum de argento deauratum ponderis libre vnius vnciarum duarum tarenorum viginti

sex pro vncia vna tarenis viginti duobus. Scutellas quinque et justam vnam de argento ponderis librarum decem vnciarum sex et tarenorum vndecim pro vnciis tredecim tarenis viginti et granis tredecim. Item Paulo Gerardi de Venetiis par vnum de paternostro de zoecta cum perlis grossis septem decim pro vnciis octo; par vnum de paternostro de zoecta cum perlis grossis duodecim pro vnciis sex. Camucleum vnum cum vno leone munitum de argento pro vncia vna. Nappos de argento viginti quatuor, inter quos est vnus deauratus cum smalto vno in fundo ad arma Regis et dicte domine Regine ponderis librarum septemdecim vnciarum decem tarenorum septem et granorum decem. Scutellas de argento duodecim ponderis librarum vndecim vnciarum decem; et justas de argento quatuor ponderis librarum duodecim vnciarum decem et tarenorum octodecim. Quod totum predictum argentum est in pondere libre quadraginta due vncie sex tareni viginti sex grana decem pro vnciis quinquaginta quinque tarenis decem granis sex et medio. Item recepisse vna cum predictis quondam Magistro Petro et quondam Magistro Francisco de Capua, et etiam per se solum, et vendidisse predicto Bartholo Squeri culcitram vnam et taverseriam plenam pluma pro vnciis decem. Mappam vnam de opere Pisarum pro vncia vna. Dossale vnum de catasimiro molato infoderato cum imbordatura ad arma domine Regine pro, vnciis duabus et tarenis quindecim. Curtinam vnam de tela viridi de opere Venetiarum vingnettatam pro tarenis decem. Dossale vnum de panno serico de Barbaria pro vnciis quatuor. Petias quatuor de tela Ramensi longitudinis cannarum viginti quatuor pro vnciis quatuor tarenis viginti quatuor. De cendato viridi cannas quinque pro tarenis octodecim. De catasimiro rubeo cannam mediam pro tarenis decem. Petiam vnam de panno virgato vltramarino de seta pro tarenis quindecim. Petiam vnam de burdo vltramarino virgato pro tarenis quindecim. Cultellos duos ferratos cum manicis de ebore pro tarenis duodecim. Camisias tres de tela linea Remensi pro tarenis novem. Petias quatuor coverteriorum de bonbice pro vncia vna. Tobalcas duas de seta alba pro vncia vna et tarenis sex. De velluto molato cannas tres et palmum vnum pro unciis duabus. De

cendato coloris tane cannas sex pro tarenis viginti vno. Bacile vnum de here pro tarenis sex. Petias septem de mappa et tobaleas pro vncia una. Cassiam vnam plenam lana de Barbaria extimatam vnciarum duarum pro uncia vna. Tobaleas duas de serup listatas de auro pro tarenis vigintiquatuor. Spingulas duas de argento cum perlis grossis duabus pro tarenis sex. Aurillerium vnum de panno serico laborato ad pappagallos extimatum tarenos viginti quatuor pro tarenis octodecim. Copertorium vnum de sammito robeo infoderatum variis munitis extimatum vnciarum septemdecim pro unciis vndecim. Carpitam vnam pilosam de opere vltramarino extimatam vncias tres pro vncia vna. Retalia duo de stamnea subtili longitudinis cannarum quinque pro tarenis quinque. Bursam vnam de serico veterem laboratam ad aurum pro tarenis duobus. Bursas duas paruas de serico et auro tarenis sex. Tessuta duo stricta de serico pro tarenis decem. De velluto laborato pro bursa pro tarenis duobus. Duas bursas de serico et auro cum buttonibus de perlis prc tarenis viginti. Item predicto Gentili de Luca emptori petiam vnam de panno mellato de mellino pro vnciis decem petias vndecim de tela linea Cavensi pro unciis duabus et tarenis decem. Robbam vnam de panno bruneto pahonati de guarnimentis quinque, quarum tres infoderate sunt variis minutis, et mantellus infoderatus herminettis pro vnciis tredecim et tarenis quirodecim. Robbam unam de guarnimentis tribus de panno vuluetto bleueto nonfoderato pro uuciis duabus. Surcotum unum de vuluetto nigro infoderatum cendato viridi pro vnciis duabus. Capucium unum de cendato nigro infoderatum variis minutis pro tarenis sex. Capucium vnum de vuluetto nigro infoderatum de herumettis pro tarenis duodecim. Scrinea duo nigra ferrata pro tarenis duodecim. Coccam vnam de suliano celestri infoderatam cendato de robba quatuor guarnimentorum de eodem suliano vendita Baldo de Baldis pro tarenis quindecim. Capam vnam de cameloto gariofalato de roba trium guarnimentorum de eodem suliano infoderatam variis minutis pro vnciis duabus et tarenis quindecim. Paria duo lintheraminum de Reus pro uncia vna. Laquei decem de capillis cum buttonibus de seta pro tarenis decem. Frontale vnum pro equo de vitriolia et

perlis pro tarenis septemet granis decem. Aurofrisium de vitriolis et perlis cum flordclisiis de perlis pro tarenis vigintiquatuor. Dossale vnum laboratum et supercelum de panno serico bleueto, et dossale unum ad comedendum pro vnciis novem. Bancale vnum de lana pro tarenis octodecim. Sedile vnum de lana ad arma domine Regine pro tarenis viginti. Sedile vnum vayratum de lana pro tarenis octodecim. Sedile vnum vayratum pro tarenis octodecim. Lanternam vnam de alabastro cum coperculo suo pro tarenis dnodecim. Sabinettam vnam de panno serico cambiacoloris pro tarenis quatuor. Item Lancelotto Spine cultram vnam albam de opere ultramarino pro uncia vna et tarenis quindecim.Cultram vnam albam de eodem opere pro vncia vna. Carpetam vnam supertortam de lana melata pro vncia vna et tarenis sex. Carpetam vnam de lana veterem ad diversa arma pro tarenis sex. Tappetum vnum de opere Tripoli pro tarenis duodecim. Carpetam vnam de lana seminatam ad roseltas pro vncia vna et tarenis sex. Tappetum vnum de opere Romanie pro tarenis viginti quatuor. Carpetas quatuor de lana celestri pro vnciis duabus et tarcnis viginti. Carpetam vnam de lana viridi seminatam ad rosettas pro vncia vna et tarenis sex. Tappetum vnum de opere Regii pro tarenis septem et granis decem. Baldistorem vnum et sedile vnum de ligno vetera picta ad arma Domine pro tarenis nouem. Retalium vnum de panno ad aurum de Luca pro tarenis duobus. Cannas quatuor de cendato nigro. Retalium vnum de cantasamito nigro, quandam particellam de velluto molato, et alia retalia duo de cendato pro tarenis tredecim. In quadam cassicella cuiusdem frustus ligni alois medie nucis Yndie alias petiolas de ligno pre tarenis octodeeim. Bavaros duos de herminettis, et mantellum vnum de cuniculis extimatos vnciam vnam et tarenos viginti pro vncia vna et tarenis octo. Tobaleam vnam cum listis de auro, et alias tobaleas quatuor de serico pro tarenis viginti duabus et granis decem. Item Tocco pellipario pannum unum de fustayno ad ponendum in lecto super paleas pro tarenis septem et medio. Guarnatias quinque de variis minutis, et mantellos duos de herminettis pro vnciis decem et tarenis quindecim. Item Nicolao de Lupino carpetas quatuor de lana molata de opere Francie

pro unciis duabus et tartenis viginti quatuor. Librum vnum in quo sunt diverse orationes pro tarenis septem et granis decem. Libros duos continentes vitam Beate Elisabet pro tarenis sex. Librum vnum continentem orationes Beate Virginis pro tarenis sex. Librum vnum certarum orationum pro tarenis tribus. Librum vnum de viciis et virtutibus in Gallicum pro vncia vna. Librum unum meditationum passionis Christi in Gallicum pro tarenis quindecim. Librum vnum certarum orationum pro tarenis sex. Librum vnum docentem ad redendas gratias pro tarenis septem et granis decem. Certam quantitatem corallorum perforatorum pro tarenis duobus. Certam quantitatem vitriolorum viridium pro tareno vno et granis decem. Exemplarium diversorum laborum de seta in petiis pro tarenis tribus et granis quinque. Tabolettas de ligno ad laborandum tessuta pro tarenis duobus granis decem. Scrineum vnum de ligno nucis ferratum copertum tela incerata pro tarenis sex. Item Berengario familiari domini Cancellarii cossinum vnum de sammito molato pro tarenis quidecim. Cossinos tres de sammito molato plenos pluma pro uncia vna. Copertas quinqne de orilleriis,de panno serico celestri pro vncia vna. Cossinettos quatuor de cantasanicto molato pro vncia vna et tarenis quindecim. Item Sergio Acconzaioco sparverium unum de cendato yndo cum cortina de panno serico virgato pro nuucia vna tarenis quindecim. Dossale vnum de panno serico de Luca vocato congiaculure (cambiacolore) pro vncia vna tarenis quindecim Sedile unum strictum laboratum ad modum cultre de panno serico de Luca pro tarenis octodecim. Item Paulo Gerardi sedile vnum de cendato molato cum imburditura de cendato ad arma domine Regine pro tarenis octodecim. De tela linea Parisiensi cannas vigintiquinque pro vnciis duabus.De eadem tela Parisiensi cannas viginti pro vncia vna tarenis viginti. Robbam vnam de panno bruneto, videlicet capam vnam ad equitandum, surcotum vnum, mantellum vnum infoderatum variis minutis et coccam unam pro vnciis vndecimo. Robbam vnam de panno accolle videlicet coccam unam, capam ad equitandum unam, surcotum vnum, surcotum apertum vnum, mantellum vnum infoderatum variis minutis pro unciis tredecim et tarenis quindecim. Robbam vnam de

panno mellato ut supra. Scrinea nigra quatuor, in quibus eraut dicti robbe pro unciis septem. Serice torte diversorum colorum libras duas et mediam in pondere pro uncia vna tarenis septem et granis decem. Petias tres de tela linea de Reus longitudinis cannarum sedecim pro unciis tribus et tarenis sex. Petiam vnam de tela linea subtili de Reus longitudinis cannarum tredecim pro uncia vna et tarenis nouem. Robbam vnam de suliano gariofalato, videlicet coccàm vnam, sureottos duos, mantellum vnum infoderatum variis minutis pro unciis septem et tarenis quindecim. Petias duas de bindis pro coppulis pro tarenis vigintiquatuor. Scrineum vnum parvum de ebore laboratum cum sera et clavi de argento pro vncia vna tarenis quindecim. Scrineum de ebore cum sera et clavi de argento pro uncia vna. Pappagallum unum mortuum pro tarenis sex. Paria duo de paternostro de zoecta pro tarenis octo. Flasconem vnum de cristallo pro tarenis dnodesim. Brancas duas de corallo pro tarenis quindecim. Bocalettum vnum cum coperculo, qui ponitur in extimatione de sporchellano, et est de vitro, extimatum uncias duas pro vncia una. La queos vndecim de serico pro tareno vno granis decem. Psalterium unum cum expositionibus eius in Gallicum pro tarenis viginti quatuor. Cannonum vnum, salerias duas, tabulectas quatuor, cocleareum vnum munitum de argento, manicas duas pro cultellis de cristallo pro vncia vna et tarenis nouem. Item Jacqueto hostiario domini Ducis carpetas duas de panno bruneto de lana veteres extimatas vnciam vnam, de lana ad arma domini Regine et domini Regis pro tareniis quindecim. Certam quantitatem de bonbice pro tarenis quatuor. Item Giletto de Gelardo scrineum vnum de ligno nucis ferratum copertum tela incerata pro tarenis sex. De pennis pavonum quatuor mille sexcentis pro tarenis viginti septem. Retalia duo de panno dupletto ultramarino pro tarenis tribus. Sete sfure carmisi storte libras tres et mediam pro vnciis duabus tarnis octodecim granis quindecim. Sete sfure vnciarum decem in pondere pro tarenis quindecim Sete diversorum colorum libre sex et media in pondere pro vnciis duabus tarenis vigintiquatuor et granis decem. Sete diversorum colorum torte et storte vnciarum decem in pondere pro tarenis quindecim.

Tobaleas duas pro altari pro tarenis tribus. Certam quantitatem vitriolorum rubeorum et celestrium ponderis librarum quatuor pro tarenis quatuor. Sete carmisi storte libras duas et vncias novem in pondere pro vnciis duabus tareno vno et granis septemdecim et medio. Sete diuersorum colorum torte et storte libra vna et vncie nouem in pondere pro tarenis tredecim granis duobus et medio. Plactinam de argento subtilem deauratam vnciarum octo in pondere pro vncia vna tarenis duobus. Plactinam grossam de argento deauratam unciarum trium et medie in pondere pro tarenis septemdecim et medio. Sete torte et storte diversorum colorum libra vna et vncie tres in pondere extimatas vnciam vnam pro tarenis viginti quatuor. Coccam vnam de voluetto tana pro tarenis duodecim. Plactinam de argento deauratam vnciarum septem in pondere pro uncia vna tarenis quinque. Item Nerio Gerardi auri in pondere tarenos decem pro tarenis duodecim et granis decem. Signaculos duos de argento deauratos pro tareno vno. Pectines quatuor de ebore pro vncia vna. Laqueum unum pro capello de seta rubea, et cordellam de filo ad cingendum pro tarenis tribus. Specula tria de ebore pro tarenis sedecim. De auro et argento filato libra vna uncie vndecim in pondere pro unciis quinque. Item Yvenetto Angelico pecias tres coverteriorum de Cambray pro unciis quatuor. Pecias quatuor coverteriorum de lino pro vnciis duabus tarenis duodecim. Pecias nouem de eisdem coverteriis pro nunciis quinque tarenis duodecim. Spingularum sedecim millia pro vncia vna tarenis duobus. Scrineum unum de corio bullito pro tarenis duodecim. Spingularum nouem millia pro tarenis octodecim. Coppulas de serico pro mulieribus ad modum Gallicorum sexaginta sex pro tarenis viginti quinque. Pecias duas coverteriorum de lino extimatas vnciam vnam et tarenos quindecim pro vncia vna. Item Notario Johanni carpitas quatuor de lana scacginatas ad arma domine Regine pro unciis duabus. Bancale vnum vayratum de lana pro tarenis vigintiquatuor. Ovum vnum de stursio extimatum tarenos duos pro tareno uno. Cassinectum vnum de corio pro tareno uno et granis decem. Scrineum vnum paruum pictum et ferratum pro tarenis tribus. Scrineum vnum paruum de corio bullito

pro tarenis tribus. Cassiam vnam de ligno nucis pro tarenis septem granis decem. Scrinea duo de opere Adrie vetera et parua excuectam vnam de ebore pro pugillaribus pro tarenis duobus. Item Matheo de Lupino pecias duas viginti coverteriorum de lino extimatas tarenos viginti pro tarenis tredecim. Corrigias quatuor munitas de argento pro uncia vna et tarenis vndecim. De ligno aloes in frusto inuoluto in vna carta pro tarenis decem. Item Petrucio de Luca bursam vnam cum aurufriso de bisectis pro tarenis quinque. Cendati rubei cannas duas et mediam pro vncia vna. Cendati albi cannas quinqne et mediam pro vncia vna tarenis octo. Parum de serico rubeo extimatum tarenum vnum et graua decem pro tareno uno. Fibellas sex de argento cum lapidibus vitreis extimatas tarenos sex pro tarenis quinque et granis decem. Scutellas tres de argento smaltatas extimatas tarenum vnum et grana decem pro tareno vno. Item Enrico de Valle scutifero prefati domini Ducis retalia duo de sammito jalino, que scripta erant in introytu, cannas tres et palmos duos, in quibus deficiebat parsfissum quarta pars extimata vncias quinque pro vnciis quatuor. Item Constantino speciario de ambra libram vnam et uncias duas in pondere pro unciis octo et tarenis duodecim. Ligni aloes in pondere libras quatuor pro vnciis duabus. De musco quod fuit lurdum in pondere vncias duas pro vncia una et tarenis viginti. Item Magistro Milicto aurifabro libras tres de vorathe pro tarenis viginti uno. Pomum de argento nigellatum pro unciis duabus. Item Rogerio de Salerno hostiario et familiari dicti domini Ducis lacettum vnum ad cingendum, et laqueum pro capello de serico pro tarenis tribus. Item prefato Raymundo thesaurario yconam unam cum tribus tabulis de argento deaurato cum diadematibus de auro et lapidibus preciosis pro vnciis viginti. Syfum vnum cum coperculo de madro pro tarenis decem. Scrineum vnum de argento deaurato et ysmaltatum in parte ponderis librarum sedecim extimatum uncias vigintiquatuor pro unciis viginti vno et tarenis quindecim. Zeffirum vnum pro oculis munitum auro pro vncia vna. Aczuri vltramarini in pondere libram vnam extimatam vncias decem, quia non inveniebantur emptores, de nouo extimatum fuit per Johannem Crispum et Thomasium speciarios pro vnciis duabus et tare-

nis sex. Aczuri de Alamania, quod ponitur in introytu vltramarinum vncias quinque in pondere extimatum vncias quinque pro tarenis sex. Scrineum vnum rubeum munitum de lactono extimatum vncias tres pro vncia vna et tarenis sex. Certam quantitatem balsami in vasis vitreis quatuordecim pro vnciis tribus. Attaccaturos de auro quatuor in quibus fuerunt ysmaraldi quatuor et perle grosse tredecim pro vnciis viginti. Crucem vnam parvam de auro cum lapidibus et perlis ponderis vnciarum nouem et tarenorum quindecim, intus quam fuit spina de corona Domini, pro vnciis quindecim. Crucem vnam paruam de auro cum ligno Domini et aliis reliquiis, robino vno, ysmaraldis quatuor et perlis grossis quinque pro vnciis quadraginta. Item Morino thesaurario domini Principis Achaye pro parte ipsius domini Principis cultram vnam magnam, capudlectum vnum, cum dossali uno, et cortinas tres de panno serico coloris cilestris pro unciis viginti vna. Item Petro Spataforo par vnum scrineorum de ligno nucis ferratorum pro tarenis sedecim. Item domino Lofrido Filmarino cassias duas magnas de ligno nucis cum seris et clauibus de ferro pro tarenis vndecim. Item Jacobino Gallico vallicto Thesaurario cassiam vnam magnam de ligno nucis pro tarenis quinque. Cassiam vnam paruam de ligno nucis pro septem tarenis et granis decem. Item Johannucio de Sancta Agatha catinellam vnam de argento pro appendendo sigillo pro tarenis quatuor et granis decem. Laqueum vnum de serico ad cingendum pro granis quindecim. Scrineum vnum de lactono parvum cum clavellis et certis peciolis modici valoris pro tarenis tribus. Scrineum vnum parvum cum peciis de lactono et peciis exemparibus ad laborandum vitriolis et aliis rebus inutilibus pro tarenis duodecim. Scrineum vnum de argento laboratum paruum et deauratum pro vnciis tribus. Coppolas trigintasex de serico pro tarcenis duodecim. Librum vnum in Gallicum, in quo continentur gaudia Beate Virginis et certarum aliarum virginum cum perlis et signaculis de argento pro tarenis quindecim. Librum vnum cum orationibus incipientem »Benedicta sit Sancta Trinitas« pro tarenis quindecim. Avem vnam de ligno factam ad modum mallardi pro tareno vno. Par vnum de scrineis vayratis veteribus pro tarenis

quindecim. Item Abbati Nicolao de Montorio sedile vnum de lana ad diversa arma pro tarenis octodecim. Item Baldo de Baldis scutellas duas de porchellana pro tarenis quindecim. Dossale vnum de pannis Tartariscis ad aurum cum imburdituris de vuluetto molato seminatum ad rosettas ad arma Regis Vngarie extimatum uncias octo pro vnciis septem. Supercolum vnum de panno ad aurum pro Capella cum imburdi turis de cendato viridi extimatum vncias quatuor pro vnciis tribus. Supercolum vnum pro Capella de panno Tartarisio ad aurum cum imburditura de cendato viridi extimatum vncias quatuor pro vnciis tribus. Robbam vnam de suliano cannellato trium guarnimentorum, cuius cocca infoderata fuit cendato celestri, et guarnimenta duo de variis munita, extimata vncias sex pro vnciis quinque. Robbam vnam de suliano celestri, que fuit guarnimentorum quatuor, cuius cocca infoderata cendato celestri vendita fuit Gentili de Luca, et reliqua tria infoderata fuerunt variis minutis, extimata vncias nouem pro vnciis septem et tarenis quindecim. Coccam vnam de voluetto tane extimatam tarenos vigintiquatuor pro tarenis octodecim. Coccam vnam de vuluetto molato extimatam vnciam vnam et tarenos quindecim pro vncia vna et tarenis quatuor et granis decem. Corsettum vnum de panno serico molato infoderato variis grossis extimatum vncias duas pro vncia vna tarenis vigintiduobus et granis decem. Item dominoRiccario de Scella breviarium vnum in duobus voluminibus secundum modum Parisius pro vnciis tribus. Breviarium vnum secundum modum Parisius extimatum uncias sex pro vnciis tribus. Item Magistro Johanni de Parvis yconam vnam Beate Virginis cum duabus tabulis de ebore cum excua de corio pro vncia vna. Item Johanni Pineto de Neapoli ysmaltos quinque claros de auro extimatos vncias duas pro vncia vna et tarenis sex. Membrectos de argento ysmaltatos octuaginta septem extimatos vnciam vnam pro tarenis vigintiquatuor. Dalfinectos de auro filato triginta octo extimatos tarenos viginti pro tarenis quindecim. Yconam unam cum tribus tabulis; yconas duas in uabus tabulis divisis per se; yconam vnam in d uabus tabulis cum diuer sis ystoriis, ymaginem BeateVirgini s cum duobus: ange lis de ebore; ymaginem humilitatismunitam de ar gento

ymaginem Beati Nicolai munitam de argento; ymaginem Beati Johannis Baptiste munitam de argento; yconam vnam Beate Virginis munitam de argento; yconam unam in qua fuit Trinitas; et ymago Beati Gregorii; tabulorium vnum pictum cum sclaquis et tabulis de ligno extimatum vncias tredecim et tarenos tres pro vnciiś sex et tarenis quindecim. Certam quantitatem ysmalti albi extimatam tarenos viginti quatuor pro tarenis decem. Item Berardo de Aquino nunc militi yconam vnam Beate Virginis paruam munitam de argento deauratam cum perlis et lapidibus pro vnciis duabus. Yconam vnam Beate Virginis in vna tabula parua de ligno; yconam vnam Beate Virginis in vna tabula de ligno extimatem vncias duas pro vncia vna et tarenis quindecim. Item Fusco speciarió reubarbari libram vnam in pondere extimatam tarenos octodecim pro tarenis duodecim. Salgeme pecias tres pro granis quinque, lapislaczuli pro tarenis quatuor. Item Nicolao Zaula bucalectum vnum cum coperculo de cristallo munitum de argento, extimatum vncias quatuor pro vnciis duabus et tarenis quindecim. Aurum vnius sigilli parui ponderis tarenorum decem et granorum quindecim, quod fuit de sigillo secreto dicte domine, pro tarenis nouem et granis decem. Argentum duorum sigillorum, vnius magni, et alterius parui, que fuerunt quondam domine Elisabet sororis domine Regine ponderis vnciarum quatuor et tarenorum quatuordecim ad rationem de tarenis tribus et granis quinque per vnciam, pro tarenis quatuordecim et granis decem. De sammito albo pro tunica vna extimato vnciam vnam pro tarenis viginti. De sammito albo pro dyalmatica una laborata de seta et auro, incepta et non completa, extimato vnciam vnam et tare nos sex, pro tarenis viginti vno et granis decem. Pelles quatuor de herminettis extimatas tarenos decem pro tarenis septem. Palmum vnum et demidium de velluto tane pro tarenis duobus. Plactine de argento vncias tres in pondere pro tarenis decem. De filo Amalfitano in pondere vncias tres extimato tarenos tres pro tareno vno. Bindas strictas de bonbice pro gorgeriis de serico quatuor, tobaleas duas de bonbice pro tarenis sex. Modicum de cendato casecta sfuro stricto pro granis decem. Cassiam vnam paruam de ligno nucis cum sera

et clavi de ferro pro tarenis quatuor. Item predicte domine Johanne de Aquila yconam vnam Beati Nicolái munitam de argento deauratam cum aliquibus lapidibus et perlis, cultellos quatuor in una vagina cum manicis de osse et virolis de argento pro unciis tribus tarenis septem et granis decem. Item prefato Johanni Pineto de Neapoli vncias decem et tarenos viginti octo in pondere de perlis minutis computata tara pro vnciis octo tarenis octo granis septem et medio. Item Bartholomeo mercatori saccum plenum lana, et alios saccos septem plenos pluma grossa pro vncia una. Item Philipocto familiari dicti domini Ducis carpetas duas de panno bruneto corroso a vermibus, infoderatas cendato yndo, que fuerunt de lecteria dicte domine Regine, pro tarenis quinque. Item Johanni de Sancto Germano aurufrisum vnum pro munitione vnius casuble, frontale de aurufriso pro altari, florias de aurufriso pro alba, et pectorali pro casubla. Collarium vnum de aurufriso, munitionem vnam pro pectorali de auro traceo, pecias duas de aurufriso pro casubla, retalia sex de aurufriso, frontale vnum pro altari de aurufriso, retalia quatuor de aurufriso stricta pro vnciis octo. Item predicto Raymundo Thesaurario scrineum vnum paruum de johecta munitum de auro cum sera et claui de auro cum perlis et aliis lapidibus pro unciis decem. Scrineum unum rubeum munitum de argento, ysmaltatum ad arma domini Regis et domine Regine cum clavi et sera de argento pro unciis quindecim. Scrineum paruum de ebore munitum de argento, pro tarenis octodecim. Appenditorium unum de auro cum perlis et una granata, in quo est camuclis unus cum figura angeli; alterum appenditorium de auro cum crucifixó pro vnciis quatuor. Bossidellam vnam de calcidonio et dyanicho munitam de auro pro vnciis quatuor. Anulos duos de auro cum duobus lapidibus dyamantis pro vnciis octo. Camuclem vnum inclusum cum smaraldis intus pro vnciis tribus. Yconam paruam de auro, intus quam est crucifissus de camucle cum excua sua de argento pro vnciis quinque. Flaseonem paruum de argento deauratum in parte pro vncia vna et tarenis quindecim. Pomum vnum de ambra munitum de auro cum perlis et lapidibus pro vnciis quinque. Aczuri vltramarini vnciarum quinque in pondere pro

vnciis duabus et tarenis sex. Altarum pomum de mabra munitum de argento pro vucia vna et tarenis sex. Corrigiam vnam de seta alba seminatam ad pappagallos munitam de auro pro unciis duabus. Bursam unam de seta alba ad pappagallos cum buctonibus de perlis tribus pro tarenis octodecim. Librum, in quo est vita Sancti Francisci in Gallicum pro tarenis quindecim. Camuclem vnum, in quo est ymago Beate Virginis tenentis filium in brachiis, munita de auro cum ysmaraldis quatuor et robinis quatuor; et ex alia parte est Agnus Dei ysmaltatus cum excua de serico pro vncia una tarenis quindecim. Yconectam vnam de joecta, in qua est ystoria assumptionis Beate Virginis cum excua sua de serico pro vncia vna. Acurale de argento deauratum cum laqueo de serico pro tarenis quinque. Vas vnum de argento deauratum cum perlis et lapidibus, in quo est puluis valens ad infirmitatem oculorum pro tarenis duodecim. Duas imbrocettas, vnam de argento et alteram de auro pro vncia vna. Agnum de argento deauratum et smaltatum cum ymagine Crucifixi ab vna parte, et Beate Virginis ab alia, cum bursa de serico et auro, et buctone de perlis pro uncia vna. Bossidellam vnam de ambra pro tarenis sex. Zeffirum vnum perforatum, qui extimatus ponitur vncias sex, donatum per dominum Ducem nobis, Bartholomeo de Capua pro vncia una. Item Philipocto de Nantolio sambucam vnam cum arczoneriis de argento, streugis tribus de argento, freno de argento, cum munitione loreni et pectoralis de argento deaurato, smaltate ad arma Francie et Vngarie tessutis de seta rubea copertis per totum argento traceo et laborato ad punctum novellum pro dicto loreno et pectorali cum streneriis de serico albo dyasprato cum auicula vna de argento ysmaltato pro vnciis triginta quinque. Zeffiros nudos octo pro vnciis viginti. Anulos duos de auro, vnum cum vna torquisea, et alium Saraciniscum. Camuclem vnum inclusum in auro pro vnciis tribus. Tessuta duo de auro de bisectis pro vncia vna. Anulos duos de auro cum certis licteris nigris valentes ad dolorem yliacum. Anulum vnum de auro cum vno lapide rubeo cornelii et calcidonii; anulum de argento vnum, in quo est quidam lapis niger, in quo est sculptura unius hominis nudi. Bursam unam paruam laboratam ad

plactinas de auro. Lapidem vnum paruum inclusum in argento pro vncia vna. Item predicte domine Johanne de Aquila vnum anulum de auro cum robinetto vno, et vnum alterum anulum cum vno zeffiro pro vncia vna et tarenis duodecim. Item Abbati Guillelmo de Anglono cossinos tres de sammito rubeo mataracellum vnum copertum de sammito rubeo. Tappeta de lana quatuor ad coperiendum arnesium ad arma domine Regine pro vncia vna tarenis duodecim. Item Christofforo de Salerno mataracellum vnum copertum de sammito jalnio pro tarenis sex. Cossinos tres de sammito jalnio et rubeo pro tarenis viginti duobus granis decem. Tappeta duo ad arma domine Regine pro coperiendo arnesium pro tarenis sedecim. Item Guillelmo de Sancto Seuerino tappeta decem pro coperiendo arnesium ad arma dicte domine Regine, corrosa in aliquibus partibus, vendita ei ad rationem de tarenis octo pro quolibet, pro vnciis duabus et tarenis viginti. Item predictis Bartholo Squere et Gentili cossinum vnum copertum de sammito rubeo nullius valoris; balassos nudos tres pro vnciis septem, perlas grossas et alias perlas viginti duas pro vncia vna. Zeffiros nudos quatuor pro tarenis sex. Vas vnum vayratum obturatum vna perla grossa pro tarenis sex. Robinos arsicios tredecim, ysmaraldos nudos tredecim pro tarenis septem et granis decem. Perlam vnam grossam de soria pro tarenis tribus. Anulum vnum de auro cum vno balasso pro vnciis quatuor. Bossidellam vnam parvam de argento pro tarenis duobus granis decem. Topacium nudum, alios lapides tres, crucem vnam paruulam de ebore pro tarenis sex. Perlas quatuor, robinettos paruos octo pro tarenis quatuor. Ysmaraldum vnum nudum plactum pro vnciis septem. Bossidellam vnam paruam de ebore pro tareno vno. Anulum vnum de auro cum vno smaraldo pro vnciis quatuor. Anulos duos de auro cum duobus robinettis pro vnciis tribus. Anulos duos de auro cum duobus zeffiris pro vncia vna tarenis sex. Anulos duos cum duobus ysmaraldis pro vncia vna. Bossidellam vnam de ebore, in qua fuit predictus lapis plactus pro tareno vno. Corrigiam vnam de seta dyaspratam munitam de argento. Bursam vnam de seta ad follagium de seta viridi cum buctonibus de perlis tribus; et aliam bursam de seta alba ad follagia russa et vi-

ridia pro vncia vna tarenis sex; aliam bursam cum plactinis de auro cum leonibus nigris pro tarenis quatuor; aliam bursam paruam cum foliis auri ad arma domine Regine pro tareno vno. Frusta parua de tessuto de serico quinque pro tareno vno. Par vnum de paternostro de joecta; par vnum de paternostro de ambra cum signaculis de calcidonio et corallis cum vno zeffiro incluso in argento; par vnum de paternostro de ambra cum uno signaculo de corallo, et alio de dyonicho; par vnum de paternostro grossis; par vnum de paternostro de ambra et corallis, paternostra quindecim et bursam vnam veterem, in qua fuerunt ipsa paternostra pro tarenis octodecim. Pecias duas de flordelisia pro tarenis sex. Cappellectum ad modum coquillarum de osse nullius valoris. Pomum vnum de cristallo pro ense pro tarenis tribus. Robinectos et alios lapides paruos cum vna perla lapide ad modum intercelestris, lapidem vnum in quo est leo rubeus pro tarenis quindecim. Charneriam vnam veterem cum arbore de perlis cum vno scuto ad arma Comitis de Baro pro tarenis tredecim. Lapides vocatos perydoch tres et lapidem vnum vayratum pro tarenis sex. Anulos de auro quatuor pro vncia vna stb. (Perlas de argento paruas de opere Venetiarum pro granis quinque, — alias perlas et lapides; — diversa retalia de pannis de serico et de velluto; —lapidem vnum dyaspidis munitum auro valentem ad stringendum sanguinem pro vncia vna.) Item duplectos Parisinos incastronatos mille quadringentos ambris nigris tredecim cum anulo vno de ambra, et cruce una de corallo, et buctonibus sex de zoecta, alios duplectos pro vncia vna. Serras duas cum buctonibus de vitro cum pede de argento pro tarenis duobus. Cultellos paruos duos cum manicis de dyaspido munitos de auro simul in vna vagina pro tarenis quindecim. Bossidellam vnam de argento pro tarenis duobus. Zeffiros nudos paruos tredecim pro tarenis duobus. Matasellas de auro traceo viginti sex pro tarenis duodecim. Certam quantitatem perlarum pro vncia vna tarenis quindecim. Matasellas de auro filato quinque pro tarenis duobus. Certam quantitatem ysmaraldorum et aliorum lapidum. Signaculum de argento cum vna accacza pro granis decem. Brancam vnam de corallo pro tareno vno. Par vnum de cultellis pro tabula pro tarenis octodecim. La-

pides duos dictos amatisti pro granis decem. Donarium vnum Beate Elene cum vno buctone de johecta et cruce pro granis decem. Coralos albos longos sex nullius valoris. Lapidem dyaspidis, in quo est Annunciacio Sancte Marie pro tarenis sex. Bibliam ystoriatam cum Veteri testamento et Nouo pro vnciis quatuor. Scrineola tria coperta corio bullito pro tarenis quinque granis decem. Scrineolum de ebuno pro tarenis duobus. Certam quantitatem de sargia Yrlandie pro vncia vna et tarenis decem. Item prefato Gentili pro parte dicti domini Ducis certam quantitatem sete diuersorum colorum et ambre. Cortinam vnam de tela lini pro tarenis octo. Bossidellam de ebano pro tarenis tribus. Pro parte dicte domine Johanne de Aquila yconam vnam cum tribus tabulis pro vnciis duabus. Item Venturello et Magistro Nicolao stacionariis salterium vnum pro tarenis decem et octo; officium Beate Virginis pro tarenis octo; ymnarium notatum pro tarenis nouem; librum vnum de romanzo in Gallicum pro tarenis sex; officium Beate Virginis pro tarenis duodecim; librum vnum diuersarum oracionum pro vncia vna; librum vnum de vita Beati Honorati pro tarenis tribus. Item predictis Gentili et Bartholo Squeri, que inventa fuerunt in quadam casa reperta sigillata in domibus magne sturcie (stancie) Terre Summe; pannum pro altari de auro et serico diuersorum colorum imburditum imaginibus Domini nostri Jesu Christi et Beate Virginis pro vnciis decem; vas vnum de lapide calcidonio munitum de argento deaurato ad arma domini Regis et predicte domine Regine factum pro retinenda aqua benedicta cum excua sua de corio bullito nigro pro vnciis quindecim; vas vnum de cristallo munitum de argento deaurato cum perlis grossis sex et aliis lapidibus clavatis in ipso, factum et aptum ad portandum, pro vncia vna et tarenis quindecim; item aliud vas de cristallo munitum et cum pede de argento factum similiter ad modum cupe pro tarenis viginti quatuor; cupam vnam de calcidonio similiter munitam de argento deaurato cum certis smaltis ad ymagines hominum et equorum pro vnciis quinque; vasculum vnum paruum de calcidonio munitum de argento deaurato cum pede et duabus manicis factis ad modum dragonum pro vncia vna; item aliud vas de

calcidonio cum cohoperculo munitum argento deaurato cum manicis duabus pro vnciis duabus; pingnatellum vnum de maczaro cum coperculo et tribus pedibus de argento deaurato et ysmalto vno super coperculum ad literam A; saccum vnum cum peciis vitri rubei pro faciendis smaltis decem et octo, et peciis vitri albi similiter pro faciendis ysmaltis sex pro tarenis quindecim; vrceolos duos et creta vltramarina cum excuis eorum de iumtilis (?) pro tarenis sex. Peciam vnam de panno serico virgato de cannis viginti quinque pro vncia vna tarenis septem et medio stb. (Candelabra duo parva munita de argento pro tarenis sex. — Tobalearum de Parisius ad manus imbolia quatuor de cannis quinquaginta pro vnciis duabus tarenis quindecim. — Tele de Reus imbolium vnum de cannis viginti quinque pro vnciis tribus tarenis decem.) Et prefate Serenissime Principisse domine Sancie, Dei gratia Jerusalem et Sicilie Regine coronam vnam de auro, in qua fuerunt robinus grossus vnus, legatus per dictam dominam domino nostro Regi Roberto; perle grosse in petiis octo triginta due extimate ad rationem de vnciis octo, in florenis auri vncias ducentas quinquaginta sex; flordelisii octo, in quorum quatuor sunt perle quatuor pro quolibet, et relique quatuor sunt perle due pro quolibet, in summa perle viginti quatuor extimate in auro ad rationem de vnciis duabus pro qualibet, vncias septuaginta duas; balassi grossi tres extimati in auro vncias centum sexaginta, alii balassi mediocres octo extimati vncias ducentas, alii balassi minores quatuor super floribus vncias viginti, alii balassi parui octo extimati vncias centum; alii balassi duodecim minores in ipsis floribus vncias viginti; smaraldi viginti octo extimati vncias sexaginta; zeffiri duodecim vncias viginti quatuor; aurum dicte corone extimatum in pondere libre due, quia dicta corona ponderat libras duas, vncias septem et quartam, et deducuntur inde pro pondere lapidum et perlarum vncie septem et quarta, extimate vncias quadraginta; summa extimationis dicte corone in florenis ad aurum est vncie nongente quadraginta due, que sunt reducte in carolenos argenti computato cambio ad rationem de tarenis quatuor pro qualibet vncia, et quod cambium ascendit ad summam vnciarum centum viginti sex et tarenorum viginti octo, in summa pro

vnciis mille septuaginta octo et tarenis viginti octo. Item assignasse subscriptis Ecclesijs et personis alijs vna cum predictis quondam Magistro Petro et quondam Magistro Francisco, fratri Nicolao Abbati Monasterii Sancti Martini in Sacro Monte Pannonie Ordinis Sancti Benedicti deputandam Diuino cultui in predicta Ecclesia Sancti Martini planetam vnam de sammito rubeo cum friso ante et retro ad modum crucis laboratam ad flordelisia, tunicellam vnam, dyalmaticam vnam de eodem sammito rubeo cum friso similiter in capiczalia et manicis; pluuiale vnum de eodem sammito cum friso laborato ad flordelisia et aquila; pluuiale aliud de eodem sammito cum friso laborato ad flordelisia cum auibus et castellis; et pluuiale aliud de eodem sammito rubeo cum friso laborato, vbi sunt castella, in medio quidam nodi, et a latere quedam aues. Item Monasterio Sancte Marie Montis Virginis capellam vnam de panno cartarisco albo dyasprato, in qua fuerunt tunicella vna, dyalmatica vna, casubla vna cum aurifrisis earum, cape tres cum aurifrisis ad ymagines Apostolorum, panni duo Tartarisci albi pro altari, frontale vnum pro altari de aurifriso laborato ad ymagines Apostolorum, camisum vnum cum fimbriis de panno serico, stola vna et manipulus vnus, cingulum vnum et calicem vnum cum patena de argento. Item sorori Agneti Caraczule Abbatisse et Conuentui Monasterii Sancte Marie Dompne Regine de Neapoli capellam vnam cum subscriptis ornamentis Diuino cultui deputandis, legatam inibi per eandem dominam Reginam, sicut in quodam codicillo per eam condito continetur, videlicet ymaginem Beate Virginis cum filio in brachiis de argento cum diadematibus de auro et lapidibus preciosis et perlis, habentem capita et brachiam de alabastro, et Beata Virgo tenet in pectore formale vnum cum balascio; dicta ymago habet pedem de argento super quatuor angelis de argento similiter deaurato, extimatam valere vncias centum; crucem vnam cum crucifixo de auro cum lapidibus preciosis et perlis cum pede de argento deaurato et smaltato, extimatam valere vncias quadringentas quadraginta vnam; crucem vnam cum aurifriso de auro et balascio, zeffiris et smaragdis cum pede de argento deaurato et smaltato extimatam valere vncias ducentas septuaginta; ymaginem Beati Lodoyci

Regis de argento cum capite et dyademate deaurato tenentem in vna manu reliquias suas, et in alia manu baculum Regalem, extimatam valere vncias decem; buyrectas duas de argento deaurato ponderis libre vnius et vnciarum quinque extimatas valere vncias duas et tarenos quindecim; capas tres, tunicam vnam, dyalmaticam vnam, casubulam vnam de panno serico albo cum frisis earum extimatas vncias octo; yconam vnam cum tribus tabulis pro capella extimatam vncias duas; grimpam vnam ad modum Panormi extimatam tarenos viginti quinque; tobaleam vnam; grimpicellam vnam pro altari extimatam tarenos quinque; dyalmaticam vnam, tunicellam vnam, casubulam vnam de sammito viridi cum frisis extimatam vncias nouem; tobaleam vnam de serico cum listis de auro extimatam tarenos viginti quinque; grimpam vnam extimatam tarenos duodecim; antesinum Prelatorum de serico extimatum tarenos nouem; cammisum cum fimbriis aureis cum stola aurata, cingulo et collari extimatum vnciam vnam et tarenos quindecim; superpellicias de tela linea sex extimatas tarenos decem et octo: tobaleas pro altari sex extimatas tarenos decem et octo; casublam vnam de samito albo infoderatam cendato rubeo, extimatam vncias duas; calicem cum patena de argento deaurato extimatam vncias quatuor; excuam vnam corporalium laboratam de auro et perlis extimatam vncias tres; curcurellas duas de cendato rubeo extimatas tarenos viginti; rochettum vnum et tobaleas parvas quatuor extimatas tarenos quindecim; tobaleam vnam de serico pro cohoperiendo altari extimatam tarenos sex; crucem vnam de argento cum pede deaurato ponderis librarum vndecim et vnciarum septem cum duabus excuis de corio bullato, extimatam vncias decem et octo et tarenos viginti; candelabra duo de argento ponderis librarum quinque et vnciarum decem extimata vncias octo et tarenos quinque; navettam vnam pro incensa ponderis libre vnius et medie extimatam vncias duas et tarenos duodecim; incenserium vnum de argento ponderis librarum trium vnciarum trium et medie extimatum vncias quinque; librum vnum Evangeliorum; librum vnum Epistolarum et Evangeliorum extimatum vnciam vnam et tarenos decem et octo; pannum cum auro ad bisantum pro lectorali extimatum tarenos duo-

decim; coramum vnum rubeum ad cohoperiendum altare stb.; (bacilia duo; candelabra duo; buyrectas duas de argento ponderis librarum decem et vniciarum quatuor extimatas vncias quatuordecim et tarenos sex;— almutias tres de grisis extimatas tarenos septem et medium; superpellicias de tela linea quinque extimatas tarenos quindecim; — stolam vnam viridem cum ymaginibus extimatam tarenos tres; — librum vnum Epistolarum extimatum tarenos quindecim; — librum missalem vnum extimatum vncias tres; — librum gradualem extimatum tarenos quindecim; — breuiarium cum duobus voluminibus extimatum vncias sex; — item graduale vnum; — librum antifonarii extimatum vncias quatuor; — crucem vnam cum pede de argento deaurato ponderis librarum duarum vnciarum decem et tarenorum viginti duorum, extimatam vncias quattuor et tarenos decem nouem; yconam de alabastro ad dandam pacem, munitam de argento, extimatam vncias duas et tarenos quindecim, in qua ycona de alabastro fuit anulus vnus de argento deauratus ad appendendam ipsam super altare; bossidam vnam de ebore munitam de argento extimatam tarenos duodecim; casublam vnam veterem de camuco rubeo extimatam vnciam vnam; fimbrias duas de panno serico cum ystoria Beati Eustasii extimatas tarenos duodecim; pannos duos de auro Tartarisci veteris pro altari extimatos vnciam vnam; cammissum et alios pannos de tela linea extimatos vnciam vnam et tarenos sex; casublam vnam de panno camuco nigro extimatam vnciam vnam; capellam vnam nigram pro defunctis, in qua fuerint cape cum frisis tres, casubla cum frisis una, tunicella una, dyalmatica una; panni pro altari nigri virgati duo extimati vncias octo; capellam vnam de sammito jalivo, in qua fuerunt cape due cum firmale de argento deaurato cum smaltis, capa una sine firmalcis, tunica vna, casubla vna, dyalmatica vna cum frisis extimata vncias quindecim; pamnacci (?) duo de auro pro altari, extimati uncias quatuor, panni duo pro altari de panno de Luca uiolato et dyasprato, casubla vna de eodem panno infodrato cendato ialuto (jalivo?), extimata vncias duas; capellam vnam Apostolorum, in qua fuerat tunica vna, dyalmatica vna, cape tres cum firmalcis de

argento ad pannellos, casubla vna, panni duo pro altari de panno de auro cum ymaginibus Apostolorum, extimatam vncias quadraginta tres; orillorium pro altari extimatum tarenos viginti, frontale vnum pro altari de serico cum flordelisiis de auro extimatum tarenos decem et acto; item frontale vnum pro altari de aurofriso et perlis cum diuersis Sanctis, extimatum vncias viginti, yconam vnam cum sudario munitam de argento deaurato; grimpam vnam de auro; tobaleam vnam mugnam pro altari laboratam de auro et seta; aliam tabaleam magnam laboratam similiter de seta et auro; tobaleam vnam de serico imburditam ad arbores et aues de auro; tobaleam vnam laboratam de serico et auro; tobaleam aliam laboratam de serico ad auiculas et rosettas; tobaleam aliam paruam partim imburditam circumcirea ad leoncelles de serico et auro; tobaleam vnam paruam strictam laboratam de serico et auro; tobaleam aliam paruam laboratam de serico et auro. — Predicto illustri domino Regi Roberto robinum vnum grossum, qui erat in corona magna de auro dicte domine Regine, legatum eidem domino Regi per eandem dominam Reginam in suo vltimo testamento, quem quondam dominus Stephanus, Rex Vngarie, pater eius, eidem domine Regine donaverat. — Priorisse et Conuentui Sancti Petri ad castellum de Neapoli crucem vnam cum pede de argento deauratam et ysmaltatam cum ymaginibus Beate Virginis et Beati Johannis Evangeliste annexis in ea, et brachium Beati Blasii iniunctum argento. Et prefate domine Johanne de Aquila anulum vnum de auro cum vno robino in recompensationem unius anuli cum vno dyamante, quem ipsa domina Johanna mutauuerat dudum die, quo dicta quondam domina Regina fuit tradita sepulture, positum in ejus digito manus dextre- Sicque de introytu et exitu dictorum iocalium diligenti collacione prehabita concordant iidem introytus, et penes eundem Raymundum Thesaurarium exinde nichil restat; salvo tamen meliori examine collacionis ipsius.)

Introytus vniuersalis pecunie : Posuit dictus procurator eundem Raymundum recepisse vna cum predictis quondam Magistris Petro et quondam Judice Bernardo a nonnullis mercatoribus, quorum nomina supra in exitu iocalium distin-

guntur, ex venditione nonnullorum ex predictis iocalibus, ut predicitur, ipsi facta in predictis carolenis argenti vncias sexcentas sedecim tarenos tres et grana septem. Item per manus nostrum predictorum exequutorum, que invente fuisse dicuntur in serviciis quondam domine Regine prefate, quantitatem pecunie subdistinctam, videlicet in florenis auri quinque per vncias computatis, vncias trecentas viginti septem et tarenos sex; que reducte ad carolenos argenti ad rationem de sexaginta carolenis et granis sex pro qualibet vncia florenorum secundum prouisionem et decimacionem nostram specialiter inde factam sunt in predictis carolenis argenti vncie trecente septuaginta quatuor et tareni tres; item in carolenis auri quatuor per vnciam computatis vncias mille trecenta nonaginta septom, que reducte ad predictos carolenos argenti ad ratiónem de carolenis argenti sexaginta sex et granis sex pró qualibet vnciarum ipsorum caralenorum auri, sunt in eisdem carolenis argenti vncie mille quingente quadraginta octo tareni decem et grana quinque, et in carolenis argenti sexaginta per vnciam computatis vncias sexcentas duodecim tarenos sex grana quatuordecim et medium.

Vt (a) predicta Serenissima Principissa domina Sancia, Dei gratia Jerusalem et Sicilie Regina, pro precio predicte corone de auro cum diuersis lapidibus pretiosis et perlis supra in exitu predictorum iocalium distinctis et particulariter declaratis in predictis carolenis argenti, computatis, vt supra, vncie mille septuaginta octo et tareni viginti octo.

Summa summarum tocius vniuersalis introytus totius prescripte pecunie auri et argenti reducte ad predictos carolenos argenti sexaginte per vnciam camputatos, est vnciarum sex millia ducentarum septuaginta trium tareni decem et grana quatuor.

Exitus universalis pecunie: Posuit dictus procurator cundem Raymundem soluisse et exhibuisse et assignasse in deposito cum predictis collegis suis succesive, ut sequitur; et retinisse predictos Raymundnm et Magistrum Johannem de Venusio in recompensatione laborum per eos in dicta exequutione subitorum tam ad mandata prefati domini Ducis, nostrumque executorum et Sarnensis Episcopi memorati, quam

nostram et aliquorum ex nobis, tam in carolenis et florenis auri reductis ad carolenos argenti, quam in eisdem carolenis argenti ad generale pondus in predictis carolenis argenti sexaginta computatis, quantitatem pecunie subscriptam infrascriptis Ecclesiis et personis aliis legata per dictam quondam Reginam; videlicet domine Massante de Marcio uncias duodecim stb. (Sicilie de Cerasolo, relicte quondam Angeletti de Limiriaco, uncias viginti; — Isabelle, uxori Alberti Vngari uncias quindecim; — Johanne de Auersa nutrici Marie Comitisse Andrie, vncias decem: — et aliis mulieribus. Multis Fratribus Minoribus legauit pecuniam; insuper Johanni Guindacio clerico Capelle dicte quondam Regine, vncias quatuor; — Jacobello filio quondam domini Stefani Pettinati de Capua uncias viginti; — domino Landulfo de Tauro de Neapoli uncias triginta; — Johanni Vngaro fructuario dicte domine uncias quadraginta; — Barthalomeo Coppole de Neapoli, preposito coquine, vncias quindecim; — Alberto Vngaro, cambellano dicte domine vncias triginta; — Perrotto Vngaro Vicario terre Summe vncias quadraginta; — Fratri Goffrido de Capua Ordinis Minorum pro emendis libris vncias viginti; — Johanni de Amalfia aurifabro vncias decem; — Magistro Michaeli pictori uncias quatuor; — fratri Vincenzio Priori loci Montis Virginis in ciuitate Neapolis pro parte eiusdem Monasterii Montis Virginis vncias quinquaginta; — maiori Neapolitane Ecclesie pro opere ipsius et missis cantandis vncias quadraginta; — loco Sancti Dominici Neapolis vncias triginta; — loco Sancti Augustini Ordinis Heremitarum Neapolis vncias triginta; — loco Sancte Marie Noue Neapolis vncias viginti; — loco Sancti Petri martiris vncias quindecim; — loco Sancte Marie de Carmelo Neapolis vncias duodecim; — Monasterio Sancte Marie de Perchejo vncias quadraginta; — Conuentui Sancti Petri ad castellum Neapolis vncias sexaginta; — Ecclesie Sancti Petri de Maiella vncias decem; — Hospitali Sancti Eligii Neapolis vncias decem; — Monasterio Monialium Sancti Gregorii Neapolis vncias duodecim; — Conuentui Monialium Sancte Patricie Neapolis vncias duodecim; — Conventui Sancte Eucharistie Neapolis vncias viginti; — Conuentui Sancte Marie Dompne Regine

vncias duas; — Conventui Sancti Gaudiosi Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancti Festi Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancti Marcellini Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancte Marie de Anglono Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancti Petri ad Duodecim Puteos Neapolis vncias duas; — Conventui Sancti Petiti Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancti Johannis ad Nidum vncias duas; — Conuentui Sancti Anelli ad Petrucium Neapolis vncias duas; — Conuentui Monialium Sancti Sepulcri Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancte Agathe ad Piperonum Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancte Marie ad Albinum Neapolis vncias duas; — Conuentui Sancti Archangeli ad Bayanum vncias duas; — Ecclesie Sancti Laurencii de Amalfia pro opere Ecclesie et missis cantandis vncias decem; — Conventui sororum Sancti Spiritus de Salerno vncias decem; — domine Comitisse Andrie nepti eiusdem domine Regine per manum domini Comitis patris sui vncias centum; — Guillelmo de Ponciaco et Guillelmo eius filio vncias triginta rex; — (nonnullis Conventibus Predicatorum, Augustinensium, Minorum, Carmelitarum, Sancti Petri de Mayello pro missis celebrandis); — Magistro Taffuro de Capua pro scriptura testamenti prefati, quod scripserat, vncias sex; — Judici Thomasio Carmignano de Neapoli, qui vt Judex se subscripsit in eo, vncias duas; — Monasterio Dompne Regine de Neapoli pro emendis possessionibus ad opus eiusdem secundum dispositionom dicte Regine in suo testamento vncias trecentas; — Monasterio Sancte Marie de Perceyo pro emendis possessionibus vncias quadraginta; — Egregie domicille domine Blance, filie domini Principis Tarentini, vncias sexaginta; — Egregie domine Beatrici Ducisse Athenarum, filie dicti domini Principis, vncias sexaginta; — nobili domicille Adde de Nantolio, familiari illustris domine Clemencie Francorum et Navarre Regine, vncias triginta; — quondam Notario Johanni de Theano, Notario Regio tunc viventi pro fieri faciendo calice vno cum patena de argento deaurato ad arma dicte domine ac dominorum Regis et Ducis, et donaudo Ecclesie Sancte Marie de Pedecripta pro ipsius anima testamentis (?) vncias duas (tarenos quindecim); Judici Leoni Fricie

de Ravello tunc Judici Hospicii eiusdem domine pro gagiis suis vncias duodecim; — Angelo de Aprando et Salvatico de Pino speciariis pro libris septingentis quinquaginta octo de cera pro anniuersario et exquiis factis pro anima dicte quondam domine Regine die IV. Aprilis VII. indictionis ad racionem granorum duodecim minus quarta per libram stb.; (diuersis bastasiis deferentibus lecterias de Ecclesia Beati Laurencii ad Ecclesiam Sancte Marie Dompne Regine); — Gualterio de Sicula de Neapoli vncias octo; — domino Guillelmo Pandono de Capua vncias quatuordecim; — domino Johanni Archiepiscopo vncias quindecim; — domine Philippe de Urso vxori Johannis de Aquino vncias quatuordecim; — domino Johanni Caradenti de Neapoli vnciam vnam et mediam; — Riccardo Caraczulo de Capua vncias quindecim; — domino Benedicto de Palmerio Archidiacono Capuano pro Ecclesia sua Sancti Marcelli, cuius est Rector, vncias octo;— domino Stefano Franco vncias nouem; — Petro de Vineis de Capua pro se et fratribus vncias sex; — domino Andree de Antiniano vncias viginti; — Antiniano de Antoniano filio et heredi quondam Francisci de Antiniano, vncias octo;— domino Bartholomeo de Franco uncias septem; — domino Nicolao de Franco vncias duodecim et mediam; — Nicolao de Aczia vncias septem et mediam;—Petro de Vineis procuratori domini Jacobi Peregrini vncias duas; — predictis domino Matheo et Nicolao de Franco tam pro ipsis quam pro Landulfo de Franco pro terris communibus eisdem militibus et Landulfo vncias nouem; — Stefanello, filio quondam Johannis de Franco de Capua, vnciam vnam; — domino Petro Maramauro, et Fucello nepoti eius de Neapoli vncias octo; — domino Francisco de Criscentino de Neapoli vncias octo; — domino Nicolao dc Arcu de Neapoli tarenos vigintiquatuor; — domine Jacobe Altomurisce de Neapoli vnciam vnam stb. (supradicte quantitates solute personis de Neapoli, Capua et Aversa, fuerunt legate a dicta domina Regina pro damnis illatis ab animalibus massarie sue Vrticelle in bonis eorum); — domino Philippe de Pando vncias triginta mutuatas dicte quondam Regine a quondam Johannicio eius patre! — domine Constancie de Rauello in satisfactione laborum factorum

dicte Regine in annis octodecim vncias sex; — Notario Angelo Ramulo de Amalfia pro scripturis factis vncias duas tarenos duodecim; — Magistris Dyno et Galardo de summa vnciarum centum quinquaginta quatuor conventarum eis pro facienda vna sepultura in dicta Ecclesia Sancte Marie Dompne Regine, in qua debet corpus dicte domine tumulari, vncias quadraginta stb. (item legauit Sancte Marie de Capella summam pro emenda possessione) Rogerio filio et procuratori Judicis Philippi Cappasante, et Andree Astano de Amalfia pro loherio apothecarum in terra Maiori vncias quadraginta octo; — domino Johanni de Apia, filio et procuratori domini Johannis de Apia senioris, qui fuit filius quondam domini Johannis de Apia, Regni Sicilie Senescalli, vncias quinquaginta olim mutuatas dicte quondam Regine tempore, quo erat Principissa Salerni;— item domine Johanne de Aquila vncias quinquaginta; — domine Constancie de Marzano vncias quadraginta legatas eis a dicta domina Regina in eius codicillo; — heredibus domini Berandi Caraczuli Senescalli Hospicii dicte quondam domine Regine vncias triginta; — Magistro Bartholomeo Macidonio vncias viginti; — domine Marie Comitisse Andrie per manus domini Comitis patris sui vncias centum stb.; — (item pro maritandis certis Siculis vncias trecentas triginta duas); — domine Beatrici Dalfine Vienne vncias centum; — Ecclesie Sancte Marie de Nazaret vncias quindecim; — Conuentui Nigrarum de Massilia vncias viginti; — illustri domine Regine Maioricarum, filie dicte domine, vncias quadraginta; — domine Lionore Regine Sicilie, filie dicte domine vncias quadragintas; — pro fieri facienda ymagine vna de argento in forma Beati Nicolai mittenda ad Ecclesiam Sancti Nicolai de Baro, sicut dicta domina stabiliuit, que per patrem Thesaurarium vel substitutos ab eis seu Canonicis dicte Ecclesie vendi vel impignorari non liceat, vncias viginti, — pro fieri facienda ymagine vna de argento in forma Beati Michaelis mittenda ad Ecclesicm Saucti Angeli de Monte Gargano, que similiter per quempiam impignorari vel vendi non liceat, sicut dicta domina in suo ultimo testamento legauit, vncias viginti; — item ad opus predictorum Magistrorum Dini de Senis et Gallardi de Neapoli de

summa vnciarum centum quinquaginta quatuor conuentarum eis pro factura predicte sepulture, que fieri debet in dicta Ecclesia Sancte Marie Dompne Regine de Neapoli, in qua debet corpus dicte domine tumulari, vncias centum quatuordecim; — item pro missis distribuendis pro anima dicte domine vncias quinquaginta; — item pro damnis illatis per animalia massarie Vrticelle certis ecclesiis et aliis vncias trecentas decem; — item pro maritagio cuiusdam puelle exposite in primis cunabulis suis ante fores domorum dicte quondam domine, quam ipsa domina lactari et nutriri fecit, vncias duodecim; — pro reparacione pontis Candelarii et transitus siti subtus et prope dictum pontem vncias quinquaginta; — pro opere pontis, qui de nouo construitur in aqua fluminis Volturni prope vallem Poauam uncias viginti quinque; — pro reparacione vnius vie site prope Sanctum Trenorarium (?) de Capua periculose multum transeuntibus tempore yemali vncias quindecim; — item pro tunicis dandis pauperibus vncias quinque; — domine Aloisie de Bonellis vxori domini Guillelmi de Ponciaco palafredum vnum stb. (maritagia certis servitorum suorum filiabus); Abatisse Monasterii Sancti Johannis ad mare pro reparatione dormitorii eiusdem Monasterii vncias sex; — Abbati Monasterii Sancti Clementis Templi Domini de Baro pro recompensacione nonnullorum reliquiarum corporum Beatorum venditarum dicte quondam domine vncias viginti stb. stb.

Et ad maiorem efficaciam premissorum Nos qui supra Dux Calabrie Illustris, Jerusalem et Sicilie dicti Regis Roberti primogenitus, eiusque Vicarius Generalis, omnia et singula suprascripta, quatenus facta et gesta sunt per predictos exequutores nostrumque vicemgerentes ad id, acceptantes, de certa nostra scientia confirmamus Vicariatus auctoritate, qua fungimur, et ratificamus perpetuo valitura. Vnde ad futuram memoriam, et dicti Raymundi, heredum et successorum eius cautelam et securitatem perpetuam, presentem apodixam finalis quietantie exinde fieri jussimus, nostri Ducis magno

Vicariatus, quo vtimur, nostrumque Archiepiscopi Surrentini, Logothete, et Abbatis Monasterij Sancti Seuerini sigillis pendentibus communitam. Datum Neapoli anno Domini M° CCC° XXVI° die vltimo Maii none indictionis, Regnorum dicti domini Regis anno XVIII.

(A »Registri Angioini« B. 263. sz. Reg. Karoli Illustris 161. sk. lev.; az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban. Csak tökéletlenül és sok kihagyással kiadva Schulze Henrik Vilmos munkájában: »Denkmäler der Kunst des Mittelalters in Unteritalien«, Dresda 1860. IV. köt. okmányok 137. sk. ll.)

288.

Spalato város községe aláveti magát a velenczei köztársaság pártfogásának. 1327.

Pactum Spalati.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione vndecima, die Veneris decimo octauo mensis Septembris. Diuine prouidentia Maiestatis, que cuncta perpetua ratione gubernat, Principatus et Dominationes in orbe terrarum produxit, et statuit, ut in viam pacis et iustitie, que summa virtus est, dirigant, gubernant et custodiant clementer sibi suciectas nationes. Quippe, nil potest Ciuitatibus et populis variis interdum agitatis ex sinistra Regis dispositione fortunis, tam salutiferum, tamque necessarium procurari, quam vt pium, iustum et clementissimum Dominium, Diuina impertiente Clementia, reperire valeant, cui humiliter subiciant se et sua, sperantes sub suo felici ducatu iustaque gubernatione optata tranquillitate potiri. Ideoque nobiles Ciues, Judices, Consiliarii, Commune et Vniuersitas tota Ciuitatis Spalati, predicta omnia attenta consideratione pensantes, ac considerantes multimodam humanitatem, iustum et suaue dominium incliti domini Ducis et Communis Venetiarum, et quomodo eorum subdicti, populi, ciuitates et loca sue fidelitati supposita in pacifica tranquillitate persistunt, et de bono in melius augmentantur, tam commu-

niter quam diuisim singulis plene iustitia ministrata; attendentes quoque, ipsam Ciuitatem Spalati periculis ex variis aduersantium oppressionibus subiacere, longa iamdudum et matura deliberatione prehabita, vnanimiter et concorditer ex eorum libera et spontanea voluntate, et a se ipsis cupientes eorum saluti et tranquillo statui feliciter prouidere, transmiserunt Venetias nobiles et discretos viros dominos Dominicum Lucari, Archidiaconum Spalati, et Nicolaum Teodoxii, suos conciues in ambaxiatores, sindicos et procuratores eorum specialiter ad subiciendum et submittendum in perpetuum totam Ciuitatem, Comitatum, Communitatem, Vniversitatem homines, Districtum et bona omnia Ciuitatis eiusdem fidelitati, dominio, regimini, protectioni et deffensioni domini Ducis et Communis Venetiarum, sicut de suo sindicatu constat publico instrumento facto, et scripto per manum Alexandri Johannis Albertonis de Firmo, Notarii Communis Spalati in millesimo, et indictione prescriptis, die decimo quarto mensis Augusti, ac sigillato sigillo cereo pendenti dicte Ciuitatis et Comitatus, cuius tenor per omnia inferius est insertus; supplicantes et petentes instanter per dictos eorum sindicos, et procuratores, omnia premissa generose per ipsum dominum Ducem et Commune Venetiarum adimpleri et fieri, et eos in numero ducalium fidelium agregari. Quapropter audita et intellecta per memoratum Ducem cum suis Consiliis fideli et pura supplicatione et oblatione predictorum sindicorum et procuratorum per eos exposita et narrata, que est, se velle submittere libere ad voluntatem et beneplacitum ipsius domini Ducis et Communis Venetiarum, ac alte et basse fieri, sicut placet dominio eorumdem, atque dare, conferre et subiicere totam Ciuitatem, Communitatem, Comitatum, Vniuersitatem homines et bona eorum ipsi domino Duci et Communi Venetiarum, ac sue deffensioni, regimini et protectioni, salvis iuribus domini Regis Hungarie, que haberet, vel deberet habere in Ciuitate predicta. et hoc pro reuerentia domini Ducis et Communis Venetiarum, ac saluatione et bono statu ipsius terre, hominum et Huiuersitatis eiusdem, sicut hoc ex auctoritate sibi tradita ab omnibus su pradictis, et contenta in suo pleno sindicatu predicto facere

possunt. Idem dominus Dux et Commune Venetiarum, volentes erga predictum Commune, homines et Vniuersitatem Spalati suam benignitatem et gratiam demonstrare, Christi nomine inuocato, ad laudem et reuerentiam Beatissimi Marci Apostoli et Euangeliste admittentes benignius postulationem et oblacionem eorumdem Spalatinorum sub suo et Communis Venetiarum dominio, fidelitate, deffensione et protectione in perpetuum salubriter receperunt, s a l v i s h o n o r i f i c e n c i i s e t i u r i b u s d i c t i d o m i n i R e g i s H u n g a r i e, q u e h a b e r e t v e l d e b e r e t h a b e r e i n C i u i t a t e p r e d i c t a, providendo benigne et gratiose, quod homines Spalati et eorum bona de cetero tractentur et habeantur vbique in Venetiis et extra, quemadmodum tractantur et habentur aliqui de partibus Dalmacie, qui sint magis liberi et fideles domini Ducis et Communis Venetiarum. Post quam submissionem oblatam et factam, et per ipsum dominum Ducem pro se et Communi Venetiarum acceptatam, ipse dominus Dux cum suo Consilio sua liberalitate infrascripta prouidit, seruari voluit, et mandauit sindicis et ambaxatoribus, ipsis volentibus, consentientibus et approbantibus: Primo enim, quod per dominum Ducem et suum Consilium singulis duobus annis mittatur ad regendum dictam Ciuitatem Spalati vnus ex nobilibus de Maiori Consilio, qui nuncupabitur Comes Spalati, qui eligetur Venetiis in Maiori Consilio per electionem, et fiet vice qualibet per duos annos; cuius Comitis electio fiet et nunc et de cetero per quatuor manus in dicto Maiori Consilio, approbando electos in dicto Consilio ad vnum ad vnum; et ille, qui habuerit plures ballotas, habendo maiorem partem Consilii, sit firmus, et si nullus haberet maiorem partem Consilii, illi duo, qui haberent plures ballotas, vadat vnus per medium alterius, et si quis esset electus per tres manus, sit firmus sine alia probatione. Item quod Comes iturus Spalatum in causis ciuilibus teneatur regere dictam Ciuitatem cum tribus Judicibus de Spalato, qui eligentur in Spalato secundum consuetudines et statuta eorum, vocando ad promulgandum sententias sex Consiliarios, qui similiter eligantur in Spalato secundum consuetudines et statuta dicte Ciuitatis Spalati. In omnibus autem causis criminalibus ipse

solus Comes habeat liberum arbitrium, procedendo tamen in eis secundum formam statutorum Communis Spalati; et non possit in condemnando excedere formam statutorum Spalati, sed penas in ipsis statutis contentas et expressas mitigare valeat sicut sibi videbitur, habito respectu ad conditiones personarum et excessuum commissorum; verum in incendiis, fraudulentis, homicidio, furtis et proditionibus Ciuitatis habeat liberum arbitrium solus Comes, sicut sue discretioni apparebit. Preterea dictus Comes iturus Spalatum habeat et habere debeat a Communi Spalati pro suo salario quolibet anno libras mille ducentas ad paruos, recipiendo solucionem ad racionem de denariis triginta duobus pro quolibet grosso, et nihil aliud habere possit, sed omnes redditus et introitus Communis Spalati, et iurisdictiones et banna et condemnaciones deueniant in dictum Commune Spalati; et debeat dictus Comes ire et redire ad ipsum regimen ombibus suis expensis; et tenaetur dictus Comes habere et tenere secum in dicto regimine continue vnum socium, vnum Notarium et octo seruitores, omnibus suis expensis; et si staret plus vel minus duorum annorum, recipiat salarium pro rata. Item quod dictus Comes Spalati non possit esse ad aliquod conuiuium alicuius ciuis Spalati in dicta Ciuitate Spalati, nec possit aliquos de Spalato conuitare, clamare seu clameri facere ad comedendum secum in ciuitate predicta, et non possit per se vel alios ipse, seu aliquis de familia sua ab aliquo ciue vel habitatore Spalati dona aliqua vel presentes recipere aliquo modo vel ingenio, nisi vuas et fructus recentes; et insuper non possit nec debeat per se vel alios facere vel fieri facere mercationes, neque in mercationibus vti vel vti facere de suis denariis per se vel alios aliquo modo vel ingenio, donec fuerit in regimine supradicto in partibus regiminis supradicti. Item quod homines Spalati possint sine datio extrahere de Venetiis lignamen, lapides cottos et cuppos pro eorum domibus, et conducere Spalatum, dummobo illi, qui volent de predictis rebus conducere, presentent litteras Ducali Curie missas a suo Comite, et sigillatas sigillo Communis Spalati, quod res, quas requirent, sint eis necessarie pro vsibus suis et suarum domorum.

Predictas autem dationem et submissionem, ac omnia et singula in ipso cotractu contenta discretus vir Andreas de Capite Aggeris, Notarius et scriba Ducatus Venetiarum, sindicus et procurator supradicti domini Ducis, Consilii et Communis Venetiarum, vt de suo sindicatu constat puplico instrumento facto in millesimo et indictione predictis, die Jovis decima septima prefati mensis Septembris, et scripto manu Nicolai Passamonte Notarii, ac bulla plumbea ipsius domini Ducis pendenti munito, ad hoc specialiter constitutus; cuius sindicatus tenor inferius est insertus, sindicario et procuratorio nomine ipsius domini Ducis et Communis Venetiarum. Ac predicti Dominicus Lucari Archidiaconus et Nicolaus Theodosii, Sindici et sindicario nomine Ciuitatis, Comitatus, Communitatis, Vniuersitatis et hominum Spalati, attendere, obseruare et adimplere, ac ea omnia perpetuo rata et grata habere, et nullo vnquam tempore aliquo modo vel ingenio contrafacere vel venire solempni stipulatione sibi inuicem promiserunt, sub pena et in pena hinc inde promissa decem millium marcarum argenti, que pena tociens comittatur, quociens fuerit contrafactum; et pena soluta vel non, exacta vel non exacta, omnia et singula supradicta in sua permaneant firmitate. Pro quibus omnibus attendendis, adimplendis et inuiolabiliter observandis prefatus Andreas, Sindicus domini Ducis et Communis Venetiarum sindicario nomine pro ipsis domino Duce et Communi Venetiarum bona omnia Communis Venetiarum; et dicti Dominicus et Nicolaus sindici supradicti, bona omnia Communis et hominum Spalati, ipsi sindico domini Ducis sindicario nomine pro domino Duce et Communi Venetiarum recipienti, speciali pignore obligarunt, que se constituerunt invicem precario possidere, ita ut pars attendens predicta partis non attendentis bona et personas possit, sine alicuius Judicii requisitione, sua propria auctoritate sassire et detinere et arestare pro pena, damnis, interesse et expensis et satisfactione plenaria omnium premissorum; promittentes dicte partes inuicem Venetiis et Spalati et ubique locorum soluere, ac renuntiantes expetioni doli mali et in factum, deceptioni, simulationi, beneficio restitutionis in integ rum, litteris impetratis et impetrandis in feriis et dilationibus,

et generaliter omni auxilio iuris, vel facti, quo contra predicta vel aliquod predictorum possent dicere, facere vel venire. Qui Dominicus et Nicolaus, Sindici Spalati, ibidem in continenti coporaliter tactis Scripturis, in animas suas et omnium et singulorum hominum dicte Ciuitatis Spalati iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia, perpetuo prefatos dominus Ducem et suos successores et Commune Venetiarum et suos dominos suosque maiores, quibus subsunt, obseruare, obedire et reuereri, et quod singulariter singuli Spalati de Consilio dicte Terre in ingressu sui primi Comitis, ipsi Comiti pro ipso domino Duce et successoribus suis ac Communi Veneciarum recipienti coporaliter sic iurabunt, nec non bona fide sine fraude obseruare et attendere omnia et singula supradicta.

Actum Veneciis in Cancellaria Ducatus Venetiarum, presentibus sapiente viro domino Marino Canonico Tragurii, Francisco de Fanciis de Padua, Bonincontro, Nicoleto Marchesini, et Nicoleto Passamonte, Notario et scribis dicti Ducatus; ac Leonardo scriba Camerariorum Communis Venetiarum; et Leonardo bullatore domini Ducis, testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis.

Tenor sindicatus Spalatinorum talis est:

In Dei nomine Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione decima, regnante domino nostro Karolo Roberto Rege Vngarie; temporibus venerabilis patris domini Balioni Archiepiscopi Spalatensis; Egregii viri domini Comitis Neliptii, domini Budisclavi Capitanei, nobilis et sapientis viri domini Marci Secreto de Veneciis honorabilis Potestatis, ac nobilium virorum dominorum Andree Draghis et Madii Alberti, Judicum Ciuitatis Spalati, die quarto decimo Augusti. Congregato Generali Consilio in palatio Communis Ciuitatis Spalati ad sonum campane, premissa voce preconia iuxte morem, vir nobilis sapiens et discretus dominus Marcus Secreto de Venetiis honorabilis Potestas, Judices, Consiliarii et Commune Ciuitatis Spalati in eodem Consilio residentes, attendentes humanitatem, benignitatem, clementiam, zelumque iusticie Magnifici Domini, domini Ducis atque Communis Ciuitatis Veneciarum, et quod Ciuitates et

loca, que ipsorum domini Ducis et Communis Veneciarum regimine gubernantur, in pacis et optate quietis vinculo perseuerant, seduloque congaudent felicibus incrementis, quodque prefatus dominus Dux et Commune Veneciarum in sui recta statera iudicii lances equo libramine manibus detinentes, ius suum cuilibet tribuendo, dispares pacificant equa libra, omnem seruientem tyranidem relegantes; matura deliberatione prehabita, decreuerunt seipsos, Ciuitatem Spalati et Comitatum atque Districtum Ciuitatis prefate committere protectioni, dominio, gubernaculo et tutelle Domini Ducis et Communis Ciuitatis predicte, ipsisque sinceriter inherere; et ideo dominus Potestas, Judices, Consiliarii et Commune predicti prefate Ciuitatis Spalati in eodem Consilio persistentes, ob hoc specialiter congregato, deliberate feceruut, ordinauerunt, constituerunt ac etiam creauerunt viros nobiles et discretos dominos Dominicum Luchari Archidiaconum Spalati Nicolaum Theodoxij, suos couciues, presentes ambos et sponte suscipientes ac liberaliter procuratorium huiusmodi et mandatum, suos veros denominatos atque legittimos procuratores, sindicos et nuncios speciales, seu quocumque de iure possunt nomine melius nuncupari, precipue ad eundum et legittime comparendum coram presentiam Illustris et Magnifici Domini, domini Ducis, honorabilisque Consilii et Communis Ciuitatis Venetiarum, et procuratorio ac sindicario nomine domini Potestatit, Judicum, Consiliariorum atque vniuersi Consilii et Communis Spalati, submittendum sepedictam Ciuitatem Spalati, Comitatum, territorium et Districtum ac bona eiusdem dominio, gubernacioni, protectioni, deffensioni atque tutelle domini Ducis et Communis Veneciarum cum pactis, conditionibus, conuencionibus, obligationibus realibus et personalibus, et adiectionibus quibuscumque penarum, prout eisdem nunciis, procuratoribus et sindicis in premissis et quolibet premissorum videbitur expedire; tribuentes eisdem plenam, meram et liberam potestatem super predictis etc. s a l v i s s e m p e r o m n i b u s i u r i b u s a t q u e h o n o r i b u s d o m i n i R e g i s H u n g a r i e, que tam ante issum contractum, quam in qualibet parte eiusdem contractus ac prius prelibatum contractum a predicta Ciuitate Spalati, eiusque Comitatu, territorio et

Districtu fieri debebant, et debetur Regie Maiestati. Promittentes etc. Actum in palacio dicti Communis Spalati, presentibus Micha Madii, Madio Petri, testibus, et Marino Decse examinatore. Ego Marinus Desse conscius examinavi.

Ego Alexander Johannis de Albertinis de Firmo Notarius, et nunc Communis Spalati, rogatus scripsi et publicavi.

(A »Liber Pactorum« czimű velenczei államkönyvből IV. köt. I. sk. lev.; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

289.

Szövetség Robert Károly magyar király, s Habsburyi Frigyes választott római király és testvérei, Albert és Otto ausztriai herczegek közt. 1328.

Nos Fredericus Dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus, Albertus et Otto Duces Austrie et Styrie fratres eiusdem, significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis: Quod licet inter Excellentissimum Principem dominum Karolum Regem Hungarie consanguinem nostrum carissimum ab vna parte, et inter Nos ex altera, eo quod fedus matrimonij siue sponsalium inter Herricum filium quondam Ducis Ottonis de Bawaria, et filiam nostram, scilicet Frederici Regis predicti carissimam contractum extitit, propter quod ipsi domino Regi Hungarie suspicio inimiciciarum non modica de nobis exorta fuerat, propter occupacionis quoque quarundam terrarum, castrorum et aliorum jurium et finium dicti Regni Hungarie per nos et nostrarum terrarum nobiles occupatorum, possesorum et habitarum, varie discordie, contenciones, guerre, iniurie, dampna, et alia dampna (igy) quam plurima pullulauerint, et mutuo hinc inde in inuicem processerint: tamen vt cum dicto domino Rege Hungarie et suis heredibus nexu consanguineitatis, quo sumus astricti, requirente sincera dileccione nos et nostri heredes ac successores perpetuo et indissolubiliter perfruamur, pacem et concordiam facere cupientes et eciam facientes, discordijs, iniurijs, dampnis et omnibus

malis alternatim, vt premittitur, inter nos qualitercunque hactenus habitis, exortis et illatis, mutuo ad inuicem relaxatis, sopitis, sedatis et extinctis, cum eodem domino Rege Hungarie et suis heredibus nos nostro et heredum nostrorum, ac omnium ad nos et ad heredes nostros predictos pertinencium nomine ad perpetue pacis concordiam et sincere deuenimus amicicie vnionem. Assumpmentes nomine quo supra, quod nos et quilibet nostrum, siue in presenti statu honoris, in quo sumus, siue quantocunque alciori et preeminenciori aut minori, quod absit, existamus, dicto Regi Hungarie et suis heredibus et successoribus, Regnoque suo ac terris suo dominio subiectis nullum dampnum, nullumque nocumentum, offensam et iniuriam inferemus, nec eciam per nostrates, et alios quoscunque inferri paciemur, quin ymo eidem Regi Hungarie, suis heredibus, et successoribus, Regnoque suo predicto contra omnes homines cuiuscunque status, dignitalis et honoris existant, eciam si quis eorum Imperiali prefulgeat dignitate, nullo penitus excepto, dictum Regem Hungarie, heredes et successores suos, Regnumque suum, ac Partes seu Regni sui fines, pariterque cuncta dominia in toto vel in parte suo regimini subiecta inuadentes, turbantes et occupantes, et quibusuis inimicicijs eisdem insultantes, quociens fuerit necesse, et per eundem, heredesque suos, aut successores, et Regnum suum, aut partem Regni sui vel dominij fuerimus requisiti, consilium, subsidium, auxilium et juuamen totis nostris viribus et potencia perpetuo tanquam contra proprios nostros inimicos tociens impendemus. Hoc specialiter declarato, quod dicto domino Herrico filio Ducis Ottonis genero nostro, et suis heredibus, fautoribusque suis quibuslibet contra predictum Regem Hungarie, heredesque suos et successores, aut Regnum ipsius, siue partes, siue fines Regni sui, in pecunia aut hominibus nunquam aliquid prestabimus, nec prestari faciemus consilium, auxilium, subsidium vel juuamen, nec per nostras terras et tenutas eidem transitum concedemus. Ymo si idem Herricus Dux nomine suo, vel in alterius cuiuscunque maioris partis vel minoris, eciam Imperatoris fauore, dictum Regem Hungarie, aut suos heredes, siue successores, vel Regnum suum, siue partem et fines Regni sui quandocunque et quocienscunque

inuadere vel occupare niteretur, nos contra ipsum Herricum Ducem generum nostrum, fautorem vel fautores suos in subsidio dicti Regis Hungarie, vel heredum, siue successorum eius aut Regni sui, tanquam proprium et capitalem inimicum nostrum cum tota nostra potencia et viribus hostiliter insurgemus. Preterea omni iuri, si quod in Ciuitate, Castro et Comitatu Posoniensi quouis modo, maxime propter dotem, siue donacionem propter nupcias Excellentis Principisse domine Agnetis sororis nostre carissime habuimus vel habemus, pure et simpliciter ex nunc renunciamus, promittentes eidem, quod predictam dominam inducemus, ne super predictis Ciuitate, Castro et Comitatu contra Regem Hungarie, heredesque suos et successores, aut Regnum suum, litem deinceps debeat intentare; alioquin eidem Regi, suis heredibus, et Regno suo, consilijs, auxilijs contra prefatam dominam assistemus. Ceterum omnia iura in quibuslibet locis et terminis, vbi idem Regnum Hungarie nostris Marchyonatibus, Ducatibus et tenutis, Austrie scilicet et Styrie, Carniole et alijs commetatur et vicinatur, intra veras et antiquas metas eiusdem Regni Hungarie habita et sistentia per nostros progenitores, patrem, et nos, nostrosque Barones siue Ministeriales dictorum Ducatuum siue dominiorum quoscunque vsquetunc quocunque modo, arte vel ingenio habita, occupata, capta, possessa et detenta, videlicet Castra, Districtus, opida, villas et terras, cum omnibus suis juribus, vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, ac omnia alia jura quelibet, quouis vocabulo censeantur, specialiter autem Districtum inter Drawam et Muram existentem, cum opidis, castris et villis, et alijs suis juribus vniuersis, quem, que et quas nobilis et strenuus vir Vlricus de Walse detinuit, habuit et possedit, quocunque facti vel juris aut occupacionis titulo vsque modo, predicto domino Regi Hungarie, suis heredibus et successoribus, pariterque Regno suo deinceps reddidimus, restituimus, reliquimus et resignauimus integraliter pleno jure, nullum jus, nullumue dominium ac proprietatem nobis, vel nostris successoribus in eisdem reseruantes; exceptis duntaxat vynejs seu cultura vynearum, quas ipsarum cultoribus et possessoribus vbicunque in terris, locis siue dominijs nostris commorentur, sub antiquo et consueto censu et pen-

sione solita reseruamus, sine quouis impedimento colendas, et pro ipsorum vsibus libere possidendas. Vniuersas quoque litteras et instrumenta, seu cauciones et titulos, si quas, quos vel que Nos Fredericus Rex, item Albertus et Otto Duces prefati super omnibus dictis juribus Regni Hungarie predicti habuimus vel habemus aut reseruamus, siue quilibet Barones, Nobiles et Ministeriales nostri habent vel reseruant, cassamus, anichilamus, et per omnia viribus et vigore, quantumcunque efficaces fuerint, reddidimus carituras. A quibuslibet autem nostratibus et dictorum Ducatuum nostrorum Baronibus aut alijs hominibus, quocunque statu, honore vel nomine fungentibus, aliquid seu aliqua de juribus quibuscunque et qualibuscunque dicti Regni Hungarie per quemuis ipsorum occupatis et detentis, dicto Regi Hungarie, heredibus, successoribusque suis et Regno contra hanc formam pacis et vnionis contumaciter et aure tenaci reddere, restituere et resignare nolentibus, rebellantibus et tardantibus, idem dominus Rex Hungarie, aut sui heredes siue successores, vel regnicole sui, quoquo modo poterunt, auffere valeant et debeant. Ad quorum occupatorum jurium qualiumcunque et quantorumcunque nos et heredes nostri contra huiusmodi occupatores dicto Regi Hungarie et suis heredibus, successoribus et regnicolis juuamine, subsidio et fauore tocius nostre potencie, quociens nesse fuerit, assistemus. Nullos quoque Barones seu Nobiles Regni Hungarie sine consensu Regis Hungarie predicti seu heredum suorum nostris attrahere vel assumpmere debemus seruicijs, seu quomodolibet contra ipsos defensare. Que omnia et singula supradicta in omnibus suis articulis Nos Fredericus Rex, Albertus et Otto Duces prenotati nomine quo supra sine omni dolo, fraude, nequicia, iniquitate et malicia dicto Regi Hungarie, suis heredibus et successoribus, pariterque Regno suo firmiter promisimus, et tactis corporaliter Sacrosancto Ewangelio et viuifice Crucis ligno jurauimus attendere, tenere, et in perpetuum inuiolabiliter obseruare. Hoc adiecto, quod si vllo vnquam tempore contra premissa vel aliqua premissorum predicta nostra juramenta violando Nos, vel heredes nostri aut successores fecerimus aut fecerint, siue obmiserimus aut obmiserint obseruare; Sacrosancte Romane Ecclesie Sumpmus Pontifex ad

requisicionem dicti domini Regis Hungarie, heredumue aut successorum suorum, siue Regni sui, exhibitis sibi nostris presentibus litteris, habeat Nos, nostrosque heredes et successores, qui contra premissa fecerimus vel fecerint, facere publicari et denunciari periuros et infames, ac excommunicacionis sentencias in nostras et nostrorum heredum successorumque personas facere promulgari. Et nichilominus si Nos, heredes aut successores nostri prenotatos articulos seu aliquem ipsorum non attenderemus, et potenti manu vel apparenter eos, seu aliquem ipsorm violare seu infringere conaremur; extunc venerabilis in Christo pater Episcopus, nec non Barones et Ministeriales nostri subnotati, heredesque et successores eorundem, predictos Regem Hungarie, heredes et successores suos suumque Regnum, contra Nos nostrosque heredes et succes, sores totis ipsorum viribus et potencia tamdiu adiuuare, seque a nostris obsequijs et obediencia retrahere, et cum eodem Rege Hungarie vel suis heredibus nos impugnare tenebuntur, quousque articulos seu articulum transgressos seu violatos, vt premittitur, integraliter reformemus. Excessus autem et malefacta hinc inde in metis et terris siue dominijs nostris per predas, incendia, rapinas, captiuaciones hominum, seu alio quouis modo absque nostro mandato, scitu et assensu, palam vel occulte emergentes et contingentes, Baronibus et Castellanis nostris in alijs litteris nostris ad hoc deputatis reseruamus et relinquimus decidendos, et fine debito sopiendos; sicuti in eisdem litteris nostris patentibus desuper specialiter confectis expressius continetur. Et vt omnia et singula premissa per Nos, heredes et successores nostros rata et inuiolata permaneant, presentes litteras exinde conscribi, et sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri. Nos qnoque predicti Prelatus et Barones ac Ministeriales; videlicet Albertus Dei gratia pater Episcopus; Vlricus de Phannebergij, Chunradus de Schawnberg et Burchardus de Maydburg Comites; Vlricus de Walse, Rudolphus et Otto de Lyhtenstayn, Albertus, Johannes et Lutoldus de Chvnringen; Eberhardus de Walse de Lintza, Heinricus, Reymbertus et Fredericus de Walsse, Reymbertus de Eberstorf, Johannes de Capella, Nicolaus de Terenberg, Pilgrimus de Puchaim, Cristanus de Lengebach, Herde-

genus et Amelricus de Petouia, Hodmarus et Martinus Steussones, Eberhardus de Walse de Drozendorf, Albertus de Ruhenstayn, Rudolphus et Chunradus de Pottendorf, Hertnidus et Rudolphus de Stadek, Fridericus de Savnek, Cholo de Seldenhoven, nostro et heredum siue successorum nostrorum nominibus dicto domino Regi Hungarie, heredibus et successoribus suis, Regnoque suo, absque omni fraude, nequicia vel malicia, sincere, effectualiter et firmiter promisimus. ac similiter tactis Sancto Dei Ewangelio et viuifice Crucis ligno corporaliter jurauimus, nos facturos et curaturos ita et taliter, quod predicti domini Fridericus Rex, Albertus et Otto Důces, eorumque heredes omnia et singula predicta facient et inuiolabiliter obseruabunt. Si autem premissa vel aliqua premissorum ijdem Rex Fridericus et Duces, eorumque heredes violauerint vel infregerint, nos et nostri heredes ad requisicionem dicti Regis Hungarie, heredumque suorum siue successorum, mox ab obsequijs et obediencia eisdem Frederico Regi, Alberto et Ottoni Ducibus, heredibusque ipsorum debitis separabimus, et cum eodem Rege Hungarie suisque heredibus ipsos Fridericum Regem, Albertum et Ottonem Duces, aut eorem heredes tamdiu impugnabimus, donec ijdem Fridericus Rex, Albertus et Otto Duces eorumque heredes predicto Regi Hungarie, heredibus seu successoribus suis satisfacient, aut concordabunt cum eisdem, de quibuslibet premissorum articulis non seruatis. Si vero aliquo unquam tempore contra premissa vel aliqua premissorum predicta nostra juramenta violando nos vel heredes nostri aut successores fecerimus aut fecerint; extunc Sacrosancte Romane Ecclesie Sumpmus Pontifex pro tempore constitutus ad requisicionem dicti Regis Hungarie, heredumue aut successorum suorum siue Regni sui exhibitis sibi nostris presentibus litteris habeat Nos, nostrosque heredes et successores, qui contra premissa fecerimus vel fecerint, facere publicari et denunciari periuros et infames, ac excommunicacionis sentencias in nostras, nostrorumque heredum et successorum personas, facere promulgari. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus tenori presencium litterarum eciam apponenda. Nec tamen Nos Fridericus Rex, Albertus et Otto Duces predicti hoc pretermittimus, quod si

prenotatum mutuum subsidium ad remociores Regni dicti Regis Hungarie fines vel partes se protenderet: tunc illud, secundum quod nobis possibile fuerit, poterimus moderare. Datum et actum in Prukka super fluuium Saar anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, vndecimo kalendas Octobris, Regni autem nostri anno quartodecimo.

(Eredetie börhártyán, melyről még nyolcz pecsét függ, a budai kir. kamarai levéltárban. Robert Károly magyar királynak ugyanazon szövetségről kiadott okmányát lásd Fejérnél Cod. Dipl. Hung. VIII. köt. 7. r. 204. l.)

290.

Nona varos községe Dalmatiában aláveti magát a velenczei köztársaság pártfogásának. 1329.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione vndecima, die Mercurii, sexto mensis Januarii. Diuine prouidencia Maiestatis, que cuncta perpetua racione gubernat principaliter, et dominaciones in orbe produxit et statuit, vt in viam pacis et iustitie, que summa virtus est, dirrigant, custodiant et gubernent clementer sibi subductas nacionés; quippe nil potest Ciuitatibus et populis tam salutifferum tamque necessarium procurari, quam vt proprium, iustum et clementissimum dominium Diuina largiente Clemencia reperire valeant, sub quo tuti et securi in pace et tranquillitate valeant permanere, se et bona sua voluntate spontanea humiliter submittentes. Hinc est, quod Nobiles, Ciues, Judices, Consiliarii, Commune et Vniuersitas tota Ciuitatis None predicta omnia attenta consideratione pensantes, ac considerantes multimodam humanitatem, iustum et suaue dominium Incliti domini Ducis et Communis Veneciarum, et quomodo eorum subditi, populi, ciuitates, et loca sue fidelitati supposita in pacifica tranquillitate persistunt, et de bono in melius augmentantur, tam communiter quam diuisim, singulis plene iusticia ministrata; sperantes siquidem sub suo felici Ducatu et dominio iustaque guberna-

tione potiri temporibus perpetuis, longa iamdudum et matura deliberatione prehabita, hunanimiter et concorditer, et ex eorum libera et spontanea voluntate atque assensu, cupientes eorum saluti et tranquillo statui feliciter prouidere, transmiserunt Venecias nobiles et discretos viros dominos Petrum condam Michaelis, Jacobum Petri, Slavogostum Johannis, et Jacobum Nicolai, suos conciues in ambaxatores, sindicos et procuratores eorum, specialiter ad submittendum in perpetuum totam Ciuitatem, Communitatem, Vniuersitatem, Districtum, Comitatum, homines et bona None predicte fidelitati, dominio, regimini, protectioni et diffensioni domini Ducis et Communis Veneciarum, sicut de suo sindicatu constat publico instrumento facto et scripto per manum Quirini Subdiaconi Ecclesie Sancti Anselmi et Jurati Notarii Nonensis in MCCCXXVII. mensis Nouembris die XVIII. indictione XI. cuius tenor per omnia inferius est insertus, supplicantes et petentes instanter per dictos eorum sindicos et procuratores, omnia premissa gratiose per ipsum dominum Ducem et Commune Veneciarum fieri et adimpleri, et eos in numero ducalium fidelium aggregari. Quapropter audita et intellecta per memoratum dominum Ducem cum suis Consiliis fideli et pura supplicacione et oblacione predictorum sindicorum et procuratorum per eos exposita et narrata, que est, se velle submittere libere et ex concordia, prius multos tractatus, collaciones et deliberaciones habitas quamplurium sapientum ad hoc deputatorum, ac pro salubri statu eorum et Ciuitatis predicte, dominio dicti domini Ducis et Communis Veneciarum, atque conferre et subicere totam Ciuitatem, Communitatem, Comitatum, Vniuersitatem, homines et bona eorum ipsi domino Duci et Communi Veneciarum, ac sue deffensioni, regimini et protectioni, saluis iuribus domini Regis Hungarie, que haberet vel deberet habere in Ciuitate predicta, sicut hoc ex auctoritate sibi tradita ab illis de dicta terra None et contenta in suo pleno sindicatu predicto, facere possunt. Idem dominus Dux et Commune Veneciarum, volentes erga predictum Commune, homines et Vniuersitatem terre None suam benignitatem et gratiam demonstrare, Christi nomine invocato, ad laudem et reuerentiam Beati Marci

Apostoli et Euangeliste, admittentes benegnius postulacionem et oblacionem eorundem Nonensium sub suo et Communis Veneciarum dominio, fidelitate, deffensione et protectione, in perpetuum salubriter receperunt, salvis honorificenciis et iuribus dicti domini Regis Hungarie, que haberet vel deberet habere in Ciuitate predicta; promittendo benigne et graciose, quod homines None et eorum bona de cetero tractentur et habeantur vbique in Veneciis et extra, quemadmodum tractantur et habentur aliqui de partibus Dalmacie, qui sint magis liberi et fideles domini Ducis et Communis Veneciarum. Post quam submissionem oblatam et factam, et per ipsum dominum Ducem pro se et Communi Veneciarum acceptatam, ipse dominus Dux cum suo Consilio, sua liberalitate infrascripta prouidit, seruari voluit et mandauit sindicis et ambaxatoribus predictis volentibus, consencientibus et approbantibus. Primo enim, quod per dominum Ducem et suum Consilium singulis duobus annis mittetur ad regendum dictam Ciuitatem None vnus ex Nobilibus de Maiori Consilio Veneciarum, qui nuncupabitur Comes None, qui eligetur in Veneciis in Maiori Consilio per electionem, et fiet vice qualibet per duos annos; cuius Comitis electio fiet nunc et de cetero per IV manus in dicto Maiori Consilio, approbando electos in dicto Consilio ad vnum ad vnum; et ille, qui habuerit plures ballotas, habendo maiorem partem Consilii, sit firmus; et si nullus haberet maiorem partem Consilii, illi duo, qui habuerint plures ballotas, vadat vnus per medium alterius; et si aliquis esset electus per tres manus, sit firmus sine alia probatione. Item quod Comes predictus None teneatur regere dictam Ciuitatem et Districtum cum Judicibus et sententiariis, qui deputabuntur per Maius Consilium ipsius Ciuitatis per maiorem partem eorum, secundum consuetudinem, ordines, libertates et statuta Ciuitatis eiusdem facta vel fienda, dummodo non sint contra honorem domini Ducis et Communis Veneciarum, promulgando et sententiando causas et questiones per maiorem partem eorum. Saluo quod solus Comes in homicidio, violacione mulierum, incendiis fraudulentis et robaria manifestis habeat liberum arbitrium, in quibus procedere et terminare debeat secundum formam sta-

tutorum Communis None; et si statuta inde non essent, secundum eius bonam conscienciam debeat in dictis factis procedere et terminare. Preterea habeat et habere debeat dictus Comes libras VI Venetorum paruorum de salario quolibet anno, recipiendo solucionem in Venetis grossis ad racionem de denariis Venetis paruis XXXII pro quolibet grosso, videlicet de precio seu affictu Insule Vre Ciuitatis None, vel ab ipso Communi None, et nichil aliud habere possit ipse Comes, sed omnes redditus et introitus Communis None, ac iurisdictiones, banna et condiciones deueniant in dictum Commune None, et debeat dictus Comes ire et redire ad ipsum regimen omnibus suis expensis; et teneatur ipse Comes secum habere et tenere in dicto regimine omnibus suis expensis vnum socium et quatuor seruitores; et si staret plus vel minus dictorum duorum annorum, recipiat salarium pro rata. Item quod dictus Comes None, pro omni dubio euitando et scandalo remouendo, non possit esse ad aliquod conuiuium alicuius ciuis None in dicta terra None, nec possit aliquos de Nona conuitare, clamare seu clamari facere ad comedendum secum in ciuitate predicta. Et non possit per se vel alios ipse seu aliquis de familia sua ab aliquo ciue vel habitatore None dona aliqua vel presentes recipere aliquo modo vel ingenio, nisi vuas et fructus recentes. Et insuper non possit nec debeat per se uel alios facere seu fieri facere mercationes, neque in mercationibus vti vel vti facere de suis denariis per se vel alios aliquo modo vel ingenio, donec fuerit in regimine supradicto in partibus regiminis supradicti. Item quod homines None possint sine dacio extrahere de Veneciis lignamen, lapides coctos et coppos pro eorum domibus et conducere Nonam; dummodo illi, qui volent de predictis rebus conducere, presentent litteras Ducali Curie missas a suo Comite, et sigillatas sigillo Comitis None, quomodo res, quas requirent, sint eis necessarie pro vsibus suis et suorum domorum. Predictas autem dacionem et submissionem, ac omnia et singula in presenti contractu contenta discretus vir Nicolaus de Marsilio, Notarius et scriba Ducatus Veneciarum, sindicus et procurator supradicti domini Ducis et Communis Veneciarum, vt de suo sindicatu constat publico instrumento facto in millesimo et indictione predictis, die dominico

tercio mensis Januarii antedicti, et scripto manu Johannis Lombardi dicti Calderarii Notarii, ac bulla plumbca ipsius domini Ducis pendenti munito, ad hoc specialiter constitutus, cuius sindicatus tenor inferius inest insertus, sindicario et procuratorio nomine ipsius domini Ducis et Communis Veneciarum; ac predicti Petrus condam Michaelis, Jacobus Petri, Slauogostus Johannis et Jacobus Nicolai, sindici et sindicario nomine Ciuitatis, Communitatis, Comitatus, Vniuersitatis et hominum None, attendere et obseruare et adimplere, ac ea omnia perpetuo rata et grata habere, et nullo vnquam tempore aliquó modo vel ingenio contrafacere vel venire solempni stipulacione sibi inuicem promiserunt, sub pena et in pena hinc inde promissa decem millium marcharum argenti, que pena tociens committatur, quociens fuerit contrafactum, et pena soluta vel non, exacta vel non exacta, omnia et singula supradicta in sua permaneant firmitate.

Pro quibus omnibus attendendis, adimplendis et inviolabiliter obseruandis prefatus Nicolaus, sindicus domini Ducis et Communis Veneciarum sindicario nomine pro ipsis domino Duce et Communi Veneciarum, bona omnia Communis Veneciarum, et dicti Petrus condam Michaelis, Jacobus Petri, Slauogostus Johannis et Jacobus Nicolai, sindici supradicti, bona omnia Communis et hominum None, ipsi sindico domini Ducis sindicario nomine pro domine Duce et Communi Veneciarum recipienti speciali pignori obligarunt, que se constituerunt inuicem precario possidere, ita vt pars attendens predicta partis non attendentis bona et personas possit sine alicuius Judicis requisicione, sua propria auctoritate, sasire et detinere et arestare pro pena, damnis, interesse, et expensis et satisfactione plenaria omnium premissorum; promittentes dicte partes inuicem Veneciarum et None et vbique locorum soluere, ac renunciantes exceptioni doli mali, et in factum decepcioni, simulacioni, beneficio, restitutioni in integrum, litteris impetratis et impetrandis, feriis et dilacionibus, et generaliter omni auxilio iuris vel facti, quo contra predicta vel aliquod predictorum possent dicere, facere vel venire.

Qui Petrus condam Michaelis, Jacobus Petri, Slauogostus Johannis et Jacobus Nicolai, None sindici supradicti, ibidem

in continenti corporaliter tactis Scripturis, in animas suas et omnium singulorum hominum dicte Ciuitatis None iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia, perpetuo prefatos dominos Ducem et successores suos, et Commune Veneciarum, vt suos dominos suosque maiores, quibus subsunt, obseruare, obedire et reuereri, et quod singulariter singuli de Consilio Ciuitatis predicte None, in ingressu sui primi Comitis ipsi Comiti, pro ipso domino Duce et successoribus suis ac Communi Veneciarum recipienti, corporaliter sic iurabunt, nec non bona fide sine fraude obseruare et attendere omnia et singula supradicta.

Actum Veneciis, in camera Quarantie palacii Ducatus Veneciarum, presentibus nobilibus et sapientibus viris dominis Nicolao Armondo Sancte Marine, Nicolao Zane Sancte Marie Matris Domini, Marco Mauroceno procuratore Sancti Marci, et Bisino Cantarini Sancti Silvestri; ac sapiente viro domino Nicolao dicto Pistorino Ducatus Veneciarum Cancellario, et discreto viro Johanne Marchesino eiusdem Ducatus Notario, testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis.

Tenor sindicatus Nonensium talis est:

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem MCCCXXVIII. indictione XII. die XXVI. Februarii, in Ducali palacio Venetiarum, presentibus discretis viris ser Francisco de Malumbris, Marino Benedicto, Francisco Benencasa, Notariis Ducatus Veneciarum, testibus rogatis et aliis, prouidi viri Johannes Dandulo ciuis Veneciarum, et Jacobus Petri ciuis None, sindici, procuratores et nuncii speciales nobilis viri domini Bertholammi Pollani Comitis, Consilii et Communis Ciuitatis None, plenum ad infrascripta mandatum habentes, vt constat instrumento scripto per Quirinum Subdiaconum Ecclesie Sancti Anselmi, Notarium Nonensem, anno Domini MCCCXXVIII. mense Januario die XXI. intrante, indictione XII., sindicario et procuratorio nomine predicto promiserunt solempniter et cum obligatione bonorum Communis et hominum dicte terre inclito domino Francisco Dandulo Venetiarum Duci, ac mihi Notario stipulanti et recipienti vice et nomine Communis Venetiarum, dare, reddere, restituere et soluere cum effectu vsque ad festum Sancte Marie de mense Augusti proxime venturi libras viginti Venetorum grossorum, quas confessi,

contenti et manifesti fuerunt habuisse et recepisse sindicario nomine predicto a Communi Veneciarum seu a C amerariis ipsius Communis mutuo et gratis, specialiter pro emendis et solvendis stariis ducentis formentis pro oportunitate et usu hominum dicte terre, renunciantes etc. et sub pena dupli etc. et inde obligauerunt pus. omnia bona dictorum Communis et hominum presentia et futura.

Ego Jacobus condam Johannis, de Imperiali auctoritate Notarius et Ducatus Venetiarum scriba, predictis interfui et ragatus scripsi.

(A »Liber Pactorum« czimü velenczei államkönyvből IV. köt. 57. l., a velenczei nagy levéltárban.)

291.

Robert siciliai királynak ajándéka Magyarországban. 1330.

. . . .

Eodem die ibidem (XI. Februarij XIII. indictionis Nápolyban) liberate sunt Lippo Yldebrandini mercatori de societate Bardorum de Florencia pro pretio cupe vnius de argento cum cohopertulo deaurato ponderis librarum trium, empte ab eo ad rationem de tarenis V granis XVII minus tertium per vnciam in carlenis argenti computatis vt supra vncie séptem — — — — — — — vncie VII.

Cupa ipsa liberata est ad mandatum Regium Comiti Molto de Vngaria, misso per Barones illarum Partium cum licteris eorum ad eundem dominum Regem de dono ipsius Domini predicto die ibidem.

(A Reg. Angioini« 225. sz. Reg. Karoli Illustris kötetéből 157. lev., az olasz király Grande Archivioban Nápolyban.)

192.

Brebiri György gróf ruházatának való kelméket hozat Nápolyból. 1330.

(Comes Georgius de Sclauonia habet varios pannos et pecunias) pro faciendis fieri robis ad opus suum. XV. Februarij XIII. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 225. sz. Reg. Karoli Illustris kötetéből 159. ev. ; u o.)

293.

Milutin István III. Uros szerb királynak védlevele a velenczei kereskedők számára. 1320.

Exemplum quarumdam litterarum domini Regis Raxie, quod nostri possint per suas terras habere transitum securum ad Salonichi, partes Romanie et in Raxia.

Illustri et Magnifico viro domino Francisco Dandulo Dei gratia Duci Venetiarum, proximo suo karissimo, Urosius eadem gratia Servie Rex, salutem et prosperis successibus in Domino habundare. Affectus quem ad vestram proximitatem et Comune Venetiarum gerimus, nos inducit, vt ad vestra beneplacita et commoda nostros intuitus dirigamus. Cum igitur alias vobis meminimus conscripsisse, si ad vestrum commodum deberet cedere, si ad partes Romanie vellent mercatores vestri pergere vel alio, et placeret eis transitum facere per Regnum seu partes nostras, quod libere transitus pateat eis ad libitum voluntatis. Quare idcirco vobis duximus intimandum, quod si predictis mercatoribus vestris placuerit dictum facere transitum ad partes predictas, excepto ad partes Bulgarie, quod ipsis demus transitum liberalem et conductum securum, etiam si in nostro Regno voluerint sua mercimonia exercere, quod libere exerceant; quos assecuramus super Regia nostra fide, prout vobis hec et alia nobilis vir Jacobus

Polani conciuis vester, in ore cuius posuimus verba nostra, plenius vobis oraculo explicabit. Datum primo die mensis Madii, XIII. indictione.

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből III. köt. 1. r. 167. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

294.

Robert Károly magyar királynak követe Siciliában. 1330.

Mandatum solutionis expensarum et gaziorum Johannis de Ariano ituri ac Illustrem Regem Vngarie, et Nicolai de Senis militis, Nuncij et familiaris eiusdem Regis Vngarie redituri ad eundem. MCCCXXX. die XIV. Maij XIII. indictionis.

(Az u. n. »Arche della Regia Zecca« 35. kötegéből 2685. szám, az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

295.

Robert siciliai király a követe iránt tanusított tisztelgésének viszonzásául Lesina és Brazza szigeteket bizonyos kedvezményben részesiti. 1330.

Ad supplicis petitionis instantiam venerabilis in Christo patris A. Dei gratia Episcopi, nuncius seu procurator Johannis Loredani Potestatis Insularum Farre et Brachie, quia eidem Episcopo et eius socijs honores et fauores plurimos per diuersas vices impendit, licentiam habet extrahendi de portubus Apulie ordei salmas mille quingentas.(MCCCXXX.)

(Az u. u. »Arche della Regia Zecha« 35. k. 2733. sz. u. o.)

296.

Robert Károly magyar király Siciliába utazik, kinek fogadására ott készületek történnek. 1331.

Robertus etc. Ademario de Scalea militi Regni Sicilie, Vicario, dilecto Consiliario, familiari et fideli suo etc. Pro felici transfretatione Principis Incliti domini Caroli Dei gratia Regis Vngarie nepotis nostri carissimi cum gente sua de Sclauonie partibus, a Regno nostro modico freto distantibus, in Regnum nostrum ipsum breuiter venire debentis, cuius aduentum tanquam nobis et toti rei nostre publice fructuosum auctoritate (így »auctore« helyett) Domino, nec merito (így »immerito« helyett) letis affectibus expectamus, certum in dicto Regno nostro alibi numerum vassallorum armare decreuimus, ad easdem partes Sclauonie in Dei nomine profecturum. Cernentes itaque, ac sano diffinientes iudicio, quod erarium nostrum ob expeditionem aliorum multorum agendorum confruentium (így »confluentium« helyett) nobis pecuniali vndique exaustum suffragio presentialiter non sufficit bono modo, consulto prouidimus, fideles nostros Ciuitatis Neapolis cum vestro in hac parte proposito, sicut a certo supponimus, delectabiliter concursuros, prudenter inducy facere pro nobis in hac parte subsidialiter concurrentes personas nauigaturas in vno ex vascellis armandis eisdem solident vel solidare faciant de pecunia Vniuersitatis ipsius. Qua ex re fidelitati tue commictimus et mandamus expresse, quatenus fideles nostros Ciuitatis ipsius amicabiliter inducas et moneas nostri nomine, ipsosque orteris suasionibus oportunis, galeam vnam arment armari pro duobus mensibus moraturam saltem pro causa premissa in nostris seruicijs facient oportune, ac ipsa prouisione eorum, discretioni videbitur expedire instanter ordines, qualiter armatio ipsa procedat in instanti, vti requirit urgentia temporis, et conditio exigit negotij summi immensi. Datum Neapoli in camera nostra anno Dommini M° CCC° XXXI° die XXII°. Maij XIV. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXIII.

(A »Reg. Angioini« A. 281. sz Reg. Roberti R. 88. lev.; az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban)

297.

Futárok Siciliából Magyarországba. 1331—2.

Auctoritate diuersorum mandatorum Regiorum eisdem Thesaurarijs directorum stb. per totum mensem Februarij huius XV. indictionis de soluendis cursoribus Curie Regie stb.

Satisfacto Johanni Arduyni cursori dicte Curie Regie de gagijs suis stb.

Die XXVIIII. mensis Augusti in Casasana prope Castrum Maris de Stabia solute suut eidem Johanni misso cum licteris Regijs ad partes Vngarie pro gagijs suis ad rationem eandem in carolenis argenti vncie tres — — vncie III.

. . . .

Die XXVII. mensis Junij in Casasana solute sunt Sabasco de Cecca misso cum licteris Regijs ad partes Vngarie pro gagijs suis stb. in carolenis argenti vncie due— — vncie II.

. . . .

Die XV. mensis Julij in Casasana solute sunt Johanni de Verulis cursori dicte Curie Regie misso cum licteris Regijs ad partes Vngurie pro gagijs suis mensium Junij, Julij et Augusti huius XV. indictionis, ac Septembris et Octobris instantis I. indictionis ad precedentem rationem in carolenis argenti vncie tres — — — — — — vncie III.

. . . .

Die XXVII. mensis Junij in Casasana solute sunt Colino de Leonissa cursori dicte Regie Curie misso cum licteris Regijs ad partes Vngarie pro gagijs eius mensium Decembris, Januarij, Februarijs et Martij ad rationem eandem in caroleuis argenti vncie due et tareni sex — — vncie II. tar. VI. stb. stb.

(Ratio Thesauri a »Registri Angioini«-ban 287. sz. Reg. Roberti Regis köt. 440—457. lev.; u. o.)

298.

Spalato, Trau és Sebenico dalmatiai vái osok kibékülése Nelipcs gróffal. 1332.

Confederatio Sibenicensium cum Spalatinis, Traguriensibus et comite Neleptio de Tinnino.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis Dominice millesimo trecentesimo tricesimo secundo indictione XV. die quintodecimo mensis Februarij in valle Stolpone, çongregatis in colloquio Magnifico et potenti viro domino Neleptio de Tinino Comite ex parte vna, et Egregiis et potentibus viris domino Nicolao de Molin Spalatensi, Johanne Gradonico Traguriensi, Pantaleone Justiniano Sibenicensi Comitibus; et nobilibus et saprientibus viris Pernosclauo Francisci, Petracha Petri, Johanne Stephani syndico, et Nicola Theodosii ciuibus Spalatensibus; Daniele Jacobi syndico, Dessa Bassiani, Gregorio Salinguerri, Soro Amblasii, Nichole Stepi, Nicola Simonis, Mengatio Desse, Petracha Stepi civibus Traguriensibus; et Radosclavo Michete syndico, Marino Bercii, Mihovile Dragoi, Francisco Bradimir, Radoslavo Georgii — —et Petro Magistri ciuibus Sibenicensibus, pro se ipsis et eorum Ciuitatibus et Communibus, quibus ab eorum Consiliis et Communibus de plena de infrascriptis omnibus faciendis auctoritas est concessa, ex altera parte, ad tale pactum, concordiam et societatem adinüicem deuenernnt, videlicet: Quod dictus dominus Comes Neliptius debet deffendere et guarentare dictas tres Ciuitates et earum Districtus et quamlibet ipsarum, homines, res et bona ipsarum, et cuiuslibet earum, et quamlibet personam toto suo posse ubique locorum ita et taliter, quod inimicus dictarum Ciuitatum et cuiuslibet earum ipse dominus Comes Neliptius tenebit et tractabit pro suis inimicis, tam in Districtibus dictarum Ciuitatum, quam extra toto suo posse, bona, fide, sine fraude. Dicte vero tres Ciuitates debent dare inter omnes tres Ciuitates predictas dicto domino Comiti Neliptio in ipsius domini Comitis Neliptii auxilium quadringentos homines pedites contra suos inimicos bona fide sine

fraude; et inimicos dicti domini Comitis Neliptii habere per eorum inimicos, exceptis dominum Regem Hungarie, et subiectos Dominio Ducali Venetiarum; et ipsos quadringentos homines sibi dandos idem dominus Comes Neliptius possit conducere contra snos inimicos, cum damnum sibi vel genti sue dare contingerent, in Sclavonia tantum. Et hoc intelligatur, quod predicte tres Ciuitates teneantur dare dictos quadringentos homines solummodo, quando dictus dominus Comes Neliptius personaliter iret contra dictos suos inimicos, et aliter non. Et si contingeret per ipsum dominum Comitem Neliptium vel gentem suam moueri guerram, seu derobationem, vel derobationes alicui persone facere, absque voluntate, vel requisitione ipsorum trium Comitum et earum Ciuitatum, quarum sunt Comites, quod predicti Comites seu Ciuitates predicte ad predictos quadringentos homines sibi dandos minime teneantur; nec contra dominum Regem Hungarie, et subiectos domini Ducis, ad prestandum eidem domino Comiti Nelipcio auxilium supradictum nullatenus teneantur. Et predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta, ab hodierna die in antea initium absumptura sint; et debeant perdurare, donec de Ducalis Dominii precesserit beneplacito voluntatis. Pro quibus omnibus et singulis observandis et firmiter attendendis idem dominus Comes Neliptius per se et nomine gentis sue ex una parte. et Johannes Stephani, syndicus et procurator Communis et hominum de Spalato, Daniel Jacobi, syndicus et procurator Communis et hominum de Tragurio, Radoslavus Michette, syndicus et procurator Communis et hominum de Sibenico, in eorum et ipsorum, quorum sunt syndici et procuratores, animas iuraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia; tactis sacrosanctis scripturis, predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta bona fide sine fraude attendere et observare, et contra in aliquo non facere vel venire aliqua ratione vel causa. Quibus omnibus sic peractis suprascripti domini Comites et nobiles Ciuitatnm predictarum, volentes inter se taxare et dividere ipsos quadringentos homines eidem domino Comiti Neliptio dandos, primo et principaliter dominus Nicolaus de Molino Comes Spalatensis de consensu et voluntate dictorum nobilium

de Spalato centum homines de dicta summa quadringentorum hominum predictorum Communi et hominibus de Spalato obtulit se daturum; et dominus Johannes Gradonicus Comes Traguriensis cum consensu et voluntaté dictorum nobilium de Tragurio de suprascripta summa predicto Communi et hominibus de Tragurio centum quadraginta homines obtulit se daturum; et dominns Pantaleo. Justinianus Comes Sibenici de assensu et voluntate dictorum nobilium de Sibenico centum sexaginta homines de suprascripta summa predicto Communi et hominibus dicte Ciuitatis Sibenici obtulit se daturum. Et sic unusquisque dictorum Comitum nomine dictarum Ciuitatum, quarum sunt Comites, et ipsi nobiles, syndici et procuratores Ciuitatum predictarum una cum eis, ex auctoritate eis atributa et concessa a Consiliis Ciuitatem eorum, et cuiusque ipsorum, promiserunt dare causis suprascriptis unusquisque quantitatem hominum per eos superius pretaxatam et ordinatam; conuenientes et promittentes partes suprascripte per se, quod de dicta conuentione et societate quattuor conficiantur instrumenta unius eiusdem tenoris, sigillis pendentibus eorum et cuiusque ipsorum Ciuitatis et Communis et dicti domini Comitis Neliptii in suprascriptorum omnium testimonium munimine roborata. Acta fuerunt predicta et firmata in Valle Stolpone, presentibus Magistro Alexandro de Firmo Notario et Cancellario Communis Spalati, Magistro Gervasio de Taruisio Notario et Cancellario Communis Tragurii, Magistro Meneghello de Cluigia, et plurimis aliis testibus ad hec vocatis et rogatis etc.

Ego Petrus filius quondam ser Alexandri de Pistorio, Imperiali auctoritate Notarius et Communis Sibenici Cancellarius et Juratus publicus, predictis omnibus interfui, et a predictis partibus rogatus scripsi et fideliter publicavi, signoque meo consueto signavi etc.

(A Diplomatorium Sibenicenséből 56 l. a bécsi udvari könyvtárban.)

299.

A velenczei kormánynak utasitása a Dalmátiába küldött követének. 1332.

MCCCXXXII. die XXVII. Februarii. Capta. Super facto autem Scardone, de quo idem Ambasator nobis per litteras suas scripsit, non videtur sapientibus, quod occasione domini Regis Vngariae, de cuius ad partes maritimas diuulgatur aduentu, sit ad presens intromittendum factum ipsum, ne possit credi per aliquos, quod hoc fieret in sinistrum vel injuriam dicti Regis. Ne tamen videamur in totum a dicto facto discedere, scribatur dicto ambaxatori, quod caute sentiat a Comite Mladino, vel ab aliis, sicut sibi videbitur, de intentione dicti Comitis Mladini, et quid intenderet nos sibi facturos, ipso dante nobis locum predictum. Et quum idem se obtulit inimicari dicto Budislauo; si ipse ambaxator nihil posset obtinere cum Comite Neliptio, sentiat ab eo, quomodo sibi vellet inimicari, et quid propterea vellet a nobis. Et in reditu suo veniat omnibus predictis informatus ad plenum, ut possimus tunc cuncta ea providere et facere, sicut pro nostro honore fuerit opportunum.

(A »Misti del Senato« czimü velenczei államkönyvek XV. kötetéből 62. lev.)

300.

Készületek Robert Károly magyar király fogadására Siciliában. 1332.

De personis nauigantibus in galeis pro aduentu Incliti Regis Vngarie, eiusque alterius filiorum venturorum in Regnum. III. Maii I. indictionis.

(A »Reg. Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R. 53 lev. ; az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

301.

Ugyanazon tárgyban. 1332.

XXVII. Junij. Dominus Baudonus Bassiani Cambellanus cum variis cursoribus mittitur in Vngariam

. . . .

Die XXVIII. predicti mensis Junij ibidem solute sunt pro loherio animalium quinque deferentium arnesium Ambassiatorium Illustris domini Regis Vngarie nepotis Regii redeuntium ad eundem nepotem Regium de Neapoli vsque Ortonam in carolenis argenti — — — vncia vna tareni XX.

. . . .

Die XXIII. mensis Julij ibidem solute sunt Herrico de Bugedan et Gerardo eius socio, cursoribus incliti Principis Regis Vngarie nepotis Regii, quas eis dominus Rex gratiose donauit in carolenis argenti — — — vncie II tareni XV.

dicto scilicet Herrico — — — — vncia I tareni XV.

et dicto Gerardo reliqua — — — — — — — vncia I.

. . . .

(XXVII. Octobris) Sabasco cursori Curie Regie accessuro statim in Vngariam pro seruitiis Regis vltra gagia sua vncie IIII.

Et Henrico Vngaro cursori incliti domini Regis Vngarie, quas sibi gratiose dominus Rex exhiberi prouidit vncie VI.

. . . .

Die VIII. mensis Nouembris Neapoli solute sunt domino Ademario Romano de Scalea Regni Sicilie Viceamirato, et domino Marino Cosse de Iscla accessuris statim cum galeis nouiter armatis ad partes Vngarie pro felici accessu domini Regis Vngarie in Regnum pro gagiis et expensis eorum, mensis vnius in carolenis argenti — — — — — — vncie XX;

videlicet predicto Viceamirato — — — — vncie XV.

et predicto domino Marino relique — — — vncie V.

(A »Registri Angioini« 287. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 41–261. lev.; u. o.)

302.

Decsani István IV. Uros szerb királynak levele a velenczei dogehez Brivossa Miklós megkárosodott velenczei kalmár ügyében. 1332.

Litere Stephani Rascie Regis ad Franciscum Dandulo Ducem Venetiarum.

Stephanus Dei gratia Seruie Rex Inclito et Magnifico viro domino Francisco Dandulo eadem gratia Duci Venetiarum proximo suo carissimo salutem et prosperis successibus in Domino gloriari. Vestre Amicitie nuper recepimus quasdam litteras, derobationem et molestiam vestro fideli Nicolao Briuossa in nostri factas Regni Districtu, per quemdam nostrum Vasallum Suman nomine. Quibus diligenter auditis vobis duximus respondendum: Quod predictus Demetrius nobis effectus est rebellis, absentans se a nobis latitando hinc inde, prout poteritis clarius informari. Sed quam citius in manus nostras inciderit, prout ipsius exposcunt demerita prauitatis, vel si ad nos labe rebellionis deposita devotos ad nos direxerit intuitus, vestro fideli predicto plenam satisfactionem de pecunia et rebus sibi ablatis fieri faciemus; et nihilominus modos ac remedia adhiberi mandabimus juxta nostrum posse et scitum, quod ille iniquitatis minister manus Nostre Maiestatis Regie non euadat; sic quod vester fidelis predictus possit suam rehabere pecuniam, et res omnes. Novit enim Deus, quod ob affectum, quem ad Magnificentiam Vestram gerimus, damna vestrorum vt vasallorum nostrorum fidelium reputamus. Data die X. Junii.

(A «Copia de Commemoriali« czimu velenczei államkönyvekbő III. köt. 258. lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

303.

Robert siciliai királynak rendelete, hogy Druget János magyarországi nádor siciliai birtokában lévő vasallusai neki hűséget fogadjanak. 1332.

Pro Johanne Drugetti Comite Palatino

Robertus etc. Capitaneo Ciuitatis Auerse eiusque Districtus vel eius locumtenenti fideli suo gratiam etc. Pro parte Johannis Drugetti Militis Palatini Comitis Regni Vngarie et Judicis Cumanorum fidelis nostri dilecti fuit nuper Maiestati Nostre actentius supplicatum, vt cum Judex Jacobus de Casali Pascarole partium Ciuitatis Auerse suique nepotes, Vassali sint supplicantis eiusdem ratione feudi seu bonorum feudalium, que in dicto Casali a Curia nostra tenere dinoscitur, et recusent temere prestare sibi sacramentum assecurationis debite, vt tenentur, compelli eos ad prestationem sacramenti huiusmodi iubere per nostras licteras dignaremur. Cuius in hac parte supplicationi deflexi fidelitati tue de certa nostra scientia presentium tenore commictimus et mandamus expresse, quatenus si dicti Judex Jacobus et nepotes Vassalli sunt supplicantis eiusdem, ipsorumque antecessores dicto supplicanti vel antecessoribus eius dominis feudi prefati prestare consueuerunt et assecurationis preposite juramentum, eos statim ad jurandum et assecurationis debite sacramenta prestandum iuxta vsum et consuetudinem Regni nostri Sicilie supplicanti prefato, vel eius vxori, ant certo suo procuratori vel nuncio pro eodem; recepto prius tamen ab eis pro nobis et nostris heredibus fidelitatis solito juramento arta et debita districtione, qua conuenerit, compellere presentium auctoritate procures; mandans non minus et faciens de omnibus, in quibus tenentur et debentur, intendi sibi ac etiam responderi, fidelitate nostra, nostris alijs, et cuiuslibet alterius juribus semper saluis. De executione uero presentium cum forma earum fieri facias tria puplica consimilia instrumenta, quorum vno tibi retento tui ratiocinij tempore producendo,alio dicto supplicanti, vel coniugi eius. aut procuratori seu nuncio tradito, tertium Magistris Rationalibus Magne Nostre Curie Neapolj residen-

tibus destinare procures pro cautela in Archiuo ipsius Curie conseruandum. Datum in Castro Maris de Stabia per Johannem Grillum de Salerno etc. Anno Dominj M° CCCXXXII° die XXIII° Junij XV. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXIIII.

(A »Registri Angioini« 331. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 199. lev.; az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban).

304.

Humbert delfin Magyarországból váratik Nápolybau. 1332.

Spectabilis juuenis Humbertus Dalfinus nepos Regis Roberti accedit de partibus Regni Vngarie Neapolim.

(A »Reg. Angioini« 277. sz. Reg. Roberti R. köt. 256. lev.; u. o.)

305.

A velenczei kormány intézkedése egy Vegliában letartóztatott anconainak felszabaditása ügyében. 1332

Anno Domini MCCCXXXII. die secundo Nouembris. Capta: quod mittatur vnus Notarius Curie ad Comitem Federicum cum illis verbis, que videbuntur Domino, Consiliariis et Capitibus, aggrauando factum, quantum fieri poterit, et sicut requirit factum; requirendo et mandando districte, quod faciat Anchonitanum captum presentialiter consignari cum bonis suis nuntio nostro; et si non habuerit eum, rescribat nobis, et expectet nostrum mandatum, et hic fiet sicut videbitur. Et scribatur etiam ser Johanni Michael super dicto facto.

Quia scriptum videtur pluries Comiti Federico de cursu, quem tenent in suo Districtu aliqui exitii de Anchona, et vltimo aggravando multum, et ipse non curauit adimplere nostrum mandatum; et non sit honor noster, quod nuntius

noster debeat ibi expectare, si adimplere noluerit; vadit pars, quod dictus nuntius vadat et requirat hominem Anconitanum captum per illos de Tarabotis, quem expectet diebus octo; et si eum habuerit, bene quidem, aliter, elapso termino, redeat, dicendo in primis verbis sibi, quomodo habet in mandatis expectandi diebus octo, vt dictum est. De parte XXXI, non sincerus I, de non I.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvben XV. köt. 44. lev.)

306.

A velenczei kormány levele a bribiri és corbariai grófokhoz Nona város károsítása ügyében. 1332.

Anno Domini MCCCXXXII. die VII. Nouembris. Consilium nobilium virorum dominorum Johannis Valaresso, Bisini Contareno, Andree Michael Comitis Arbensis, Marci Fuscareno et Andree Cornario.

Capta: Super ambaxata None. Examinata diligenter dicta ambaxata, et statu et conditione dicte terre, videtur eis pro honore Ducali et pro conseruatione dicte terre, quod per Ducales litteras scribatur Gregorio filio olim Bani Pauli, Comiti Paulo et Mladino olim filio Comitis Georgii, sed cuilibet pro se, dicendo, qualiter querelam grauem Comitis, Communis et hominum None, dilectorum fidelium nostrorum, nuper audiuimus, quod ipsi non contenti de alia depredatione, quam inique alias in dictos de Nona commiserunt, nec vlla inde facta satisfactione vel emenda pluries requisiti, nuper de mense Octobris proxime preteriti, peiora accumulando prioribus, per gentem eorum derobari fecerunt animalia et bona Petri Michael militis ciuis None in villa Zochovarie, et secundario ante portas None similiter depredationem commiserunt, bona et animalia hominum None asportando, que potuerunt. Que derobationes tantum nobis displicent et sunt graues, quantum plus possunt et debent; nec possemus vlterius tollerare, quod ipsi nostri fideles essent taliter ab ipsis vel aliis damnificati

vel grauati. Et ideo eos requirimus et rogamus instanter, quatenus eis placeat, sicut honorem suum decet et iustum est, tam de prima derobatione, quam de istis secundis facere dictis nostris fidelibus satisfactionem condignam impertiri, ita et taliter, quod ipsi dicti damnificati valeant contentari, et animus noster merito turbatus, facta satisfactione, possit quietari; ac de cetero vellint taliter facere et ordinare, quod se et gentem suam ab inferendis damnis dictis nostris fidelibus vel grauaminibus se debeant penitus abstinere. Et vt hoc negocio videatur cordi nostro magis incumbere, mittantur dicte littere per vnum bonum preconem, addendo in predictis litteris, quod placeat eis per portitorem earum nobis suam rescribere voluntatem in premissis, cum nostre intentionis est omnino, dictos nostros fideles de Nona non deserere, quin imo, que inferrentur eis damna vel grauamina, de opportunis remediis subvenire.

Item quod scribantur littere Comiti Nelipzio, dicendo, quod amor fraternus, quem erga nostrum honorem ipse semper ostendit, nobis prestat causa sue potentie, cum expedit nostros fideles cum fiducia recommandari. Vnde cum Gregorius, olim filius Bani Pauli, per gentem suam cum gente Comitis Pauli fratris sui, et gente Mladini filii Comitis Georgii, non contentus prima derobatione, quam alias predicti in fideles nostros de Nona commiserant, nouiter de mense Octobris ciues de Nona fecit duabus vicibus derobari, et nos cupiamus, quod ipsi nostri fideles satisfactionem et emendam de ipsis damnis suscipiant, suam amiciam affectuose rogamus, quatenus sibi placeat nostris precibus et amore homines None, nostros dilectos fideles, habere fauorabiliter commendatos, ac in recuperatione et emenda suorum damnorum, et quod de cetero viuere valeant pacifice et quiete, eis assistere, in quantum honori suo congruit fauoribus opportunis, vt pro hiis nos, qui ad omnia, que honorem suum sapiant atque statum, sumus dispositi, feruentius accendamur ad quelibet sibi grata.

Item similiter scribatur mutatis mutandis Budislauo, Paulo et Gregorio, fratribus, natis olim Comitis Curiati, honoratis Comitibus Corbauie, ciuibus et fidelibus nostris bonis; addendo, quod si contigerit, fideles nostros de Nona pro fa-

ciendo eorum vindictam contra dictos, qui eos damnificarunt, ire vel mittere per terras vel contratas eorum, quod ipsis libere ire et redire permittant.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XV. köt. 43. lev.)

307.

Robert siciliai királynak azon hajók felszerelését tárgyazó rendelete, melyek Robert Károly szolgálatára küldetnek a magyarországi tengerpartra. 1332

Robertus Dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex etc. Riccario de Stella, Raynaldo de Receyo Magne nostre Curie Rationalibus, et Angelo de Melfia, Thesaurarijs, Consiliarijs et familiaribus nostris etc.

Fidelitati vestre precipimus, quatenus Gualterio Siripandi de Neapoli militi, magistro hostiario et familiari nostro vncias auri XVI et tarenos XX ponderis generalis, conuertendas per eum pro parte Curie nostre in emptionem biscocti cantariarum centum oportuni pro companagio personarum nauigare debentium nouiter in galeis Curie nostre armatis pro felici accessu Incliti Regis Vngarie de Vngaria in Regnum ad rationem de tarenis quinque pro quolibet cantario ipsius biscocti, de quacunque fiscali pecunia existenti et futura per manus vestras in Camera nostra soluere studeatis, et recipiatis ab eo exinde apodixam. Datum Neapoli anno Domini MCCCXXXII. die VIIII. Nouembris prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« 284. sz. Reg Roberti R. köt. 9. lev.; az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

308.

A velenczei köztársaság Robert Károlyt magyar királyt, ki Siciliába fog utazni, követek által tiszteli meg. 1332.

Anno Domini MCCCXXXII. in primo Decembris. Capta: Quod eligantur tres sapientes per Dominum, Consiliarios et Capita, qui examinent et consulant super facto mittendi ambaxiatam ad dominum Regem Vngarie et filium pro isto aduentu ad partes Sclauonie, et de numero ambaxatorum; et videatur etiam id, quod alias fuit ordinatum comitti aliis ambaxatoribus in simili casu; et consulant super ipsius commissione et ambaxata, sicut eis videbitur, vel sic vel aliter, sicut melius apparebit; et cum suo consilio erimus hic die Jouis proxime in mane, et fiet sicut videbitur; et quilibet possit ponere partem, et vocetur Consilium sub pena solidorum X.

Electi sapientes: ser Marinus Superancio, ser Marcus Justiniano Sancti Moysis, ser Andreas Michael Comes.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvben XV. köt. 46. lev.)

309.

A velenczei kormánynak ugyanazon tárgybani intézkedése. 1332.

Anno Domini MCCCXXXII. die tercio Decembris. Capta: Quia dominus Rex Vngarie, et filius eius, vel saltem filius, ad partes marittimas est venturus, et deinde dictus eius filius est ad partes Apulie profecturus, occasione complendi parentellam inter ipsum et dominum Regem Robertum, vt habetur per litteras nostrorum et aliter manifeste; et consideratis omnibus considerandis, ostendere leticiam de dicto facto possit nobis afferre honorem, commoditatem et bonum, consulit ser Marinus Superancio sapiens, quod mittantur Segnam tres ambaxatores, qui habeant quatuor domicellos indutos et duas saumas pro quolibet, et vnum coquum, vnum ex-

pensatorem et vnum notarium cum vno famulo, qui habeant inter se duas saumas, et vadant omnes ad expensas Communis; et habeant dicti ambaxatores de salario libras CC pro quolibet in tribus mensibus, et si starent vltra tres menses, habeant ab inde in antea libras L in mense pro quolibet.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XV. köt. 47. lev.)

310.

Robert siciliai királynak intézkedései a Robert Károly magyar király Siciliába utazására szükséges tengeri hajók beszerzése tárgyában. 1332.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie fidelibus nostris gratiam etc. Pridie per licteras nostras vobis satis expresse mandauimus, vt in partibus Apulie arrestaretis vassella deferre valentia equos ducentos, quos filius Incliti Regis Vngarie nepotis nostri carissimi de propinquo in Regnum veniens permictente Domino est ducturus, mictenda ad partes Sclauonie pro euectione dictorum equorum, prout dicte lictere nostre vobis super hoc misse hec et alia clarius manifestant. Nunc vero intellecto, quod in Ciuitate Brundusij est vsserius nobilis Ducis Athenarum affinis nostri dilecti; volumus vobisque precipimus, quod vbi vsserius ipse attus sit ad nauigandum, nec egeat reparatione, que statim fieri non possit, eundem vsserium armarj faciatis de marenarijs seu remerijs dicte Ciuitatis vel aliunde ad duas tiras, tamen cum notitia et conscientia Ademarij Romani de Scalea militis, dicti Regni nostri Sicilie Viceamirati, Consiliarij et familiaris nostri dilecti, in eisdem Apulie partibus nunc presentis; qui vsserius cum alijs vasselis per vos arrestatis seu arrestandis capacibus vsque ad summam dictorum equorum ducentorum, computatis hijs quorum predictus vsserius capax erit, ad dictas partes Sclauonie mittatur. Cuius vsserij marenarijs seu remerijs, inter quos sunt nauclerij et comiti iuxta prouisionem Viceamirati predicti, ad rationes solitas gagia et alia consueta, nec non et patronis

dictorum vassellorum soluatis, Cum galee nostre, quibus preest Viceamiratus predictus de ipsis Apulie partibus recedent ad dictas partes Sclauonie pro transitu dicti filij Regis Vngarie in Dei nomine profecture, seruata in hijs prouisione Viceamiratj predicti, quam statim receptis presentibus super hoc preuenire curetis; recepta a dictis patronis vassellorum ipsorum fideiussoria cautione, quod cum eisdem vassellis ad dictas partes Sclauonie se conferant, in eis recipiant dictos equos, et cum illis dante Deo reuertantur in Regnum. Quod si cauere non possent patroni vassellorum ipsorum, soluatis ipsis medietatem huiusmodi nauli, et reliquam medietatem cum conscientia ipsorum deponatis penes aliquos probos et legales viros, patronis ipsis in eorum reditu de ipsis Sclauonie partibus exoluendam, vt de integra solutione nauli huiusmodi sint securi. Quod si forte videatur dicto Viceamirato dictum naulum fore prefatis patronis integraliter exoluendum, in hoc prouisioni et ordinationi ipsius Viceamirati incumbere studeatis. Vbi autem predictus vsserius dicti Athenarum Ducis propter defectum aliquem aptus non esset ad nauigandum, seu longa reparatione foret opus in illo, de quo prouisioni dicti Viceamirati vos stare volumus; arrestetis tot vassella, que capacia sint predictorum ducentorum equorum, et eorum patronis soluatis naulum modo et forma superius enarratis. Si vero parua reparatione vsserius predictus egeat, illum repararj faciatis de pecunia nostre Curie supradicte cum notitia et conscientia Viceamirati predicti. Ita facientes omnimo, quod in deuectione predictorum equorum pro transitu dicti filij Regis Vngarie de propinquo ad Regnum, vt prefertur, venturj nullus defectus intersit; nam id moleste ferremus. Ordinatione seu mandato nostro vel Sanctie Regine consortis nostre carissime, per quod effectus presentium impediri posset in aliquo vel differri, etiam si de illo vel aliqua eius clausula specialis aut de verbo ad verbum esset in presentibus mentio facienda, executioni presentium nullatenus non obstante. Datum Neapolj in Camera nostra anno Domini M° CCCXXXII° die X° Decembris prime indictionis Regnorum nostrorum anno XXIIII°.

(A »Reg. Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R. köt. 59. lev., u. o.)

311.

A velenczei kormánynak utasítása követei számára. 1332.

Anno Domini MCCCXXXII die quinto Decembris. Capta: Quod Ambaxatores ituri, postquam erunt Segne, si habuerint certa noua, quod dominus Rex Vngarie sit Zagabrie, uel inde infra versus maritimam, vadant ad eum ubi erit, et cum illa reuerentia, que conueniens erit, et verbis que videbuntur, congaudeant de aduentu suo, et de parentella inita inter ipsum et dominum Regem Robertum, et offerant nos et Commune Venetiarum ad quelibet gratia sua dicentes, quod ad ostendendam deuotionem, quam gerimus Regie Maiestati, misimus ipsos Ambaxatores nostros ad eum, et quod eis imposuimus pro honore Regii Culminis, quod eius filium debeant vsque in Appuliam personaliter sotiare. Si autem dicti Ambaxatores haberent, quod Rex prefatus Zagabriam non venisset, set eius filius tantum; expectent in Segna, donec de recessu dicti eius filii de Zagabria, et de ipsius adventu versus maritimam sciverint certa nova. Quo scito, recedant de Segna, et vadant sibi obviam, quousque invenerint ipsum, et eum sotient usque ad marittimam. Et si dicti Ambaxatores sentirent, quod Rex esset Zagabrie, et propterea irent ad eum, si eius filium invenirent in via separatum a patre, et venientem versus marittimam, licet Rex remansisset Zagabrie vel inde infra, non tamen vadant propterea dicti Ambaxatores ad dictum Regem, set cnm filio ad marittimam veniant, et sibi exponant omnia sibi dicta, nec tamen recedant dicti Ambaxatores de Veneciis, nisi de adventu dicti Regis et filii, vel filii tantum, Zagabriam habita fuerit certa nova. Non XVII, uon sinceri IX, de parte LXIV.

Et quia dicitur, quod idem Rex in facto terrarum et locorum nostrorum Sclauonie sinistram informationem recepit; si accideret, quod super dicto facto idem dominus Rex aliquid diceret seu dici faceret nostris Ambasciatoribus antedictis; committatur eis, quod respondeant, quod nichil eis commisimus de predictis, tamen ostendendo, quod a se, et tanquam singulares persone hoc dicant, sustineant iura nostra et dicta-

rum terrarum et locorum nostrorum, sicut pro honore nostro et bono facti viderint convenire, de quibus iuribus nostris hic in scriptis et aliter omnis informatio sibi detur. Et si viderint, qood dominus Rex habeat bonam intentionem in dicto facto, ei, sicut dictum est, respondeant, quod nullam habent superinde commissionem a nobis, tamen hec deducant ad notitiam nostram, et quod sunt certi, quod nos liberaliter intendamus in casu quolibet ad omnia, que spectent honori Regio atque nostro. Non IX, non sinceri II, omnes alii de parte.

(A »Místi« czimü velenczei államkönyvből XV. köt. 48. l.)

312.

Frangepán Frigyes tudositja a velenczei dogét, hogy Robert Károly magyar király betegségének folytán csak később fog utazni Siciliába. 1332.

Exemplum cuiusdam litere Frederici Comitis Vegle misse domino Duci.

Inclito et potenti Domino, domino Francisco Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Croacie Duci, Dominoqu. Quarte Partis et dimidie tocius Imperii Romanie, suo domino reuerendo Fredericus Comes Vegle reuerenciam debitam et honorem. Vestre Celsitudinis literas nuper recepimus, inter cetera continentes, vt de aduentu Serenissimi Regis Hungarie ad partes marittimas vobis notificare certitudinarie deberemus. Quapropter, etsi nobilis vir dominus Zaninus Michael consanguineus noster vobis tocius huius rei qualitatem per suas litteras scribat : nichilominus Vestre Reverencie facimus fore notum, quod idem dominus Rex vna cum filio suo pervenit vsque ab Albam Regalem, et ibi infirmitate podagre occupatus, de consilio suorum Baronum, tam ocasione dicte sue infirmitatis quam etiam occasione hyemis imminentis, rediit Viscegradum. Et sic creditur, quod ante tempus novum ad marittimas non descendet. Verum autem non expedit Dominacioni Vestre aliquos nuncios sive ambaxiatores vestros ad

ipsum dominum Regem transmittendos accelerare, donec a nobis de ipsius domini Regis adventu noveritis veritatem, et nos eam Vestre Dominatione notificare penitus procurabimus quando fiet. Ceterum latorem presencium homines vestros si tardaret vltra debitum, excusatos habere dignemini nostra prece, quia pocius nostri causa tardaverit de redeundo quam suo deffeetu. Datum Vegle die XVI. Decembris, prime indictionis.

(A »Copia de Czmmemoriali« czimü velenczei államkönyv III. köt. 90 lev., a bécsi cs. titkos levéltárban.)

313.

Robert siciliai királynak kiadásai Robert Károly magyar király fogadására. 1333.

Anno MCCCXXXIII. die II. Januarij. Nicolao de Lupulo et Locco Spine drapperiis pro pretio cannarum XXIX et palmorum IV panni de lana diuersorum colorum, de quibus facta est tenda vna ad arma Regia, et Spectabilis domini Regis Vngarie nepotis Regij, liberata in Camera Regia pro felici accessu dicti nepotis Regij in Regnum — — — — — — — — vncie XI tareni X granum I.

Dominico Boyani pro cannis XLV cendati coloris viridis, de quibus infoderata est tenda ipsa — — vncie V.

Eidem Dominico pro cannis LXXXVIII et palmis VII cendati diuersorum colorum, de quibus facti sunt pignoncelli ad quarterium XXIV, alii pignoncelli LX, confaloni duo, et bandiera vna ad arma Regia et Vngarie, liberate in Camera Regia — — — — vncie XI tareni IIII grana VII.

Pucio de Sancta Cruce pro pretio certe quantitatis frangiarum positarum in predictis confalis, bandieris et pignoncellis — — — — — — tareni XXII. grana V.

Magistro Angelo armaturario, et Magistro Rogerio similiter armaturario pro factura dictorum tende, confalonorum, bandierarum et pignoncellarum, computatis seta, filo, et alijs oportunis — — — — vncie VI tareni XXIIII.

Roberto de Marino pro auro et argento bactuto posito in predicto confalono, nec non bactitura ipsius — vncie II.

Predicto Dominico Boyani pro cannis XVIII et palmis III tele linee incerate, de quibus facta fuit coperta vna, liberata pro cohoperienda dicta tenda, computata factura ipsius — — — vncia I tareni XVIII grana VIIII.

. . . .

Die XVIII. Januarii. Nicolaus de Alifia Secretarius Regis Roberti mictitur ad partes Vngarie et habet — — — — — — — — — vncias XVI.

Religioso viro fratri Vito Ordinis Fratrum Minorum, Ambassiatori Incliti domini Regis Vngarie presentialiter de Regio beneplacito redituro, quas sibi dominus Rex gratiose donauit vncias . . . .

Die XX. Januarij. Duo cursores mictuntur de mandato Regio in Vngariam, et deinde in Alamanniam stb.

(A »Registri Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R., Ratio Thesauri 61—67. l., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

314.

A velenczei kormánynak utasitása a Dalmatiába küldött követe számára. 1333.

Anno Domini MCCCXXXIII. die XXVII. Februaii C a p t a; Super facto Scardone, de quo noster Ambaxator nobis per litteras suas scripsit, non videtur sapientibus, quod occasione domini Regis Vngarie, de cuius ad partes maritimat divulgatur adventu, sit ad presens intromitendum factum ipsum, ne possit credi per aliquos, quod hoc fieret in sinistrum vel iniuriam dicti Regis. Ne tamen videamur in totum a dicto facto discedere, scribatur dicto Ambaxatori, quod caute sentiat a Comite Mladino, vel ab alliis, sicut sibi videbitur, de intentione dicti Comitis Mladini, et quid intenderet nos sibi facturos, ipso dante nobis locum predictum. Et quod idem se obtulit inimicari dicto Budislavo, si ipse Ambaxator nihil posset obtinere cum Comite Neliptio, sentiat ab eo, quo-

modo sibi vellet inimicari, et quid propterea vellet a nobis. Et in reditu suo veniat omnibus predictis informatus ad plenum, ut possimus tunc cuncta ea providere et facere, sicut pro nostro honore fuerit opportunum. Non I, non sinceri I, de parte LXXXVIII.

Capta: Consulunt etiam, quod scribatur Comitibus Corbavie, recommendando eos de libera oblatione, quam nostro Ambaxatori fecerunt, et quod bene muncimus in eis, sicut continue sperabamus; et rogentur, quod assistant Nonensibus et aliis fidelibns nostris favorabiliter, ut speramus; et quod super aliis, que scripserunt de inimicando cum personis et aliter dicto Budisluvo, respondeatur eis: Quod noster Ambaxator eis nostram intentionem in hoc oreteuus explicabit. Et scribatur dicto nostro Ambaxiatori, quod quia dicti Comites nobis scribunt, quod sunt parati inimicari cum personis propriis et aliter dicto Budislavo, et petunt, sibi prouideri per nos secundum beneplacitum nostrum de damnis et expensis, si quas propterea supportarent, que omnia dicti Comites dixerunt etiam dicto Ambaxatori, ut ipse per suas litteras nobis scripsit, si accideret, quod facta ipsi Ambaxatori comissa per modum, quem sibi scribimus, non possent recipere complementum, senciat a dictis Comitibus, quomodo vellent inimicari dicto Budislavo, et cum quanta gente, et quod propterea vellent a nobis, et de quibus damnis et expensis provisionem vellent, et de predictis omnibus et aliis facientibus ad factum ab eis taliter se informet, quod in eius reditu plene sciamus intentionem ipsorum. Omnes de parte.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XV. köt. 63 lev.)

315.

Robert siciliai királynak utasítása a magyarországi tengerpartra küldendő hajók számára. 1333,

Pro Curia.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie fidelibus nostris gratiam etc. Sicut nostris, infra presentem annum dum

crederetur aduentus Incliti Regis Vn garie, eiusque alterius filiorum, in Regnum; armari mandauimus in qualibet ciuitatum Brundusii, Tarenti, Bari, Vescarum, et Terre Baroli galeam vnam de Prothontinis, comitis, naucleriјs, proderiјs et remeriјs cuiuslibet predictarum Ciuitatum et terre, satisfacto personis ipsis omnibus de gagiјs et consuetis aliis mensis vnius ad speciales nostras licteras propterea uobis factas, dum autem opus non foret, tunc seruitio personarum ipsarum, que certis tamen diebus seruiuerat, ut infra describitur, Prothontini ipsarum Terrarum conuenerunt, tunc cum Ademário Romano de Scalea dicti Regni nostri Sicilie Viceamirato et Marino Cossa de Iscla, militibus recipientibus pro nostra Curia, presentibus vobis seu vestrum altero pro parte personarum ipsarum, quilibet scilicet pro churma terre Prothontinatus eius, quod ubi suppleatur et soluatur per nostram Curiam id, quod contingit personas ipsas pro tempore seu diebus quibus seruierunt, vt predicitur, teneantur et debeant seruire et nauigare persone ipse in galeis nostris pro nostris seruitiјs ad partes Sclauonie mense vno integro, pro quo fuit eis de ipsorum gagiјs et consuetis aliјs, vt dictum est, satisfactum. Cum itaque prefatus Rex Vngarie eiusque filiorum alter faciente Domino sunt de proximo in dictum Regnum venturi, velimusque armarj debere in eisdem Ciuitatibus et terra predictas galeas de personis requirendis per predictum Viceamiratum Regni Sicilie, qui preesse debet ipsis galeis et aliјs armandis, propterea ad partes ipsas Apulie nouiter ueniens; vobis expresse precipimus, quatenus ad requisitionem ipsius Viceamirati de quacunque pecunia nostre Curie per manus vestras sistente vel futura, soluatis Prothontinis, comitis, naucleriјs, proderiјs et remeriјs cuiuslibet Ciuitatum et Terre predicte Baroli eorum gagia et consueta alia pro subscriptis diebus, quibus eorum quilibet, vt predicitur, seruierunt ad rationes, ad quas eis per uos fuerunt dista gagia et consueta alia ad nostras predictas licteras exoluta; videlicet Prothontino et personis aliјs Ciuitatis Tarenti pro diebus viginti; Prothontino et personis Brundusiј pro diebus sedecim; Prothontino et personis Ciuitatis Barј pro diebus decem; ac Prothontino et personis Terre Baroli pro diebus octo, perso-

nis vero churme galee Vescarum iam mandatum est per nos ad alias nostras licteras satisfieri. Soluatis preterea de ipsa pecunia ad requisitionem ipsius Viceamirati Regni Sicilie comitis duobus, naucleriјs octo, et remerijs ducentis viginti duobus nauigaturis in galea nostra rubea quatriremi; necnon comitis duobus, nauclerijs octo, proderijs octo et remerijs centumquinquaginta octo nauigaturis in galea, in qua nauigauit et nauigare debet Marinus predictus, eorum gagia pro mense vno ad rationem, ad quam predictis comitis, nauclerijs, proderijs et remerijs predictarum Terrarum Apulie habetis eorum gagia exhibere, necnon pro honorantijs puppis et prore dicte galee rubee vnciam vnam et tarenos quinque, et pro expensis de medio tarenos nouem pro mense vno predicto; et tarenos viginti octo pro honorantijs puppis et prore; et tarenos septem et grana decem pro expensis de medio dicte galee, in qua nauigare debet Marinus prefatus. Quas personas nauigaturas in dictis galeis duabus habet prefatus Viceamiratus dicti Regni in eisdem Apulie partibus inuenire; patronis vero vasorum capacitatis equorum sexcentorum, seu ferre valentium equos sexcentos de Sclauonie partibus, arrestandorum per uos in eisdem Apulie partibus, ad alias nostras licteras soluatis eorum naulum competens, sicut cum eis pro nostra Curia vtilius poteritis conuenire, cum de partibus ipsis recedent; ab eis recepta fideiussione ydonea, quod cum vasis ipsis ad dictas partes Sclauonie se conferant, ibique recipient in eis dictos equos, et cum illis reuertentur in Regnum. Vbi uero cauere non possent dicti patroni, soluatis eis medietatem dicti nauli, et reliquam medietatem cum conscientia ipsorum deponatis penes aliquos fideles et legales viros, eisdem patronis in eorum redditu exhibendam, vt de solucione huiusmodi nauli sint securi. Et predicta arrestatio, conuentio et solutio, ac depositio in casu fiat cum conscientia Viceamirati predicti, qui ad ipsam prestabit auxilium, consilium et fauorem. Cantaria etiam biscocti . . . de quantitate biscocti restantis et iussa fieri, exhibeatis seu exhiberi faciatis vel distribui per dictas galeas secundum arbitrium dicti Viceamirati, tam pro panatica personarum dictarum galearum, quam vsu gentis venientis nunc cum prefato Rege et eius altero

filiorum. Cantaria etiam carnium salitarum quinquaginta iussa emi per uos pro usu dicte gentis; et cantaria triginta biscocti albi et vtilis iussi fieri pro prefatis Rege, eiusque filio, et alijs personis notabilibus venturis cum eis; necnon salmas ordei sexcentas mictendas uobis per Magistrum Massariarum nostrarum Apulie pro annona equorum dictorum Regis, filij atque gentis, assignetis, sicut alie dirigende uobis nostre lictere declarabunt. Remularijs vero duobus, qui ad partes ipsas venerunt pro galea communi inter nos et nobilem Comitem Bellicastri nouiter quidem constructa, soluatis similiter eorum gagia mensis vnius ad rationem de tarenis viginti vno per mensem pro quolibet eorundem, eisque mandetis ex parte Nostri Culminis, quod cum dictis Viceamirato et Marino in predictis galeis se conferant eorum ministerium, si et quando necesse fuerit, exercendo. Jacobo Cipullette et Petro Cosse de Yscla similiter, qui in partibus ipsis sunt accessuri in galea dicti Viceamirati pro consilio ad dictas partes Slauonie, gagia eorum mensis vnius soluatis ad rationem, ad quam habetis eis eorum gagia exhibere. Volumus etiam et mandamus, vt cum dictam galeam communem inter nostram Curiam et dictum Comitem Bellicastri armari velimus in ipsis partibus per Viceamiratum predictum ad duas tiras tantum soluatis gagia mensis vnius duobus comitis, octo naucleriĵs, octo proderijs, et remerijs centum quatuor nauigaturis in illa, ac pro honorantijs puppis et prore expensis de medio ad rationes, ad quas predictis personis nauigaturis in alijs galeis armandis in eisdem partibus habetis, eorum gagia, expensas et honorantias exhibere. Si vero alique res minute deficerent pro armatione debita dictarum omnium galearum, vel aliquarum ex eis; illas ematis seu emi faciatis ad requisitionem dicti Viceamirati, dummodo ipsarum precium vncias . . . aliqualiter non excedat. Predicta uero vasa recedere volumus de ipsis partibus iuxta arbitrium et ordinationem Viceamirati predicti. Personis vero dicte Ciuitatis Vescarum nauigituris iu dicta galea communi inter nostram Curiam et dictum Marinum, si antequam predicte alie galee recedant de partibus Apulie, seruierint mense vno, que debent seruire iuxta alias nostras licteras uobis missas, soluatis eorum gagia et consueta

mensis vnius alterius; si vero non seruierint mense vno integro, soluatis eis gagia et consueta alia pro illis diebus tantum, quibus seruierint usque ad diem recessus dictarum aliarum galearum, quibus preherit Viceamiratus prefatus. Soluatis preterea dicto Viceamirato pro fauo ferendo in galea, in qua ipse nauigabit, tarenos quindecim; quod si ambo de predicta omnia et singula vicaria forsitan non possetis, altero vestrum ad alia, et reliquo ad reliqua, prout habile fuerit, vacaturis. Si autem in predictis Apulie partibus non inuenirent tot vasa, que ferre valerent omnes predictos equos sexcentos; requiratis cum prefato Viceamirato dicti Regni Magistrum Portolanum Aprutij de arrestandis et naulizandis in eisdem Aprutij partibus vasis, que sufficiant ad euectionem ipsorum sexcentorum equorum. Quod si forte dictus Viceamiratus ante premissorum seu aliquorum ex eis executionem aliqua occasione abire contigerit, aut non posset ad premissa vacare; vos seu vestrum alter dicto modo premissa exequamini seu exequatur cum dicto Marino Cossa, qui cum dicto Viceamirato ad partes ipsas se confert ad assistendum ei in hijs, que, vt predicitur, habet exequi in partibus memoratis; ordinatione seu mandato aliquo huic forte contrario nostro vel Sanctie Regine consortis nostre carissime, et maxime de tota pecunia dictorum officiorum vestrorum ad nostram Cameram destinanda executioni presentium non obstante. Datum Neapolj in Camera nostra Anno Domini M° CCC. XXXIII° die XXVII° Aprilis prime indictionis, Regnorum nostrorum anno XXIIII.

(A »Registri Angioini« 288. sz. Reg. Roberti R. 56. lev.. az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

316.

A velenczei kormánynak uj intézkedése a Dalmatiába Robert Károly tiszteletére küldendö követek tárgyában. 1333.

Anno Domini MCCCXXXIII. Die XVI Maii. Quod armentur apud illam galeam, que debet armari pro Ambaxatoribus ituris ad Regem Hungarie, una alia galea pro nostro honore ita quod sint ambe armate ad tercarolum; et ponatur banchus quando videbitur Domino, Consiliariis et Capitibus, sed galea statim armari debeat et parari.

Capta: quod fiat in totum, ut continet pars suprascripta, sed ponatur banchus habttis novis certis de adventu dicti Regis, quod veniat.

(A »Misti« czímü velenczei államkönyvböl XVI. köt. 9. levél; a bécsi cs. titkos levéltárban.)

317.

Ezen követek utasitása. 1333.

Anno Domini MCCCXXXIII. die XXV Maii. Capta: quod nostri Ambaxatores ituri in Sclavoniam, vadant, sicut captum est, usque Segniam cum nostris galeis, et si Rex Vngarie fuerit vel venerit vsque Zagabriam, si habere et inuenire poterunt equos, cum quibus, secundum quod exigitur pro nostro honore, ire possint ad eum, vadant ad ipsum, et faciant secundum continentiam sue commissionis. Si vero equos predictos habere non poterint, remaneant a dicta via; sed filio eius,venienti ad marittimam, faciant honorem et ambaxatam secundum formam commissionis eorum, et sicut videbitur convenire honori nostro.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvböl XVI. köt. 10 l.; u. o.)

318.

A velenczei kormánynak válasza Sebenico város kéréseire, 1333.

Anno Domini MCCCXXXIII. die V. Junii, Capta: quod respondeatur ambaxiatori Communis Sibenici, et ad ambaxatam per ipsum porrectam in scriptis Dominationi.

Et primo ad capitulum continens, quod nolint facere domino Regi Vugarie, si veniet ad maritimam, nisi quantum in eorum Regalibus priuilegiis continetur. Respondeatur eis, quod affectamus eorum conseruationem et bonum, cum inter alios fideles nostros eos prosequemur benivolentia speciali, et quod sumus contenti, quod faciant tam in mittendo ambaxatam vel exema dicto Regi, quam non, et si volunt mittere, tam in mittendo simul cum aliis, quam diuisim, sicut pro honore nostro et bono statu ipsorum viderint convenire.

Ad capitulum continens, quod vellent tempore congruo et quando poterunt cum nostra gratia et licentia murare dictam Ciuitatem Sibenici a parte maris pro securitate ipsorum Respondeatur, quod non est opus eis, quod habeant aliquos muros vel munitionem nisi Dominium nostrum, et quod proptere desistant a dicta petitione, quia non oportet eos de aliqua armata maritima dubitare, ex quo sunt sub nostra fidelitate et dominio constituti.

Ad capitulum continens de grauitate eis illata per Comitem Ysanum, qui cepit illos de Sibinico, et eos fecit redimere per libras MD; et ad capitulum de Georgio Stipsig, bannito de Sibenico tempore domini Blaxii Geno, quem petebant eximi de banno pro bono ipsorum; et pro habendo quodam castro suo, posito in territorio Sibenici, quod eis dare promisit, si de dicto banno eximeretur. Respondeatur, quod occasione novitatum, que videntur insurgere in partibus illis propter aduentum Regis Hungarie, intendimus ad presens supersedere in dicto facto, verum suo loco et tempore prouidebimus in dicto facto, sicut pro bono et conservatione ipsorum, et pro nostro honore videbimus convenire,

Ad capitulum, per quod petunt, quod vnio, quam habent illi de Sibenico cum aliis terris nostris de inde, dissoluatur pro bono ipsorum. Potest esse, quod dicta unio partim est utilis et partim dannosa; verum quomodocumque se habet dictum factum, non videtur conueniens dissoluere dictam vnionem absque consciencia aliarum Ciuitatum, ad quas spectat factum ipsum. Et propterea scribatur aliis terris nostris, que sunt in dicta vnione, de requisitione, quam faciunt illi de Sibenico, de dissolutione dicte vnionis, et quod scribant nobis, si dicta unio est utilis, scribant, in quo est utilis et in quo non, et consilium suum. Et advenientibus responsionibus, poterit in dicto facto, quod fuerit melius, terminare.

Ad capitulum, per quod petunt, quod vnum lignum sibi detur de XXX vel XL remis pro necessitate ipsorum; vadit pars, quod detur sibi dictum lignum cum condicione, quod teneantur solvere infra duos annos extimationem ipsius. Non capta, sed:

Quod dictum lignum sibi detur ad beneplacitum nostrum cum ista condicione, quod si aliqua mala gens in partibus illis appareret in mari, ipsi teneantur dictum lignum armare, et ad persecutionem dicte gentis intendere, sicut fuerit opportunum.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XVI. köt. 11. lev.; u. o)

319.

Robert siciliai király Robert Károly megérkezendő magyar király és kiséretének ellátásáról gondoskodik. 1333.

Robertus etc. Magistris Portulanis et Procuratoribus Apulie etc. Pro vsu hospitij Incliti Regis Vngarie nepotis nostri carissimi, eiusqne filij, ac Baronum et personarum aliarum de propinquo cum eo Deo duce venturorum in Regnum, subscripta emenda de pecunia nostre Curie parata haberi prouidimus; videlicet vini quantitatem sufficientem emendam in terra Baroli et locis aliis adiacentibus, in quibus

citius emi poterit, et haberi, Andria et Melfia precipue; cere cantaria triginta; specierum tam pro camera quam pro quoquina rotulos XXV; risi decinas C, lignorum pro igne in quantitate congrua, amidalorum decinas CL, paleas in necessaria quantitate, et carnium salitarum centenaria L. Quare precipimus etc. predicta omnia et singula statim ematis etc. illaque custodiri faciatis in aliquibus locis mundis et tutis, exhibenda pro vsu dictorum Regis, filij, Baronum et personarum aliarum, prout oportunum fuerit etc. XIV. Junij prime indictionis.

(A »Reg. Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 70 lev.; az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

320.

Robert siciliai királynak intézkedései Robert Károly magyar király fogadásáról. 1333.

Super recipiendo frumento fieri faciendo, et liberando pane; super inueniendis lectis, hospitiis et lignis; super recipiendo et recipi faciendo carnes, et eas modo debito liberando, pro coco ordinato; super recipiendo et liberando vinum; super recipiendo, laborari faciendo et liberando ceram et fructus; super deferri faciendo lecteria, et custodiri faciendo sellas; receptione et liberatione ordei et palearum etc. etc. in aduentu Incliti Regis Vngarie, eiusque filii de propinquo felici omine venturorum in Regnum. XVII. Junii prime indictionis.

(A »Reg Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R. 70. lev.; u. o.)

321.

A velenczei kormány több hajót küld Dalmátiába. 1333.

Anno Domini MCCCXXXIII. die XVII. Julii. Quod galee nostre predicte vadant in bona fortuna ad suum viagium, et committatur Capitaneo Maris Maioris, et ser Andree Premarino Capitaneo Culfi: Quod si per noua Sclauonie, que venerint et habuerint, videretur eis ambobus, quod galee culfi deberent venire et stare in partibus Sclauonie, debeat Capitaneus Culfi in suis galeis, si eas inuenerit intra culfum, morari in partibus Sclauonie, quousque galee Apulie recesserint de partibus Sclauonie, et transiuerint in Apuliam. Et nichilominus occasione nouorum Sclauonie eligantur quinque sapientes per dictum Consilium et Capita, qui examinent et dent suum consilium in scriptis vsque ad diem lune proximum post nonam, qua hora sit vocatum istud consilium sub pena solidorum decem, et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem.

Quod committatur Capitaneo Maris Maioris, qui cum erit in partibus Sclauonie, ostendat, quod habeat causam alicuius more pro inueniendis hominibus deficientibus galeis, et si inuenerit, novitatem esse in contrata alia, quod nunc fatur, per quam ei videbatur fieri preiudicium terris nostris, scribat illud nostris ambaxatoribus, et sentiat opinionem suam, et quidquid eis vel maiori parti eorum, scilicet Ambaxatoribus et Capitaneo videbitur de facto dictarum galearum, quod stent vel vadant ad suum viagium, ita faciat et observet.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVI köt. 18. lev.)

322.

Robert siciliai király elengedi Drugét János Magyarország nádorának az őt siciliai hűbéri birtoka után illető teljesítéseket. 1333.

Pro Johanne Drugetto.

Robertus etc. Thesaurarijs eius in Regno morantibus nec non Justitiario Terre Laboris et Comitatus Molisij, ac statutis et statuendis super bonis contumacium feudatariorum ipsius prouincie ad manus Curie reuocandis presentibus et futuris fidelibus suis gratiam etc. Ad intercessionis et precum affectuosarum instantiam Principis Excellentis domini Caroli Vngarie Regis Illustris, nepotis nostri carissimi, nouiter nobis factam, viro nobili Johanni Drugetti Palatino Comiti familiari suo nostroque fideli feudale seruitium vnius militis et dimidij per ipsum Comitem pro bonis feudalibus, que in Justitiaratu predicto a nobis tenet, in Capitate nostre Curie debitum, pro toto scilicet preterito tempore usque nunc, quo in illa debita fuerit prestatione cessatum, hijs serie de certa nostra scientia et speciali gratia duximus remictendum. Volumus igitur, et vobis ac vestrum singulis de ipsa certa scientia districte precipiendo mandamus, quatenus huiusmodi nostre remissionis gratiam dicto Comiti, prout et quantum ad vestrum quemlibet pertinere noscitur, tenaciter et inuiolabiliter obseruantes, nec vos Thesaurarij pretactum seruitium pro ipso preterito tempore exigere ab eodem, nec vos Justitiarii ac statuti contra eum ad destitutionem seu reuocationem bonorum feudalium predictorum vbicumque ac quibuscunque sistentium occione seu causa non prestiti seruitij feudalis ipsius predicto preterito tempore, ut prefertur, procedere presumatis, eundem Comitem, uel officiales seu procuratores ipsius in bonis huiusmodi nullatenus alias propterea molestantes; quinimo vos presentes reuocetis et reuocari faciatis prorsus in irritum processum totum per vos seu vestrum alios habitum proinde quomodolibet contra illos, licteris seu mandatis nostris aut ordinationibus quibuscunque ad uos seu alios vestrum hucusque fortasse manantibus seu manandis in

antea in aduersum sub quacunque forma vel expressione uerborum non obstantibus quoquomodo. Vt quod per nos ad presens prenominato Comiti circa hoc eiusdem nepotis nostri consideratione conceditur, per vos absque difficultate, anstactu et contradictionis obice realiter et efficaciter obseruetur, presentibus post oportunam inspectionem earum remanentibus presentanti apud eum pro cautela seruandis, ac si et prout opus fuerit ad vos omnes, presentes scilicet et futuros, inantea vigorem et efficaciam habituris. Datum Neapolj per Johannem Grillum de Salerno etc. anno Domini M° CCC° XXXIII° die XIII° Octobris II. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXV°.

(A »Registri Angioini« 289. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 217. lev.; az olasz kir. Grande Archivióban Nápolyban.)

323.

Sebenico város képviselőt küld ki, a közte és Trau város közt a velenczei köztársaság közbenjárása mellett szabályozandó határok ügyében. 1333.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem MCCCXXXIII. indictione prima, die IX. mensis Decembris. Regnante domino Karulo Serenissimo Rege Hungarie, tempore domini Francisci Danduli incliti Ducis Venetiarum, et domini Grisogoni de Fanfonia de Jadra venerabilis Episcopi Sibenicensis, ac nobilis et sapientis viri domini Marci Cornarii honorabilis Comitis Ciuitatis Sibenici, atque dominorum Judicum Marini Bertii, Johannis Radini et Nicolai Mathei, presentibus Elia Miche de Musto de Jadra habitatore Sibenici, Petro Alexandri de Pistorio Cancellario Communis Sibenici, Cipriano Dongoy Nigoy de Sibenico et aliis, in Generali et Vniuerso Consilio Ciuitatis Sibenici, vt moris est, voce preconia proclamato, et die predicta ad sonum campanarum in palatio Communitatis dicte Ciuitatis solemniter congregato; in quo Consilio computatis omnibus fuerunt Consiliarii LXXIV

congregati specialiter, pro infrascripta constitutione sindici et procuratoris dicti Communis faciendi ad infrascripta specialiter deputandi. Egregius ac potens vir Marcus Cornarius Comes Sibenici superius nominatus, Judices et Consiliarii Ciuitatis Sibenici, nec non vniuersum predictum Consilium Generale, vt premittitur, inuicem congregati, capta et firmata parte inter ipsos de sindico constituendo et ad infrascripta specialiter elligendo, et celebrata ellectione modo et ordine constituto, requisitis omnibus et singulis de dicto Consilio Generali, et singulariter vniuersi personaliter et oretenus per me Notarium infrascriptum, eorum nemine discrepante, et omnes vnanimes et concordes pro se, nomine et vice Communis et Vniuersitatis ac singularium personarum Ciuitatis Sibenici, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum Gregorium Dragoy Cosme ciuem Sibenici, presentem et mandatum suscipientem, suum et dicti Communis et Vniuersitatis ac singularium personarum Ciuitatis predicte sindicum, procuratorem ac nuntium specialem ad essendum et specialiter comparendum pro parte, vice ac nomine dicti Communis coram Egregio et prudenti viro domino Bertuccio Bocassio, honorando Ambaxatore Ducalis Dominii, misso et specialiter deputato ad determinandum, designandum et informandum confines et terminos inter territorium Communis Sibenici, et territorium Communis Tragurii, super quibus hucusque questio et dissensio noscitur orta fore; dantes et concedentes predicti domini Comes, Judices et Vniuersum Consilium supradictum prefato eorum sindico, nuntio et procuratori in predictis et contra predicta plenam virtutem et omnimodam potentiam pro eis et eorum nomine ac vice, et nomine prefati Communis et singularium personarum eiusdem agendi, defendendi, petendi et videndi, placitandi et advocandi, advocatores tollendi, litem contestandi, libellum dandi et recipiendi, exceptiones opponendi, et appositis respondendi, instrumenta, scripturas, priuilegia, rationes et iura quelibet proponendi, et introducendi testes et quaslibet probationes, et introductas reprobandi, protestandi, et protestatas prosequendi, procuratorem vnum vel plures, sicut et quantum opus fuerit, substituendi, et substitutos revocandi, iudices et arbitros eligendi, compromittendi

ac compromissum faciendi cum pena et obligationibus et qualibet cautione, in causa concludendi, sententiam petendi et audiendi, et executioni mandari faciendi, nec non in facto et circa factum ipsorum confinium designandorum et determinandorum, componendi et imponi faciendi, statuendi et designandi et designari faciendi confines ipsos inter Traguriensium territorium et Sibenicensium, et superinde contractus quoslibet faciendi, et pacta ad finem mandandi, cum fine quietationandi, remissione, securitate et pacto de amplius non petendo et non molestando cum securitate et obligatione partium et appositione pene et qualibet cautione, et generaliter faciendi et exercendi tam per se quam per substitutum procuratorem pro ipsis dominis Comite, Judicibus, Consilio et Communi dicte Ciuitatis Sibenici et eorum nomine omnia et singula, que in facto predictorum confinium terminandorum, et in omnibus ab inde dependentibus fieri neccessaria visa forent, et que materia causarum per singula capitula postularet, etiam si mandatum exigerent speciale, prout et sicut ipsi constituentes presentialiter facere possent, et sicut quilibet verus procurator et sindicus alicuius facere et exercere potest; promittentes dicti domini Comes, Judices et Consilium supradictum, firmum et ratum et gratum habere et tenere perpetuo, quicquid per ipsum sindicum et procuratorem, et per substitutum vel substitutos ab eo in predicto et circa predicta pro eis et eorum nomine factum fuerit, ordinatum, statutum et finitum, et nulla causa vel ingenio premissis vel alicui premissorum contradicere, facere vel venire, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub obligatione bonorum omnium dicti Communis et singularium personarum eiusdem Communis.

Ego Tolinus quondam Bratistriani examinator, manum misi. Ego Antonius de Confortis de Padua, Imperiali auctoritate Notarius et Communis Sibenici Juratus Cancellarius, interfui, et rogatus, vt audiui, hoc scripsi.

(A »Diplomatarium Sibenicense«ből 59. lev., a cs. udv. könyvtárban.)

324.

Ünnepélyes eljegyzés Endre, Robert Károly magyar királynak fia, és Johanna, Robert siciliai királynak unokája közt. 1333.

Robertus etc. Senescallo eorumdem Comitatuum Prouincie et Forcalquerij, Consiliario, familiari et fideli nostro etc. Scire te volumus, quod inter Spectabilem Johannam Ducissam Calabrie, primogenitam benedicte memorie Caroli Ducis Calabrie nostri primogeniti et Vicarij Generalis, neptem nostram carissimam, et Spectabilem juuenem Andream natum incliti Principis domini Caroli Illustris Regis Vngarie, cum solemnitatibus debitis sponsalia de nouo fore contracta. Propter que tam pro aduentu ad partes istas dictorum domini Regis Vngarie, et filij, atque plurium Prelatorum et Magnatum in eorum accedencium comitiua, quam pro alijs ad premissa apparatibus oportunis magna expensarum onera noscimur subijse. Actendentes itaque, quod ipsi Johanne nepti nostre per Barones et feudatarios, ac Terrarum Vniuersitates, seu syndicus et procuratores ipsorum pro eis, tanquam succedenti nobis in Regno Sicilie, ac Comitatibus supradictis et ereditarijs bonis alijs, vbi ex nobis filius masculus non supersit, debitum fidelitatis certo modo est prestitum juramentum; ac prouise pensantes, quod per ipsos fideles nostros eorundem Comitatuum Prouincie et Forcalquerij subuentio focagij nobis de jure, dictorum sponsaliorum occassione seu causa debetur, subuentionem eandem in quantitate solita per te in singulis Teris, Ciuitatibus et locis dictorum Comitatuum imponi decreuimus et indici. Et licet eosdem fideles nostros in solita fidelitate et devotione manentes ad exhibendam subuentionem eandem, que per illos nobis de jure debetur, promtos et beniuolos firmiter supponamus occurrere: vt tamen tibi et eis insit circa ista maioris sollicitudinis stimulus, speciales ad te nostros propterea nuncios prouidimus destinandos. Volumus itaque, et fidelitati tue presentium tenore districte mandamus: quatenus statim receptis presentibus, huiusmodi subuentionem focagij in quantitate solita in predictis Ciuitatibus,

Terris et locis dictorum Comitatuum imponere, eamque ab illis, qui in premisso casu maritagij tenentur, cum celeritate exigere ac exigi facere studeas pro Curie nostre parte, in nostris deinde necessitatibus, sicut expedit, conuertendam, Datum Neapoli per Johannem Grillum de Salerno etc. anno Domini M° CCC° XXXIII° die XVIII. Octobris II. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXV.

(A »Registri Angioini« B. 292. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 403. l.)

325.

Robert Károly magyar király Siciliából viszatér Magyarországba. 1334.

Robertus etc. Marino Cosse de Yscla militi Justitiario Terre Barj, Cambellano, Consiliario familiari et fideli nostro. Sicut tu ipse nosti, processit de mandato et ordinatione Curie nostre pridem, quod galee nostre olim intra annum proximo preterite prime indictionis armate tam in Ciuitate Neapolis, quam in certis terris et locis partium Apulie, ac transmisse ad partes Sclauonie pro transfretatione Illustris Regis Vngarie, nepotis nostri carissimi, sueque gentis de partibus Sclauonie in Regnum, que dictum Regem dictius iuibi expectarunt, post ipsarum reditum abinde ad dictas partes Apulie deberent in terra Manfridonie desarmari; vbi quia dubium erat vtrum omnes possent anno ipso in portu dicte terre Manfridonie yemare, ordinatum fuit per eandem Curiam subsequen ter, quod alique ex galeis eisdem, agiliores utique, per Ademarium Romanum et te in dictis Apulie partibus rearmate redierunt ad dictam Ciuitatem Neapolis, vna tecum vbi fuerunt postmodum desarmate. Nouiter autem ad audientiam nostram veridica relatione peruenit, quod cum infrascripti remerij et persone alie in arte maris experte, que eodem anno intra mensem Augusti ad accedendum in galeis ipsis Neapolim, ut predicitur, solidate, quam subscripti remerij et persone alie experte in arte maris de infrascriptis terris et

locis decrete tibi Prouincie, que similiter in galeis armatis nunc vltimo de mense Januarij presentis anni secunde indictionis in dictis Apulie partibus pro reditu dicti Regis abinde ad dictas partes Sclauonie solidate per eandem Curiam extiterunt; receptis propterea a dicta Curia nostra stipendijs, nondum illis emeritis de galeis aufugientes eisdem cum illis accedere temere contempserunt non minus in prorogationis nauigationis dictarum galearum, quam dicte nostre Curie per inpendium et contemptum. Nos itaque aduertendes, quod propter huiusmodi temerarias fugas dictorum remeriorum, et personarum, que fuerunt retroactis temporibus ad accedendum in armatis nostris martimis solidate, persepe dicta Curia dispendia magna tulit; licet quandoque non iuxta ipsarum demerita personas ipsas mandauerimus, proinde debita pena plecti prouidimus, ne dicti fugitiui talia impune commisisse letentur, aliqualem proinde, licet nos debitam, prout subsequitur penam luant. Quare volumus et fidelitati tue presentium tenore committimus et mandamus, ut iam dictos fugitiuos de premissis pecunialiter, prout vniuscuiusque ipsorum conditio exiget, et discretioni tue videbitur, sic punias et castiges, quod eis cedat ad penam et alijs in exemplum; adeo quod punitio et castigatio ipsa tuam humanitatem potius sapiant quam rigorem. Nomina nero et cognomina illorum, qui aufugerunt de galeis, reuersione ipsarum de partibus Apulie Neapolim ac terrarum, de quibus sunt oriundi, hec esse dicuntur stb. Nomiua insuper et cognomina aliorum, qui aufugerunt de galeis in reuersione dicti Regis Vngarie de dicto mense Januarij, et terrarum de quibus traxevunt originem sunt hec, uidelicet stb. Datum Neapolj in Camera nostra anno Domini M° CCC° XXXIIII° die XXVI. Februarij II. indictionis Regnorum nostrorum anno XXV.

(A »Registri Angioini« B. 292. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 190. lev.; u. o.)

326.

Bruyosso Miklós velenczei kereskedőnek panaszai a szerb király allattvalói ellen. 1334.

MCCCXXXIV. die decima Maii. Capta: si videtur nobis, quod damnum illatum nobili viro Nicolao Bruyosso per Dimitrium Sumam, subditum domini Regis Raxie, ut hic est lectum ponatur cum aliis damnis nostrorum fidelium, qui habent facere cum Catarinis. Quorum occasione facta est strictura contra illos de Cataro, et quod dicta strictura non elargetur, nisi dicti Catarini fuerint in concordia cum dicto Nicolao de damno suo predicto.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVI. köt. 61. lev.)

327.

Robert Károly magyar és János cseh királyok választott birák a lengyel király és a német rend közt. 1334.

Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri; quod Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, et terrarum Craconie, Sandomirie, Syradie, Cuyauie, Lancicie, Pomoranieque Dominus vna cum fidelibus Barronibus nostris, videlicet Spicimiro Cracouiensi Castellano, Mstuyo Sandomeriensi Palatino, Nicolao de Bogoria Palatino Cracouiensi, Nicolao Palatino, Jaroslao Castellano Posnaniensibus, Sandone Castellano Sandomiriensi, Czrzywosando Subcamerario Cracouiensi, consilio, voluntate et assensu eorundem accedente, propter bonum pacis, reipubliceque vtilitatem, super Terris, Castris, Ciuitatibus, Districtibus, alijsque iniuriis et dampnis ac super omnibus iurgiis, dissensionibus et controuersijs inter nos et nostras Terras, ac Inclitum Principem fratrem Luderum Dei gracia Ordinis Hospitalis Sancte Marie Domus Theutonicorum de Jerusalem Magistrum Generalem, Ducem Brunswincensem Illustrem, ac eius totum Conuentum actenus

exortis, in Serenissimos Principes dominum Karolum nostrum generum carissimum Regem Hungarie pro parte nostra electum, et dominum Johannem Regem Bohemie pro parte fratris Luderi et suorum fratrum predictis electum exnunc prout extunc compromittimus omni dolo et fraude postergatis: promittentes gratum et ratum tenere, ac inuiolabiliter obseruare, quidquid per iam dictos dominos Reges insimul et concorditer fuerit mandatum, factum, ordinatum, senternciatum et pronunciatum super Terris, Castris, Ciuitatibus, Districtibus et alijs quibuscunque et premissis, prout in audiencia predictorum dominorum Hungarie et Bohemie Regum per nos et fratrem Luderum memoratum et eius Conuentum fuerit plenius declaratum. Renunciantes omni accioni, excepcioni iuris et facti, appellacioni, contradictioni, et alijs singulis et vniuersis clausulis, que possent adinueniri per subtilitatem ad inpeditionem circa premissa et aliqua premissorum. Addicientes, quod si predicti domini Reges vel alter eorum voluntate vel inpotencia predicto abitrio seu compromisso personaliter interesse non posset; extunc Principale ipsorum Consilium loco et nomine eorum ad expeditiouem et determinacionem negociorum predictorum petimus destinari. Quod quidem Consilium quidquid super negocijs coram ijs propositis decreuerint, non partibus sed prefatis dominis Regibus referre teneantur; et quidquid memorati Reges super traetatu dictorum suorum Consiliariorum insimul et concorditer pronunciauerint, dictauerint et diffiniuerint modo, vt supra; ratum et gratum obseruare inuiolabiliter spopondimus. Preterea si ex permissione Diuina, quod absit, in vtroque vel altero predictorum dominorum Regum infra tempus treugarum per alias litteras nostras conceptarum, aliquid humanitus contigerit; pars, cuius arbiter decesserit, alium loco sublati, quem maluerit, eligere et substituere infra tempus treugarum ad explenda dicta negocia teneatur. De die vero et loco dictis Regibus conueniendi ad cognicionem et determinacionem premissorum, eorundem dominorum Regum Hungarie et Bohemie arbitrio duximus committendum. Porro promittimus personaliter vel per nostrum Consilium in loco et die, vbi dicti domini Reges conuenerint, absque omni specie fraudis

et doli materia nos ad proponenda nostra negocia presentare. In cuius rei euidenciam pleniorem presentes appensione nostri ac nostrorum Barronum premissorum sigillorum dedimus communitus. Acta et data sunt hec in Craconia anno Domini M° CCC° XXX° quarto in festo Penthecosten.

(Eredeti bőrhártyán, melyről még néhány pecsétnek töredéke függ; a német rendnek titkos levéltárában, Königsbergben.)

328.

Robert siciliai királynak engedélye, hogy István bánnak hajók adassanak. 1334.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie etc. Ad precum instantiam pro parte Spectabilis viri Stephani Bani consanguinei nostri carissimi nouiter Culmini Nostro facte volumus et fidelitati vestre mandamus, quatenns nuncium seu procuratorem dicti Stephani extrahere seu extrahi facere de quibuscunque portubus Jurisdictionis vestre licitis equos (? naues) ad arma quinque vehendas per mare ad partes Sclauonie, vbi Stephanus ipse personaliter residet, sine iure exiture libere permictatis etc. XI. Octobris II. indictionis.

(A »Reg. Angioini« C. 293. sz. Reg. Roberti Regis köt. 175. l.)

329.

Dalmátiai tengerészek velenczei hajókon. 1334.

MCCCXXXIV. die XX. Octobris. Capta: Cum nostre galee mercatorum armate acceperunt plures homines in partibus Sclauonie, qui forte volent remanere ibidem; vadit pars, quod dicti homines sic accepti in Sclauouia, possint remanere in Sclauonia, si voluerint, et pro eis sic remanentibus nihil sibi dici possit per officiales levantis, facta tamen

fide Capitanei Galearum, quod illi, qui remanseriut, sint de soldatis ibidem. Et si consilium etc.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvben XVI. köt. 84. lev.)

330.

A velenczei kormány megvizsgáltatja kereskedőinek a segniaiak elleni panaszait. 1334.

Die XX. Octubris. C a p t a: quod per dominum Ducem, Consiliarios et Capita eligantur tres sapientes, qui videant et examinent litteras Consulum Segne et mercatorum, et super eis informent se cum mercatoribus et aliis, potentibus scire de condicionibus ipsarum partium, et dent nobis suum consilium in scriptis usque ad octo dies, cum quo erimus hic, et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem. Sapientes: ser Petrus Miani, ser Marinus Delfino, ser Petrus Civrano.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVI. kőt. 84. lev)

331.

Az e végett kiküldött bizottságnak jelentése a velenczei kormányhoz. 1334.

Die XXVII. Octubris. Infrascriptum est consilium nobilium viuorum dominorum Petri Civrani, Petri Miani et Marini Delfino sapientum electorum super facto Segnie pro facto grauitatum. Cum sapientes predicti diligenter viderint et examinauerit tam litteras Ducales missas Comitibus Duymo et Bartholomeo, Comitibus Vegle, et Comiti ipsius terre, super nouitatibus factis nostro Consuli et mercatoribus nostris conuersantibus in Segnia, quam et litteras vltimo missas Dominio per ipsum Consulem et mercatores super ipsis nouitatibus non cassatis, habuerintque consilium et colloquium cum plu-

ribus et pluribus ibi conuersantibus super predictis, et per ipsos inuenerint, quod dicte nouitates, que fiunt ad presens dictis nostris in Segnia per dictos Comites et Commune Segnie, sunt contra antiquas consuetudines, eo quod, ut habuerint dicti sapientes et per tabulam nostram ternarie, ipsi de Segnia huc venientes cum suis rebus et mercacionibus et sine sunt liberi et exempti ab omnibus daciis et grauaminibus, et sic nostri etiam semper fuerint ibi per dictas antiquas consuetudines, et esse debent ab omnibus grauaminibus absoluti; consulunt predicti sapientes, et sic vadit pars: Quod ad presens, licet alias vt predictum super predictis foret scriptum ipsis, iterato eis scribatur, sicut Dominationi videbitur, dicendo, quod sicut sciunt, semper dileximus progenitores predecessores suos affectione sincera tamquam caros nostros cives et fideles, et per nos semper ipsi et subiecti sui omnes fuerunt fauorabiliter pertractati in Venetiis et alibi, et sic vere possimus dicere, quod per ipsos suos predecessores nostri cives et fideles, habitantes et conversantes in partibus eis subiectis cum mercatione et sine, et habentes ibi suas possessiones, continue et libere ac favorabiliter fuerunt pertractati. Et sic, vt vere ipsi Comites noscere possent, nos considerantes fidelitatem suorum predictorum progenitorum, quorum vestigia ipsos putamus sequi, ipsos Comites et Commune Segnie tamquam caros nostros fideles etiam diligimus, et diligere intendimus toto corde, et sperauimus semper et speramus habere ab eisdem, quod a suis predictis habuimus temporibus retroactis, quum sumus certi, eos esse promtos circa ea, que spectant ad nostrum honorem, et bonum et conseruationem nostrorum Et sic sperantes nos, ut predicitur, pridie non modicum admirati fuimus, eo quod per litteras nostri Consulis et mercatorum nostrorum, conuersantium in Segnia, habuimus, quod per ipsos Comites et Commune Segnie nuper fieri volebant aliquas nouitates et impesitiones collectarum, tam super facto certarum buticellarum vini, quod pro suo vsu conduci faciebant ipsi nostri fideles illuc de aliis partibus, quam super aliis rebus suis, super quibus nostras litteras eis misimus, ut sciunt requirentes ipsos, ut a predictis novitatibus et aliis inferendis nostris predictis fidelibus se removere deberent; et putaba-

mus vere sic esse factum per ipsos, et amplius propterea non recipere querelam a nostris fidelibus supradictis. Sed iterato nuper (per) alias litteras dictorum Consulis et mercatorum percepimus acerbiorem querelam, continentes videlicet, quod non remotis nouitatibus antedictis, a quibus nostri se defendebant, vt iuste possunt, ipsi Comites et Commune Segnie pro collectis dictarum buticellarum vini, et pro aliis collectis nuper positis super possessiones nostrorum, ceperunt Consulem et mercatores nostros predictos, et ipsos quasi derobantes, acceperunt eis pignora pro predictis, minantes ipsis, quod deterius est, facere ipsos laborare ad lignorum extractionem tamquam servos; quibus auditis, mens nostra valde turbata fuit et est maxime, quia sperabamus, ab eis fideles nostros deffendi, si ab extraneis gravarentur. Quare requirantur dicti Comites et Commune Segnie, quatenus taliter vellint ordinare, quod predicta gravamina et novitates facte nostris totaliter amoveantur, et deinceps non fiant; et quod pignora nostrorum sic enormiter eis accepta, ipsis restituantur, habentes eos ac tractantes sic fauorabiliter et benigne, quod ipsi nostri amplius non conquerantur, et quod non cogamur de alio remedio providere; hoc facientes, sicut de sua fidelitate confidimus et speramus. Et super predictis nobis mittant per latorem presentium suam responsionem.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XVI. köt. 86. lev.;)

332.

Robert siciliai király udvartartásának számadásaiból. 1332.

. . . .

Eidem Marino — — — — — pro esmaltis duobus positis in vno ense Illustris domini Regis Vngarie nepotis Regij — — — — — — — — tareni V.

. . . .

Magistro Thomasio barberio et familiari domini Andree Ducis Calabrie nepotis Regij pro pretio vnius pec-

tinis de ebore empti et liberati ad opus dicti domini Ducis — — — — — — — — — tareni XII.

. . . .

Johanni Vngaro cursori venienti ad dominum Regem cum licteris fratris Viti de Vngaria, quas sibi dominus Rex gratiose exhiberi prouidit — — — — tareni XVIII.

. . . .

Eidem Banchino mercatori pro pretio petiarum trium panni de seta camutati, donatarum per dominum Regem venerabili viro fratri Vito Episcopo de Vngaria — — — — — — — — — — — vncie II tareni VIIII.

Eidem Banchino pro pretio vnius frisi largi laborati seta et auro filato ad ymagines Sanctorum donati per eundem dominum Regem dicto frati Vito— — vncia I tareni VI.

Eidem Banchino pro pretio libre vnius et vnciarum sex cendati viridis donate per prefatum dominum Regem dicto fratri Vito — — — — — — tareni VII

Eidem Banchino pro pretio cannarum trium et palmorum trium tele de lino coloris viridis donatarum per dictum dominum Regem dicto fratri Vito tareni IV granum I.

(A »Reg. Angioini« X. 283.sz. Reg. Roberti R. Ratio Thesauri kötetéből 204—209. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

333.

Endre calabriai herczeg, Robert Károly magyar király fiának udvartartása. 1334.

De gagiis domini Johannis, Petri de Cadinetto Cambellani, Bartholomei Caraczuli dicti Carafa, domini Berengarij de Bulbona, Bandoni Bassiani, Johannis de Loffrido, Cambellanorum et familiarium Regis Roberti, deputatorum in comitiua Excellentis Domini domini Andree Ducis Calabrie, nati Incliti domini Regis Vngarie, nepotis Regis Roberti.

Habent vncias IV per mensem, donec in comitiua ipsius Ducis moram trahent. MCCCXXXIV. die XI. Novembris.

(A »Registri Angioini« Q. 296. sz. Reg. Roberti R. 89. l.; u. o.)

334.

Endre calabriai herczegnek udvartartása. 1334—1335.

Pro familiaribus hospitii domini Ducis Calabrie.

Auctoritate vnius mandati Regis predictis Thesaurarijs directi sub data Neapoli die XVI. mensis Decembris II. proxime preterite notati in predicta precedenti ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi, et Magistri Angeli facta per totum XXII. diem mensis Nouembris huius III. indictionis de soluendis Rostayno de Cadineto capellano et helemosinario, Magistro Laurentio de Landolfc de Auersa fisico scutiferis integris decem et octo, vni coco, vni salserio, vn hostiario sale, dimidijs vallictis tribus Camere, somularijs Camere tribus, vni guardamangerio, Vallictis Coquine tribus, fru vallicto panectarie, vni vallicto bucticularie, vni vallicto vnictuarie, vni vallicto salsarie, vni vallicto forrarie, et vni vallicto tallandarie, ordinatis per Maiestatem Regiam in hospitio Excellentis Domini, domini Andree Ducis Calabrie nati Incliti Domini Regis Vngarie nepotis Regii, gagiis eorum eis in Regia Camera per dictam Maiestatem Regiam stabilitis, a die primo mensis Nouembris proximo preteriti dicte secunde indictionis inantea de mense in mensem, donec in dicto hospitio de beneplacito Regio moram trahent, de quo fides dictorum Thesaurariorum dominus Rex inheret, ad rationem scilicet de vncia vna tarenis VII et granis X pro dicto capellano, vncia vna et tarenis XV pro domino Fisico, tarenis vigintiuno pro quolibet scutiferorum integrorum, decem et octo pro predicto coco, tarenis XV pro quolibet dictorum saucerij et hostiarij sale, tarenis VII et granis X pro quolibet predictorum trium dimidiorum vallictorum Camere, guardamangerij et villicti tallandarie, et tarenis tribus pro quolibet somulariorum, trium vallictorum coquine, trium et aliorum vallictorum q uinque dictorum officiorum ponderis generalis por mensem. De nominibus et cognominibus predictorum scutiferorum et personarum aliarum dicti hospitij in

numero predistincto, necnon solutione huiusmodi gagiorum per eosdem Thesaurarios, sicut predicitur, facienda, tam predictis capellano et fisico, quam predictis personis alijs dictu s dominus rex vult rationibus dictorum Thesaurariorum fidem indubiam adhibere, prout in mandato ipso clarius continetur.

Pro Capellano et Custodo Sellarum dicti domini Ducis.

Auctoritate etiam vnius alterius mandati Regij, eisdem Thesaurarijs directi, sub data Neapoli die XXII. Martij II. prox. preterite indictionis (1334) notati in predicta pre-, cedenti ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi et Magistri Angeli, facta per totum XXII. diem mensis Nouembris huius III. indictionis (1335) de soluendis Roberto de Braccolio Capellano Capelle, et Thomasio Gaytano Custodi sellarum, frenorum et paramentorum et aliarum rerum Ma rescalle predicti domini Ducis Calabrie, gagiis eorum statutis eis per Majestatem Regiam in Camera Regia, predicto videlicet Capellano a die primo, et predicto Thomasio a die quintodecimo dicti mensis Martij II. indictionis inantea de mense in mensem ad rationem de tarenis viginti vno pro dicto Capellano, et tarenis quindecim pro predicto Thomasio ponderis generalis per mensem, donec de beneplacito Regio in huiusmodi officijs erunt, de quo fidei dictorum Thesaurariorum dominus Rex inheret, de quorum gagiorum solutione rationibus dictorum Thesaurariorum absque apodixa ipsorum, idem Dominus Rex vult fidem indubiam adhiberi, prout in mandato ipso clarius continetur.

Pro Guillelmo dimidio vallecto Camere dicti domini Ducis.

Auctoritate etiam vnius alterius mandati Regij eisdem Thesaurarijs directi, sub data Neapolj die XXIII. Julij II. proximo preterite, cuius tenore seriose notatur in predicta precendenti ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi. et Magistri Angeli, facta per totum XXII. diem mensis Nouembris huius III. indictionis de soluendis Guillemo octo dimidio vallicto Camera dicti domini Ducis gagijs suis a die primo mensis Junij dicte II. indictionis inantea de mense in mensem ad rationem de tarenis duodecim ponderis generalis

per mensem, donec in dictis seruitijs de beneplacito Regio fuerit, de quo subdictorum Thesaurariom fidei dominus Rex inheret etc. vt supra,

---

Satisfactio predictis Capellanis, Fisico, scutiferis, et personis alijs hospitij dicti domini Ducis Calabrie de gagijs eorum usque ad tempora subdistincta; sicut in ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi, et Magistri Angeli dicti precedentis temporis continetur.

Die XXII. predicti mensis Decembr. III. indictionis Neapolj solute sunt subscriptis personis ordinatis per Maiestatem Regiam in hospitio predicti domini Ducis Calabrie, pro gagiis eorum mensis Nouembris proximo preteriti huius III. indictionis ad rationem subscriptam in carolenis argenti vncie quindecim et tareni decem et octo — vncie XV. tareni XVIII.

videlicet:

Domino Rostayno de Cardinito Capellano et helemonario — — — — vncia I tareni VII et grana X.

Magistro Laurentio Auersa Fisico — vncia I tar. XV.

Pesbitero Roberto de Britolio Capellano — tar. XXI.

Andree Caraczulo,	Johannuccio de Vestigio,
Nicolao Manzelle,	Antonio Henrici,
Petro Minutulo,	Roberto de Siquillacio,
Petro Garsellini,	Raymundo de Castro Nouo,
Nicolao de Salerno,	Fusco de Neapoli apothecario
Monecto de Palucio,	Magistro Maffeo coco,

scutiferis numero duodecim ad rationem de tarenis vigintiuno pro quolibet eorum per mensem vncie VIII et tar. XII.

Robino Salserio, Dominico de Sancta Cruce hostiario sale Tomasio Gaytano custodi sellarum,	ad rationem de tarenis quindecim pro quolibet eorum per mensem vncia I tar. XV.

Guillelmocto dimidio vallicto Camere — — tareni XII.

Guillelmocto dimidio vallicto Camere, Johanni de mensa Guardamangerio Johanni dicto Formagio vallicto tallandarie	ad rationem de tarenis septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem tareni XXII gr. X.

Guillelmo de Monteforti, Gerando de Pregiaco, Guillelmono,	somolarijs Camere.	ad rationem de tarenis tribus pro quolibet eorum per mensem reliqui vncia I tar. III.
Marco de Neapoli astatori,		
Riccardo Johannucio	vallictis coquine,	
Rostayno Oliuarij de Oliolis vallicto panectarie,		
Colino vallicto bucticularie,		
Berteraymo vallicto fructuarie,		
Peruno vallicto forrarie,		
Ferminecto vallicto salsarie		

Die VII. predicti mensis Februarij III. indictionis Neapolj solute sunt eisdem familiaribus hospitij dicti Ducis Calabrie, ac Bertrando Grigonis scutifero, pro gagiis eorum mensium Decembris et Januarij proxime presteritorum huius III. indictionis ad rationem predictam in carolenis argenti vncie trigintadue tareni decem et grana decem et octo

— — — — vncie XXXII tareni X grana XVIII.

Die XII. predicti mensis Aprilis III. indictionis et ibidem solute sunt eisdem omnibus familiaribus hospitij dicti domini Ducis Calabrie, pro gagiis eorum mensium Februarij et Martij proxime preteritorum huius III. indictionis ad rationes predictas vncie trigintadue et tareni decem et octo

vncie XXXII tar. XVIII.

Die XII. predicti mensis Julij III. indictionis ibidem solute sunt eisdem etc. vt supra, ac Nicolao de Squillacio scutifero pro gagijs eorum preteriti mensis Aprilis III. indictionis ad predictam rationem etc. — — — — uncie XVII.

Die IIII. predicti mensis Augusti III. indictionis in Casasana prope Castrum Maris de Stabia solute sunt eisdem familiaribus dicti domini Ducis Calabrie excepto predicto Roberti de Squillacio pro gagijs eorum mensis Maij prox pretariti huius III. indictionis ad rationes predictas in carolenis argenti vncie sedecim et tareni nouem

vncie XVI. tar. VIIII.

Dicto die IIII. Augusti in Casasana prope Castrum Maris de Stabia solute sunt predicto Guillelmocto dimidio vallicto

Camere dicti Ducis pro gagijs suis mensium Junij et Julij III. indictionis etc. — — — — — — tareni XXIIII.

Auctoritate vnius mandati Regij eisdem Thesaurarijs directi, sub Neapolj die octavo Septembris III. indictionis, cuius tenor seriose notatur in predicta precedenti ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi et Magistri Angeli facta, per totum XXII. diem mensis Nouembris eiusdem III. indictionis de soluendis Nicolao filio Jule, Stephano Sueth, et Nicolao filio nutricis, Vngaris scutiferis Camere predicti domini Ducis Calabrie pro gagijs eorum a die primo mensis Octobris dicte III. indictionis inantea de mense in mensem in principio mensis cuiuslibet, ad rationem de tarenis viginti octo et granis decem pro quolibet eorum per mensem, donec scilicet in dictis seruitijs eiusdem domini Ducis moram trahent, de quo fidei dictorum Thesaurariorum dominus Rex inheret etc. ut supra.

Satisfactio eisdem Vngaris tribus de predictis gagijs eorum ad rationem predictam per totum mensem Nouembris dicte III. indictionis, sicut in ratione dictorum domini Riccarij, Magistri Raynaldi, et Magistri Angeli dicti precedentis temporis continetur.

Die XII. predicti mensis Decembris III. indictionis Neapolj solute sunt predictis.

Nicolao filio Jule, Stephano Sueth, Nicolao filio Nutricis	Vngaris scutiferis predicti domini Ducis Calabrie pro gagijs eorum ad predictam rationem in carolenis argenti vncie II tar. XXV gr. X.

Die XVIIII. predicti mensis Januarij

vncie II tr. XXV gr. X.

Die VII. predicti mensis Februarij etc. ut supra

vncie II tr. XXV gr. V.

Die VII. predicti mensis Martii etc. ut supra

vncie II tr. XXV gr. X

Die VIII. predicti mensis Aprilis etc. ut supra

vncie II tr. XXV gr. X.

Die VIIII. predicti mensis Maij etc. ut supra

vncie II tr. XXV gr. X

Die XXII. predicti mensis Junij etc. ut supra
vncie II tareni XXV grana X

Die III. predicti mensis Augusti in Casasana prope Castrum Maris de Stabia solute eisdem Vngaris tribus pro gagiis eorum mensium Julii proxime preteriti et presentis Augusti III. indictionis ad rationem predictam in carolenis argentiis — — — — — — — — — vncie V et tareni XXI.

(A »Reg. Angioini« Q. 269. sz. Reg. Roberti B. 90. sk. lev.; u. o.)

335.

Robert siciliai királynak számtartása. 1335.

Robertus etc. Ligorio Guarraceno de Neapoli Thesaurarie nostre Notario familiari et fideli nostro gratiam etc. Exposuisti nouiter in Curia nostra, quod olim infra annum proximo preterite secunde indictionis infrascriptis scilicet diebus et locis recepisti et habuisti tam in Camera nostra a Riccario de Stella, Raynaldo de Rocceyo Magne nostre Curie Magistris Rationalibus, et Angelo de Melfia, Thesaurarijs et familiaribus nostris, auctoritate mandatorum nostrorum eis propterea directorum, conuertendas tunc in expensis faciendis Spectabili Regi Vngarie nepoti nostro carissimo, et genti sue ad partes Vngarie redeuntibus cum conscientia et notitia Goffridi de Berra Jurisperiti hospitij nostri Judicis, familiaris et fidelis nostri, subscriptas ad generale pondus pecunie quantitates, videlicet a dictis Thesaurarijs diebus subscriptis vncias quadringentas, die scilicet vicesimo primo mensis Octobris secunde indictionis vncias ducentas; die quinto mensis Nouembris eiusdem indictionis vncias centum; et die duodecimo eiusdem mensis Nouembris dicte II. indictionis reliquas vncias centum. Item a Petro Saluacossa milite Prothontino, Yscle Justitiario Terre Laboris Comitatus Molisij per manus Nicolaj Cosse nuncij sui die secundo dicti mensis Nouembris predicte II. indictionis apud Argentium de pecunia generalis subuentionis dicti anni II. indictionis vncias centum. Item a Guida-

cio Farolsi de Monte, milite locumtenente Dyegi de Tholomeis de Senis militis Justitiarij Capitanate per manus Nicolaj Facij de Senis socij dicti Justitiarij die vicesimo primo predicti mensis Nouembris II. indictionis apud Fogiam vncias ducentas. Item a Marino Cossa de Yscla milite Justitiario Terre Barj subscriptis diebus de pecunia generalis subuentionis dicti anni II. indictionis vncias quadringentas; videlicet die primo mensis Decembris eiusdem indictionis apud Barum vncias ducentas, die vltimo eiusdem mensis Decembris predicte indictionis Barolj vncias centum, et die quartodecimo mensis Januarij eiusdem indictionis apud Manfridoniam vncias centum; et a Johanne de Floriaco milite tunc Capitaneo Barolj die septimo decimo mensis Januarij dicte II. indictionis in predicta Terra Barolj vncias centum quinquaginta. Que tota predicta pecunia est in summa vncie mille ducente quinquaginta dicti ponderis generalis. Deinde soluisti et exhibuisti subscriptis personis pro subscriptis causis et negocijs quantitates pecunie infrascriptas. Videlicet Marino de Sabina de Trano et Nicolao de Rocca prepositis Officij Panectarie conuertendas per eos in expensis faciendis in dicto Officio Panectarie ad opus predicti Regis Vngarie et gentis ipsius, tunc in Vngariam redeuntium, diuersis uicibus et diebus vncias centum septem tarenos quatuordecim et grana sex; Rogerio Mambrono et Gerardo de Bucco prepositis Officij Bucticularie conuortendas per eos in expensis faciendis in dicto officio Bucticularie ad opus predicti Regis Vngarie et gentis ipsius tunc in Vngariam redeuntium, diuersis uicibus et diebus vncias quadringentas quatuor tarenos viginti quatuor et grana tria et medium; Laurino de Massa preposito Officii Marescalle conuertendas per eum in expensis faciendis in dicto Officio Marescalle ad opus predicti Regis Vngarie et gentis ipsius tunc in Vngariam redeuntium diuersis vicibus et diebus vncias ducentas sexaginta vnam tarenos duos grana octo; Jansono preposito Officij Fructuarie conuertendas vt supra vncias quinquaginta octo tarenos duos, Thomasio de Tolontino prepcsito Officij Forrarie conuertendas in expensis vt supra vncias ducentas decem tarenos tredecim grana quatuor. Item diuersis personis in quaterno tue rationis distinctis tam pro pretio risime vnius de cartis bombicinis.

et aliarum rerum medicinalium et electuariorum necessariorum pro vsu persone dicti Regis Vngarie et pro mercede diuersorum cursorum missorum Neapolim et ad alias partes vncias quatuor et tarenos duodecim. Item Landulfo Brancacio de Neapoli militi, ac prenominato Goffrido de Berra pro gagijs eorum mensium duorum et dierum septem numeratorum a die vicesimo primo mensis Nouembris et vsque per totum vicesimum octauum diem mensis Januarij dicti anni II. indictionis, quo tempore in seruitijs dicti Regis Vngarie commorati fuerunt, ad rationem de vncijs duabus pro quolibet eorum per mensem, vncias octo et tarenos viginti octo. Item Baldono Bassiani militi, Cambellano et familiari nostro iussas solui ei ad litteras nostras sub data Neapolj sub secreto anulo nostro die terciodecimo Nouembris dicte II. indictionis pro gagijs et expensis suis mensis vnius, quo in Apulie partibus in seruitijs dicti Regis Vngarie extitit commoratus, vncias sex. Item eidem Baldono pro gagijs et expensisis mensium duorum numeratorum a die vicesimo secundo mensis Nouembris dicte II. indictionis inantea computatis predictis vncijs sex eidem Baldono vt premictitur exolutis pro dicto mense vno ad rationem de vncijs quatuor ponderis generalis per mensem vncias duas. Summa exitus totius predicte pecunie est vncie mille ducente quadraginta nouem tareni quindecim et grana decem et nouem et medium. Facta igitur collatione de introytu ad exitum predicte pecunie, apparent restare liquide penes te, saluo rationis eiusdem examine meliorj, tareni quatuordecim et denarij tres. Supplicato itaque nobis per te, vt cum predictos tarenos quatuordecim et denarios tres te soluisse et assignasse asseras in Camera nostra Thesaurarijs nostris, exhibitionem ac solutionem et assignationem dicte pecunie, factas per te modo premisso, acceptare tibi nostris licteris dignaremur; Nos supplicationi tue huiusmodi prouisius annuentes, cum per quaternum vnum, sigillatum sigillis predicti Goffridi et tuo, continentem introytum et exitum rationis tue prefate, prout superius particulariter est distinctum, nec non et mandata, apodixas, et cautelas alias competentes ac per quandam apodixam dictorum Thesaurariorum nostrorum in predicte rationis tue positione productas, et in nostra Camera diligenter inspectas,

facta sit de exhibitione, solutione et assignatione totius predicte quantitatis pecunie nostre Curie plena fides predictas vncias mille ducentas quinquaginta exhibitas ac solutas et assignatas per te modo premisso, tibi tenore presentium acceptantes, et heredes et successores tuos ab omni nexu, quo tu, dicti heredes et successores, ac bona tua essetis propterea nostre Curie expresse vel tacite obligati, liberamus, absoluimus et perpetuo quietamus; ita quod nullo vnquam tempore tu, dicti heredes et successores, ac bona prefata, per nos, heredes et successores nostros possitis impeti vet requiri, sed semper sitis exinde liberi, absoluti et perpetuo quietati, has nostras licteras tibi in huius rej testimonium concedentes; nostre tamen Curie reseruato, quod si processu temporis inueniatur te plus recepisse a predicta nostra Curia, et minus soluisse ac expendisse et assignasse, quam que supra distinguitur, nullum propterea preiudicium nostre Curie generetur, sed illud cum pena statuta in talibus soluere dicte Curie tenearis. Datum Neapolj per Magistros Rationales Magne nostre Curie anno Domini M° CCC° XXXV° die XXIII° Martij III. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXVII.

(A »Reg. Angioini« A. 297. sz. Reg. Roberti B. köt. 211. lev.; u. o.)

336.

Robert Károly magyar király nápolyi tartózkodása alatti udvarának élelmekkel ellátása. 1335.

Pro Curia.

Robertus etc. Ypolito Centumhominj, Johanni Camisio macellarijs, Philippo Duranti, Muttulo de Catherina de Melfia, confectoribus et socijs fidelibus nostris etc. Inuenitur per quaternos Arestorum de expensis factis per Curiam nostram olim intra annum nuper elapse II. indictionis Illustri domino Regi Vngarie nepoti nostro carissimo, et genti eius in aduentu suo de partibus Sclauonie in Regnum, vos Ypolitum et Johannem fuisse statutos pro parte Curie super venditionem interiorum animalium Curie subscriptorum occisorum

tunc in Ciuitate predicta, ac macellatorum et liberatorum pro vsu hospitij dicti domini Regis Vngarie gentisque predicte; videlicet vaccarum triginta, porcorum quatringentorum quadraginta septem, castratorum trecentorum nonaginta vnius, et vitulorum trium (igy); vosque predictos alios Philippum Mottulum et socios habuisse pelles et coria predictarum vaccarum, castratorum et vitulorum pro ipsius parte Curie conseruandas. Cumque prouiderimus nouiter, et velimus, quod Judex Herricus de Corneto Magister massariarum Curie ad predictam Ciuitatem accedat, ad audiendum computum finalem et debitum de pecunia percepta ex venditione interiorum ipsorum, nec non recipiendum predictas pelles et coria animalium predictorum, vt illas faciat pro ipsius Curie parte vendi; fidelitati vestre mandamus expresse, quatenus ponatis rationem stb. Datum Neapolj in Camera nostra anno Domini MCCCXXXV. die XVIII. Januarij III. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXVI.

(A »Reg. Angioini« 297. sz. Reg. Roberti R. köt. 153. lev., u. o.)

— —

337.

Robert siciliai királynak számtartási könyveiből. 1335.

MCCCXXXVI. die secundo Januarii Stephanus Vngarus familiaris Andree Ducis habet vncias auri tres pro emenda vnius equi mortui in seruicijs dicti Ducis.

. . . .

Predicto domino Boyani pro pretio cannarum XXXV et palmorum duorum tele linee de Remis, de quibus facte et liberate sunt certe camisie et sarabule ad opus Regium dictorum domini Regis Vngarie, domine Regine consortis Regie, nec non dicti Ferrandi Infantis de Maioricis.

. . . .

Die XX. mensis Martij Neapoli solute sunt Francisco Johannis de Florentia mercatori Neapoli commoranti, prout infra distinguitur, in carolenis argenti vncie XXVIIII tareni III grana XVII.

videlicet:

. . . .

et pro pretio aliarum cannarum XL staminee colorum rubei, albi et celestris, de quibus facte sunt bandiere sex ad arma domini Regis Vngarie nepotis Regii, quas dominus Rex misit ad partes Apulie, ad opus galearum sex nouiter armandarum in eisdem partibns pro seruicijs Regiis; computati tareni XXIIII pro filo et factura ipsarum ad rationem predicdictas relique — — — — — — — vncie III tareni XVI.

. . . .

De expensis Regis Vngarie et gentis sue ad partes Vngarie redeuntium summa exitus totius pecunie est vncie mille ducente quadraginta nouem tareni XV et grana XIX et medium.

. . . .

Die XXIX. Nouembris. Domina Margarita, domina Ysabella et domina Elena, domicelle Vngare, seruitrices Spectabilis Andree Ducis Calabrie et Salernitani Principis, pro certis vtensilibus et necessitatibus earum habent vncias auri sex.

. . . .

Die IV. Decembris. Pro pretio cannarum tele incerte, posite in certis fenestris Camere, in qua morantur certe domicelle de Vngaria — — — — — — — — tareni X grana X.

(A »Reg. Angioini« X. 283. és 301 sz. Reg. Roberti R. köt.. u. o.)

338.

Cattaro város aláveti magát a velenczei köztársaság pártfogásának. 1335.

Pacta Catari.

Die vigesima sexta Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quinto, die penultimo Decembris, in camera dominorum provisorum, presentibus discretis viris Guecelli cultrario Sancti Bartholomey, Petro Scarpaza Sancti Eustachii, Nicolino Roso Sancti Blasi, Marco precone Sancti Juliani, Bartholomeo de Girardo Sancti Eustachii, Brato

Sclavo de Cataro, et aliis, pacta infrascripta fuerunt tractata per dominos provisores nomine Communis Venetiarum ex una parte, et Marinum de Cataro nomine Communis Catari ex alia.

In primis, quod quilibet Catarinus possit petere in Cataro cum carta Veneti, habendo commissionem sive potestatem eius, sicut ipse Venetus, et sicut cum sua carta propria, quam sine carta, quocunque modo debitum contractum fuerit. Item quod mater non possit subtrahere bona filiorum suorum, que acquisiverint sua industria et probitate, in detrimentum Venetorum; quod matres, vidue remanentes, teneantur inter dies quindecim a morte suorum virorum, fieri facere inventarium, in quaternis Curie inde facere registrari, ut sciri possint bona suorum virorum; quod si hec non fecerint, ipso facto bona omnia sic reperta sint creditoribus Venetis totaliter obligata. Item quod fratres, existentes in fraterna societate teneantur cuilibet debito facto per aliquem ipsorum cum hac conditione, quod ille frater, qui noluerit teneri debito fratris sui, ante debitum contractum debeat fecisse cridari per riparium dicte terre in plathea, (et scribi) per Notarium in quaterno Communis, se nolle tenere ad aliquod debitum fratris sui, et taliter frater qui sic fecerit cridari et scribi, ad debitum fratris sui minime teneatur. Item quod socii, habentes societatem, ad inivicem teneantur ad debitum factum per aliquem ipsorum, quod, si fecerit cridari et scribi, se nolle teneri, ut de fratribus proxime scriptum est superius. Item quod Commune Cathari debeat tenere in carceribus suis quemlibet debitorem Veneti per rationem convinctum, aut fratrem sive socium eius, habentem societatem fraternam cum illo, nec possint eum ve eos dimittere, quousque dicto Veneto de suo credito integre fuerit satisfactum; et si ille vel illi, qui sic fuerint carcerati, haberent possessiones intra vel extra civitatem, debeant ipsius vel ipsorum bona vendi per terram ad incantum infra unum mensem, postquam incepta fuerint incantari; et Judices, qui per tempora fuerint, teneantur facere incantari predicta illa die, qua fuerint requisiti a Veneto creditore predicto; quod si Judices vel ipsorum alter non observaverint suo tempore ipsorum quilibet non observans dumtaxat, ut est dictum, penam trecentorum ypperperorum incidat, Dominio Rascie appli-

candam. Item quod Ciuitas, sive Judices ordinati per eam, debeant sedere omnes, vel duo ipsorum, duobus diebus in hebdomada, videlicet lune et Sabbati, vel alias, ad redendum rationem Venetis; cum hac conditione, quod si Veneti ad questionem autem venerint coram Judicibus, quam ciues Catarini, ante debeant audiri; et si preterea dicti Judices eos audire teneantur, inde non valentes recedere a Judicio, quousque Venetorum questiones non audierint, diffiniendo, ut fuerit possibile et iustitie casus suadebit, quod per suos Judices vel maiorem partem eorum ius summarie reddi debeat Venetis infra dies quindecim ad plus, postquam questio coram ipsis mota sive incepta fuerit. Item quod si aliquis Catarinus debitor Veneti fuerit in Sclavonia, videlicet per totum regimen Rascie, et non soluto infra terminum in instrumento contentum Veneto supradicto, quod Judices duo vel tres, requisiti ab ipso Veneto, debeant mittere pro illo debitore, et eum compelli facere, quod infra duos menses ad plus et minus secundum distantiam loci, ubi fuerit, perveniat Catarum ad satisfaciendum dicto Veneto cum integritate secundum tenorem carte sue, vel ad respondendum sibi de iure; quod si non satisfacerent victi per rationem, ponantur in carcere, et teneantur in eo, quousqae satisfecerint, et bona sua, si qua habuerint, vendantur ad incantum, et satisfiat creditori supradicto. Quod si debitor ille citatus fuerit, et infra diurnum sibi assignatum terminum non comparuerit per se vel procuratorem idoneum, et de bonis ipsius reperiri non posset, quod dictus debitor forbaniri debeat de Cataro et tocius eius Districtu, de quo non valeat exire, nec sibi aliqou modo gratiam fieri, donec integraliter suo creditori satisfecerit. Item quod pacta omnia supradicti refferrantur ad credita dictorum Venetorum preterita, presentia et futura, que durare tantum debeant observando usque ad decem annos proxime venturos inter ipsas partes, et tantum plus, quousque predicta fuerint requisita per aliquam partium revocari debere, que teneatur debere denotari per uuum annum antequam predicta vellit revocare, infra quem terminum Veneti cum suis personis et bonis inde libere valeant absentari. Cum pena yperperorum mille, et pena soluta vel non, nihilominus pre-

sens instrumentum carte in suo robore perseveret. Que quidem omnia et singula Marinus Philippi de Cataro, fidelis domini Regis Rascie, legiptimus procurator, actor, factor, sindicns et nuncius specialis ad probandum, ratificandum nobilibns viris . . . provisoribus Communis Venetiarum, recipientibus vice et nomine Communis predicti Venetiarum, (promittit) attendere et observare, et non contrafacere vel venire de iure vel de facto, sub pena et in pena yperperorum mille in bonis et de bonis dicti domini Regis Rascie.

In nomine Christi Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quinto, die XIX. Decembris, pacta infrascripta fuerunt confirmata in Consilio Rogatorum, que providere posset Dominatio in subventionem dampni viri nobilis Nicolay Brioso, ad que contentantur inscripti mercatores, qui solebant ire et conducere res et mercationes suas Catari, et ibi facere facta sua, sed per scricturam factam contra Catarinos, que potissime firma remanet, propter damnum predictum nequeunt cum personis nec mercibus suis ire ad dictum locum, nec a Catarinis suis debitoribus excutere multam pecuniam in suum preiudicium et gravamen, et in dampnum etiam Communis et specialium personarum de Ciuitate ista. Nam contentamur, quod de qualibet pecia panni quam amodo vendent seu vendi facient in Cataro, quilibet mercatorum de Veneciis per scaramentum astrictum teneatur et debeat excutere ab emptore grossum unum Venetum et de qualibet alia mercatione, quam vendere seu vendi facient in loco predicto, teneatur ipsorum quilibet sub dicto debito sacramenti excutere similiter ab emptore dimidiam pro C de valore dicte mercationis infrra XV dies; et si infra dicto tempore non sic excussum fuerit vel solverit, teneatur de bursa sua propria mercatores nostri habentes huiusmodi solvere illud. Item quod denarios modo predicto excussos ab emptore vel de bursa propria mercatorum sic excutere ab emtore non curassent, teneantur mercatores Veneti, factis venditionibus pannorum vel aliarum mercationum in Cataro solvere et consignare Consuli Venetorum, qui fiet ibidem, secundum quod mos est fieri in terris aliis, in quibus mercatores Veneti conservantur. Item quod Consul, prefacto sacra-

mento astrictus, teneatur et debeat excutere dictos denarios a mercatoribus Dominio nostro predicto solventibus, et illos congregare, ac Venecias fideliter et solicite mittere ad manus dominorum Provisorum Communis, quibus per Dominium sit commissum, quod sicut et quando melius videret expedire, illos denarios solvant predicto domino Nicolao Brioso pro subventione sui dampni, sic continuando, quousque dicto nobili de ipso dampno satisfactum fuerit secundum taxationem iuste et rationabiliter fiendam de ipso; et satisfactione dampni predicti sic facta, cesset ista novitas; et si quid forte ultra reperiretur excussum, restitui debeat mercatoribus, sicut fuerit iustum. Per quam causam dicti Provisores teneantur in quaterno scribi facere et notari totum ordinate, quod ex hoc mittent consules predicti, et totum quod solvent nobili prelibato, vt semper ratio videri possit de satisfactione dampni huiusmodi, quando fuerit percompleta. Item ut Consul prefatus melius possit in Cataro facere et exequi omnia suprascripta, contentantur mercatores, quod per Dominationem committatur eidem, ac precipiatur sub debito sacramenti, quod quando condure seu alia navigia mercatorum de Veneciis applicuerint Catarum, teneatur videre et examinare mercationes condure et navigiorum dictorum, et scribere res et mercationes Venetorum, que conducte fuerint in eisdem, et quorum mercatorum sunt, per ordinem et distincte, possendo superinde imponere penam et penas patronis et scribanis dictarum condurarum et navigiorum, et eos etiam ponere ad iurandum, sicut ei melius videbitur expedire. Item quod committatur Consuli predicto quod, cum mercatores Veneti vendiderint aliquid in loco predicto, teneatur excutere a mercatoribus ipsis, secundum quod plene dictum est, et mittere Veneciis ad manus predictorum Provisorum, donec satisfactio dicti nobilis fuerit adimpleta. Summa cuius dampni secundum taxationem predictam eidem Consuli per Dominationem detur, ut illam etiam habeat apud se. Qui Consul pro dicta melius exequenda possit etiam ponere penam et penas mercatoribus Venetis, et ipsos ad sacramentum ponere, sicut fuerit opportunum. Que ómnia cum omni reverentia dicunt mercatores iam dicti ad bonam fidem et reccommendationem, contentati

semper parere Dominationi, et sunt contentati, que forte in predictis sibi fienda videbitur. Summa vero dampni dicti ser Nicolai taxata esse per Officium extraordinariorum libras LXXV grossorum.

(A »Copia de Commermoriali« czimü velenczei államkönyvből III. köt. 377. lev., a bécsi csász. titkos levéltárban.)

339.

Robert Károly magyar, és János cseh királyok az országaik közti kereskedési összeköttetést rendezvén, egyszersmind a magyarországi kereskedelmi utat szabályozzák. 1336.

Nos Karolus Dei gracia Rex Hungarie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod cum via seu strata publica mercatorum hinc a nostro Regno in Bohemiam et alia conuicina Regna transeuncium, et e conuerso a Bohemia et alijs evicinis Regnis in predictum nostrum Regnum cum suis rebus et bonis mercimonialibus veniencium, a temporibus gverosis et impaccatis propter maleficorum hominum insidias et indebitas exacciones tributorum fere hactenus et vsque modo dissueta fuisset; Nosque, prout incumbebat officio nobis Diuitus credito, pro commodiori et tranquilliori transitu eorundem inter cetera nostre consideracianis animum ad reformandum et restaurandum eadem, specialiter dum pridem vna cum Sereno et Inclito Principe domino Johanne eadem gracia Illustri Bohemorum Rege, fratre nostro karissimo, parlamentum habuimus, tractatum specialem circa premissa habendo studiosius diuertissemus; tandem eciam vtilitatibus vtrorumque Regnorum consideratis, vna cum Prelatis et Regni nostri Baronibus matura deliberacione prehabita, et de consilio eorundem, pro eisdem mercatoribus tam nostri, quam Bohemie et aliorum euicinorum Regnorum, vias et stratas infrascriptas publicas fore girandas et perambulandas, ac tributa in locis et modis inferius exprimendis exigenda duximus atque ordinanda, videlicet: In primo introitu ad metas Regni Hungarie in Alba Ecclesia in wlgari Wywar nominata debet solui octuagesima de rebus mercimo-

nialibus; item abinde siue in Saaswar, siue in Scynche, de quolibet curru mercimoniali, qui wlgariter rudas dicitur, debet solui vnus lotto siue tria pondera; item de quolibet curru aynczas dicto medium tributum, scilicet medius lotto; et abhinc in Jabluncza circa castrum Kurlathkw debet solui solummodo tributum pontis, ita quod de quolibet equo vel boue trahente currum vnus denarius Wyennensis; item de pecudibus vendicioni exponendis, scilicet maioribus duabus similiter vnus denarius Wyennensis; item de quatuor paruis animalibus, sicuti ouibus, capris et porcis similiter vnus denarius Wyennensis, et non plus; item ab inde in loco Bykzaad, siue in villa Beyn debet solui tributum, sicut in Saaswar et in Scynche de curribus mercimonialibus tantum; preterea a ciuitate Tyrnauiensi vsque Budam in locis infrascriptis debet exigi tributum, similiter de de curribus mercimonialibus modo suprascripto; primo in Forkoshyda, preterea in Semptey, item in villis Archiepiscopi Strigoniensis Narhid et Wdword vocatis; tem vltra Danubium ex ista parte in Strigonio, postea in villa Chabya, item in villa Sancti Jacobi pro castro Veteris Bude, et in porta Ciuitatis Budensis debent tributa exigi solummodo de curribus, prout superius est expressum. Hoc tamen declarato, quod in locis tributorum supradictis nullas (igy »nulla« helyett) fieri debeat religacio curruum; preterquam in ciuitatibus, in quibus tricesimam constituerimus exigendam. Que omnia loca tributorum tam ciuibus Brunensibus de Regno Bohemie, quam nostris ciuibus Tyrnauiensibus referentibus scimus esse a tempore Bele Regis instituta, legittima, et omnimo fore iusta. Quapropter vniuersos et quoslibet mercatores tam nostri et Bohemie, quam aliorum Regnorum cum rebus mercimonialibus procedentes presentibus inducentes aduocamus, et notificamus, vt cum eorum rebus, mercibus ac bonis a modo et deinceps pacifice, secure et absque omni impedimento, saluis eorum rebus et personis liberam habebunt procedendi per loca tributorum prenotatorum facultatem. Igitur vobis Magistris Stephano filio Lachk Castellano de Wywar, de Berench et de Bolundoch; item Nicolao dicto Treutul Comiti Posoniensi, Castellano de Kurlathkw et de Hedrich; nec non Laurencio Sclawo Castellano de Semptey, in presenti ho-

nores nostros predictos seruantibus, et in futurum Officialibus et Castellanis nostris constituendis, edicto Regio firmissimis damus in preceptis; vos autem dominum Archiepiscopum Strigoniensem requirentes, vobis simul et vna cum alijs quibuslibet Prelatis Ecclesiarum, nobilibus, ceterisque cuiuscunque dignitatis et status hominibus locum predictorum tributorum aliquem seruantibus et habentibus similiter firmiter iniungimus per presentes, quatenus nostre amplioris gracie et dileccionis intuitu predictas vias liberas et absque omni impedimento securas et pacificas pro prelibatis mercatoribus conseruare debeatis, nec ipsos mercatores aliqualiter molestare et perturbare, aut in locis tributorum predictis vltra pretactum modum exaccionis tributi aggrauare et angariari permittentes faciatis, alioquin Nostram grauiter offendetis Maiestatem. Et hec omnia et singula predicta per vos prenominatos nobis fideles et dilectos in foris et locis publicis et prouincijs volumus seriatim publicari et proclamari. Datum in Wyssegrad in festo Epiphaniarum Domini anno eiusdem M° CCC° XXX° sexto.

(Eredetie bőrhártyán a királynak oda nyomott pecsétje alatt, Brünn város levéltárában.)

340.

Robert Károly magyar királynak védlevele az idegen, különösen a csehországi kereskedők számára. 1336.

Karolus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, nobilibus et eorum officialibus, nec non Ciuitatibus et liberis villis, earumque Rectoribus, et generaliter cuiusuis status et condicionis hominibus in Regno suo constitutis, quibus presentes ostendentur, salutem et graciam. Cum nos pro commodiori statu et vtiliori Regni nostri disposuerimus ordinantes, vt mercatores de vicinis Regnis, et specialiter de Regno Bohemie cum eorum rebus mercimonialibus in Regnum nostrum venientes pro excessibus, offensis et debitis aliorum mercatorum prohi-

beri et impediri per quospiam non possint, nisi iidem, qui debitores, vel in aliis excessibus et offensis fore videbuntur, fidelitati vestre et vestrorum cuilibet firmissimo Regio sub edicto firmis damus in preceptis, quatenus nullum ex mercatoribus de Regnis extraneis, et specialiter de Regno Bohemie cum eorum rebus in Regnum nostrum venientibus pro excessibus, offensis et debitis aliorum mercatorum prohibere vel facere prohiberi per quospiam presumpmatis; nisi eosdem in specie, qui debitores, vel in aliis excessibus et offensis alicui teneri dinoscuntur, possit aliquis impedire, vel prohibere iusticia mediante. Datum in campis Tyrnauie in dominica proxima post festum Inuencionis Sancte Crucis anno Domini M° CCC° XXX° sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melynek határa a király pecsétje van nyomva; a bajor kir. münchen- államlevéltárban.)

341.

Decsani István IV. Uros szerb király fegyveres erejének ellátásáról és rendezéséről gondoskodik. 1336.

Anno Domini MCCCXXXVI. die XIX. Madij. Capta: Quod concedatur domino Regi Raxie, quod possit extrahere de Venetiis, et conduci facere ad partes Raxie arma valoris librarum XXX grossorum; sicut per nuncium suum amicabiliter nos rogauit.

. . . .

Die VI. Decembris. Capta: Quod ad peticionem domini Regis Raxie concedatur, quod vsque ad III centum pedites, quos intendit facere soldizari extra Venetias, possint transire per nostrum Districtum ad suas partes; quos, vt dicit, vult pro securitate sue persone.

(A »Misti del Senato« czimü velenczei allamkönyvből XVII. köt. 59. és 68. lev.)

342.

A velenczei kormány a szerb király földjén megkárosodott kereskedőinek elégtételt szerez. 1336.

Anno Domini M° CCC° XXXVI° die XIV. Novembris, quinte indictionis. Quod occassione damni fasti nobili viro Nicolao Bruiosso per subditos domini Regis Raxie ordinatum fuerit certus modus servari in facto satisfactionis ipsius in exigendo a mercatoribus peccuniam ordinatam, qui modus est: Quod de qualibet pecia panni emptor solvat unum grossum, et de aliis mercationibus mediam pro centenario; que quidem solutio, si infra XV dies facta non fuerit post factam venditionem, venditor eam de suo proprio infra dictum terminum facere teneatur, per quem modum, ut dicit dictus ser Nicolaus, ad nullam ucusque potuit satisfactionem debitam pervenire; propter quod petit nostrum auxilium et remedium taliter interponi, quod ipse suam satisfactionem recipere valeat et habere. Et quia etiam ire vel mittere possit pro exigendo id, quod solvi et recipi debet secundum formam ordinis supradicti; vadit pars, quod dictus ser Nicolaus ire vel mittere ad solicitandum factum suum, et excutiendum suam satisfactiónem, et mittere et scribere Provisoribus secundum formam et ordinem dicti ordinis alias facti; et quod apponatur pena de tribus grossis Venetis pro pecia panni illis, qui non solverint unum grossum, sicut ordinatum est, et de media pro centenario de aliis mercationibus, si non solverint ipsam mediam, solvant duplum; quas penas, si solute non fuerint in Cataro, Provisores Communis, quibus hec commissa sunt, a contrafactoribus exigere teneantur, de quibus habeant tercium, auccussator tercium, si inde fuerit accusator, et aliud tercium cum grosso et eius dictam mediam pro centenario convertantur in solutione debiti sive damni. Et insuper committatur Comiti Ragusii, quod inquirere debeat de tota draparia et aliis mercationibus, que portata vel missa de Ragusio fuissent Catarum, et veritatem scire de hoc per sacramentum, et scribere Provisoribus Communis, quicquid inveniret; qui Provisores teneantur exigere decontra facientibus dictas penas, remanenti-

bus firmis omnibus capitulis ordinis facti pro dicta sua satis factione. Et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyv XVII. kötetéből 66. lev.

343.

De Carceribus Galhard titeli prépost, XIV. századi magyarországi diplomata, mint apostoli nuncius Lengyelországban. 1336.

Johannes Episcopus etc. (XXII. János pápa) dilecto filio Magistro Galhardo de Carceribus, clerico Caturcensis Diocesis, Licentiato in Legibus, Apostolice Sedis Nuncio stb. (Petro de Alvernia Nuncio Apostolico in partibus Poloniae adiungitur) Datum Avinione kalendis Februarii Pontificatus nostri anno XVIII. (1334.)

Benedictus Episcopus etc. (XII. Benedek pápa) dilecto filio Magistro Galhardo de Carceribus stb. (Nuncius Apostolicus in partibus Poloniae confirmatur) Datum Avinione III. nouas Maretii Pontificatus nostri anno primo. (1335.)

Benedictus Episcopus etc. carissimo in Christo filio Kazimiro Regi Polonie illustri stb. Serenitatem Regiam attentius deprecamur, quatenus ob dicte Sedis et nostram reuerentiam eidem (Magistro Galhardo) Regiis assistens fauoribus, ipsum habere velis propensius commendatum stb. Datum Avinione VII. idus Martii Pontificatus nostri anno primo.

Benedictus Episcopus etc. dilecto filio Magistro Galhardo de Carceribus Preposito Ecclesie Titulensis Colocensis Diocesis, in partibus Polonie Apostolice Sedis Nuncio stb. Datum apud Pontem Sorgie Avinionensis Diocesis V. idus Augusti Pontificatus nostri anno secundo.

(XXII. János és XII. Benedek pápának regestakönyveiből.)

344.

Robert siciliai király az Endre calabriai herczeg szolgálatában levő magyarok ruházatáról gondoskodik. 1336.

Robertus Dei gracia Jerusalem et Sicilie Rex Riccario de Stella Magne nostre Curie Magistro Rationali, Angelo de Melfia, et Johanni de Bernardo de Rauello Thesaurarijs, Consiliarijs et familiaribus nostris etc. Fidelitate vestre precipimus, quatenus Nicolao filio Jule, Stephano Suhet, Nicolao filio nutricis, et Georgio, Vngaris familiaribus Spectabilis Andree Ducis Calabrie vncias auri VIII ponderis generalis, cuilibet scilicet eorum vncias duas, quas eis pro robbis eorum presentis anni V. indictionis, nec non pro emendis certis alijs rebus necessariis pro persona dicti Georgii prouidimus exhiberi, de quacunque pecunia existente vel futura per manus vestras in Camera nostra soluere et exhibere curetis. De cuius pecunie solucione facienda per vos, sicut predicitur, rationibus vestris absque apodixa ipsorum fidem indubiâm volumus adhiberi; nullis cautelis alijs, quam presentibus, a vobis propterea requirendis. Datum Neapoli anno Domini M° CCC° XXXVI° die XXIII° Decembris V. indictionis.

Cuius auctoritate mandati die XXIII. predicti mensis Decembris Neapoli solute sunt predictis Nicolao filio Jule, Stephano Suhet, Nicolao filio nutricis et Georgio, Vngaris familiaribus Spectabilis domini Andree Ducis Calabrie, quas eis dominus Rex pro robbis eorum presentis anni V. indictionis, nec non pro emendis aliis rebus necessariis pro persona dicti Georgii exhiberi prouidit in carolenis argenti vncie XIII cuilibet scilicet vncie due.

(A »Reg. Angioini« Q. 269. sz. Reg. Roberti R. köt. 75. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

345.

Endre calabriai herczeg hírvivőt küld Magyarországba. 1337.

Item pro precio robbe vnius panni de lana coloris jallini, calligarum par vnius calciariarum, par vnius camisiarum duarum fostayni vnius et corrigie vnius, donatarum per dictum Ducem Calabrie Paulo Sclauo misso per eundem Ducem in Vngariam, vni ex fratribus eius ad certam rationem tareni decem et septem et grana quindecim tareni XXVII gr. XV.

(A »Registri Angioini« G. 279. sz. Reg. Roberti 147. lev; u. o.)

346.

A budai prépost, mint Robert Károly magyar királynak követe Siciliában. 1337.

Die II. predicti mensis Januarij V. indictionis Neapolj solute sunt prout infra distinguitur in carolenis argenti,

videlicet:

. . . .

. . . .

Raymunde hospitatrici in Neapoli, quos sibi dominus Rex exhiberi prouidit pro loherio lectorum septem, et stallagio equorum octo dierum vigintinouem, quibus Prepositus Budensis Ambassiator Incliti domini Regis Vngarie in eius hospitio moram traxit — vncia I tarenus I grana XVIII.

(A »Reg. Angioini« G. 279. sz. Reg. Karoli II. köt. 243. l.. u. o.)

347.

Robert siciliai királynak számtartási könyveiből. 1337.

Die X. mensis Januarij V. indictionis Neapoli solute sunt Magistro Roberto corduhanerio pro pretio soleriorum faciendorum per eum ad opus dicti domini Andree Ducis

Calabrie, nati incliti Domini, domini Regis Vngarie pro anno vno a die primo mensis Nouembris huius V. indictionis in antea numerando in carolenis argenti — — — vncia I.

. . . .

Die VII. Februarij. Francischino de Janua aurifabro fideli Regis pro pretio cuparum duarum cum eorum cohopertis de argento deauratarum, vnius scilicet ex eis ponderis librarum duarum et tarenorum decem, et alterius ponderis libre vnius vnciarum vndecim et tarenorum XXVII emptarum ab eo, et donatarum per dominum Ducem et dominam Ducissam Calabrie Preposito Budensi, Capellano, Consiliario et familiari Spectabilis domini Regis Vngarie ad eum presentialiter redeunti — — vncie III tareni XVIII grana II.

. . . . . , ...

Die XIII. mensis Martii ibidem soluti sunt Pascali hospitatori in ciuitate Neapolis debiti sibi per Curiam Regiam pro stallagio et loherio lectorum mensium duorum et dierum duodecim, quibus . . . Prepositus Budensis, ambasciator incliti Regis Vngarie de beneplacito Regis moram traxit in hospitio dicti hospitatoris in carolenuis argenti vncie due et tareni nouem.

(A »Reg. Angioini« G. 279.sz. Reg. Roberti R. 196. és 235. l., u. o.)

348.

Robert siciliai király Ilona szlavoniai bánnénak segedelmet rendel. 1337.

Pro domina Helena Banissa Sclauonie.

Auctoritate vnius mandati Regij Thesaurarijs Regijs presentibus et futuris directi, dati Neapolj die V. Maij III proxime preterite, notati in predicta precedenti ratione eorum facta per totum mensem Nouembris huius V. indictionis pro Magnifica muliere domina Helena Banissa Sclauonie consanguinea dicti domini Regis de soluenda dicte domine Helene, vel eius pro ea procuratori aut nuncio, seu mercatoribus de societate Bonaccursorum de Florentia, vel alteri eorum, de

quorum nominibus dominus Rex fidei Thesaurariorum ipsorum inheret, annua prouisione vnciarum quadragintə in florenis auri quinque per vnciam computatis; quas eidem domine Helene idem dominus Rex in subsidium expensarum suarum exhiberi prouidit anno quolibet, a die primo mensis Martij dicte III. indictionis in antea, singulilis mensibus sex anni cuiuslibet, in principio scilicet ipsorum singulorum sex mensium vncias viginti de quacunque fiscali pecunia sine aliqua retentione feudalis seruitij, cum seruitium Regie Curie debitum proinde tempore guerrse frementis in Regno, quo Baronibus alijs eiusdem Regni seruicium generaliter indicetur, ratione eiusdem prouisionis annue ab eadnm domina Helena nullatenus dominus Rex vult pro parte Curie deduci seu quomodolibet retineri, cum idem dominus Rex intelligat ex dicta prouisione annua, quam eidem domine Helene in subsidium expensarum suarum, sicut predicitur, exibendam prouidit, ac dicti mandati tenore declarauit ac iussit de certa eius scientia prefate Curie in aliquo non debere seruiri, prout in dicto mandato Regio clarius continetur.

Satisfacto Ruffo Aldobrandini mercatori de predicta societate Bonaccursorum de Florentia nomine et pro parte dicte domine Helene de provisione eiusdem domine per totum mensem Octobris dicte V. indictionis; sicut in ratione Thesaurariorum ipsorum predicti temporis contineter.

Die II. predicti mensis Maij Neapolj solute sunt eidem Ruffo Aldobrandinj mercatori de societate Bonaccursorum de Florentia nomine et pro parte dicte domine Elene Banisse Sclauonie contingentes eandem dominam pro dicta annua prouisione sua vnciarum quadraginta florenorum auri facta sibi per Maiestatem Regiam pro vita sua, prout in dicto mandato Regio continetur, pro mensibus Novembris, Decembris, Januarij, Februarij, Martij et Aprilis proxime preteritorum huius V. indictionis in florenis auri vncie viginti — — — — — — — — — — — vncie XX.

(A »Reg. Angioini« Q. 269 sz. Reg. Roberti R. köt. 329. lev.; u. o.)

349.

Robert siciliai a Robert Károly magyar király szolgálatához rendelt híveit elégíti ki. 1337.

Robertus Dei gracia Jerusalem et Sicilie Rex Riccario de Stella Magne nostre Curie Magistro Rationali, Angelo de Melfia, et Johanni Bernardo de Rauello Thesaurarijs, Consiliarijs et familiaribus nostris etc. Fidelitati vestre precipimus, quatenus Riccario de Altauilla Camere nostre Notario Promagistro Arrestorum, Ligorio Guarraceno de Neapoli Thesaurarie nostre Notario Prothesaurario, Marino de Trano Panectarie nostre Magistro PromagistroPanectario, Rogerio Mabrona Promagistro Bucticulario, Laurino de Massa Promagistro Mareschelle, etJansono de Chalono Promagistro Fructuario, ad seruitia incliti Regis Vngarie deputatis, vncias auri XXVIIII tarenos XIII et grana IV ponderis generalis debitas eis per Cameram nostram pro expensis eorum certi diuersi temporis tam in aduentu domini Regis Vngarie de Barolo Neapolim, quam in reditu eiusdem Neapoli Manfredoniam, pro quo de eisdem expensis tunc eis per Curiam nostram stabilitis satisfactum non fuit, quo quidem tempore fuerunt de mandato nostro ad seruitia dicti domini Regis Vngarie continue commorati. De qua pecunia etc. soluere et exhibere curetis, et recipiatis ab eis exinde apodixas. Datum Neapoli anno Domini MCCCXXXVII. die III. mensis Aprilis V. indictionis.

(A »Registri Angioini« G.279. sz. Reg. Roberti R. köt. 186. l., u. o.)

350.

Magyarországból való Sueth István Robert siciliai király és Endre calabriai herczeg szolgálatában. 1337.

Stephanus Sueth Hungarus, familiaris et fidelis Roberti Regis ac Spectabilis Andree Ducis Calabrie, pro gratis et acceptis seruitijs prestitis et prestandis, consideratione quoque et amore tam incliti Principis domini Caroli Regis

Vngarie, quam Ducis eiusdem, habet cum heredibes suis vncias auri XII annuas. IV. Aprilis V. indictionis.

(A «Reg. Angioini« E. Reg. Roberti R 304. sz. köt. 55. lev., u. o.)

351.

Robert siciliai király több florenczi kereskeöd követelésének kifizetése iránt intézkedik. 1337.

Robertus Dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex Riccario de Stella Magne nostre Curie Magistro Rationali, Augelo de Melfa, et Johanni de Bernardo de Rauello Thesaurarijs, Consiliarijs, et familiaribus nostris gratiam et bonam voluntatem. Fidelitati vestre precipimus, quatenus Francisco Johannis de Florentia fideli nostro subscriptas pecunie quantitates in carolenis argenti sexaginta per vncias computatis, debitas ei per Curiam nostram pro precio subscriptarum rerum emptarum ab eo et liberatarum prout infra distinguitur, de quacunque fiscali pecunia existente ac futura per manus vestras in Camera nostra soluere et exhibere curetis.

videlicet:

Pro precio peciarum sex panni de lana coloris viridis, de quibus facta et liberata sunt diuersa guarnimenta robbarum ad opus nostrum Sanctie Regine corsortis nostre carissime, Spectabilium Andree Ducis, Johanne Ducisse Calabrie, et Marie sororis eius, neptum nostrarum, et domicellarum quatordecim dictarum neptum nostrarum, ad rationem de vncijs octo pro qualibet peciarum ipsarum computatis tarenis quidecim pro accimatuna peciarum ipsarum vncie quadraginta octo tareni quindecim.

Item pro precio cannarum quindcim et palmorum sex panni de lana mellati de brussellis, donatarum duabus domicellabus Vngaris morantibus in comitiua dicti Ducis vncie decem et tareni quindecim

. . . .

Item pro precio cannarum quindecim et palmorum sex panni de lana coloris bleueti, donatarum lauandarijs nostris

et dicte Regine ac lune moranti in comitiua dicti Ducis pro robbis earnm computat's precio infoderaturarum trium pro infoderandis robbis ipsis, ac factura robbarum ipsarum vncias decem et tarenos nouem.

Item pro precio cannarum sex panni de brussellis coloris bleueti, de quibus facte sunt coccardica una, rotandellus vnus, et capucium vnum ad opus dicti Ducis; surcocti duo et tunice due ad opus dictarum neptum nostrarum, precio vnius pecie panni de lana de brusselis coloris albi, de qua facta sunt certa guarnimenta robbarrum ad opus dicti Ducis et dictarum neptum nostrarum, conputato precio accimature ipsius pecie panni vncias duodecim et tarenos viginti duos.

. . . .

Item pro precio capellorum duorum munitorum cendato cum laqueis duobus de serico, e pumictis de auro in laqueis ipsis vnius videlicet ex eis ad opus nostrum, et alterius ad opus dicti Ducis tarenos quindecim et grana decem.

. . . .

De solutione namque dicte pecunie predicto Francisco, sicut predicitur, facienda rationibus vestris absque apodixa ipsius Francisci fidem volumus indubiam adhibere, nullis cautelis alijs quam presentibus a vobis per nostram Curiam propterea requirendis. Data Neapolj anno Dominj M° CCCXXXVII° die penultimo mensis Januarii V. indictionis.

(A »Registri Angioini« Q. 269. sz. Reg. Roberti R. 345. l.; u. o.)

352.

Robert siciliai királynak számtartási könyvéből. 1337.

Diē vltimo mensis Septembris V. indictionis Neapoli solute suut Nicolao Aczaroli de societate Aczarellorum de Florentia, Cambellano et familiari Regis, debite sibi per Curiam Regiam pro pretio carpetarum viginti quatuor coloris rubei et viridis, olim in aduentu incliti domini Regis Vngarie in Regnum venditarum per eum Curie Regie, et liberatarum tunc

de beneplacito Regio in camera predicti domini Regis Vngarie ad opus suum computatis in eadem summa pecunie vncia vna et terenis viginti vno pro delatura ipsarum carpetarum de ciuitate Florenie Neapolim in carlenis argenti
— — — — — — — vncie LXXII tarenis XV.

(A »Reg. Angioini« J. 310. sz. Reg. Roberti. B. köt. 179. lev. u. o.)

353.

Robert siciliai király segedelmet határoz Anna bolgár császárnénak. 1337.

Pro Imperatrice Bulgarorum.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie fidelibus suis gratiam etc. Quia donauimus nouiter Excellenti Principisse domine Anne Imperatrici Bulgarorum consobrine nostre carissime de frumento Massariarum nostrarum Apulie salmas quinquaginta ad generalem mensuram de thumunis octo per salmam, quas ad partes illas volumus deportarj; fidelitati vestre precipimus, quatenus nuncium prefate Imperatricis presentes vobis licteras assignantem extrahere seu extrahi facere de portubus Jurisdictionis vestre licitis et permissis et ad extractionem victualium deputatis, predictas frumenti salmas quinquaginta ad predictam generalem Regni mensuram de thumunis octo per salmam, ferendas abinde per mare extra Regnum cum vase seu vasis competentibus ad predictas partes Bulgarie, et exonerandas ibidem libere a jure quolibet exiture, vicesime et tareni sine contradictione aliqua permictatis; cum jus ipsum eidem Imperatrici graciose duxerimus remictendum, Recepta tamen per vos ab extrahente seu extrahentibus ipsis loco fideiussionis prestari solite ab extrahentibus victualia de Regni portubus extra illud de responsalibus infra certum terminum ydoneis deferendis ac de ipsorum exoneratione in loco licito facienda juratoria tantummodo cautione in testimonio quidem puplico, ita quod instrumentum puplicum inde fiat. Actendentes prouiso, quod onerationi predicti frumenti intersint Portulani statuti, et ipsam ad oculum videant, ne pretextu

presentium maior frumenti quantitas quam permissa, seu alia queuis prohibita in fraudem Curie abinde quomodolibet extrahatur. Ordinatione seu mandato quocunque contrario nostro vel Sanctie Jerusalem et Sicilie Regine, consortis nostre carissime, per quod effectus presentium impediri possit in aliquo vel differrj, et eo mandato precipue de non permictendo per quempiam extrahi intra vel extra Regnum absque licentia Curie aliquam victualium seu leguminum quantitatem, executioni presentium nullatenus obstitura. Datum Neapolj in Camera nostra anno Domini M° CCC° XXXVII° die primo Nouembris VI. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXVIII.

(A »Reg. Angioini« X. 309. sz. Reg. Roberti R. köt. 222. lev., u. o.)

354.

III. Kazimir lengyel király és a német rend közti békekötés, melyben Robert Károly magyar király és Erzsébet magyar királyné is benfoglaltatnak. 1337.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie vniuersis et singulis stb. Dudum de statu Regni nostri pacifico crebra meditacione reuera solliciti, circa stabile bonum concordie inter nos ex vna, et Reuerendos ac religiosos viros ... Magistrum Generalem et fratres Ordinis Hospitalis Sancte Marie Domus Theutonicorum Jerusalem parte ex altera stb. nos pro nobis, heredibus nostris et successoribus vniuersis, ac omnibus incolis Regni nostri tam sublimibus quam aliis, facimus pacem perpetuam, finem, remissionem atque concordiam perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter duraturam de omnibus iniuriis, maleficiis, offensionibus, contumeliis, dampnis et iurgiis dicto uel facto illatis ab vna parte alteri stb. In cuius stb.

Nos Kazimirus Rex Polonie ad vniuersorum noticiam presens scriptum intuencium volumus deuenire: quod si Illustris Princeps dominus Karolus Rex Vngarie, seu Elizabeth eiusdem Regni Regina, conthoralis ipsius legittima, aut ipsorum heredes vel successores, venerabiles et religiosos Magis-

trum et fratres Ordinis Hospitalis Beate Marie Domus Theutonicorum Jerusalem super terra Culmensi, et Castro Nessow, et Curiis Orlow et Murin seu Pomerania, aut Michalouiensi, ceterisque bonis per predictos fratres habitis iuste et rationabiliter possessis ante motam gwerram, et Illustrem Principem recolende memorie dominum Wladislaum Regem Polonie, et venerabiles viros Magistrum Generalem et fratres predictos nobis ipso viuente forte impeteret, seu actionem contra eos in Spirituali Judicio seu seculari, seu per alias vias quascunque instauraret, vel forte eos occasione dictarum terrarum per violenciam, oppressionem, potenciam opprimeret: promittimus pro nobis et omnibus nostris amicis et fidelibus, quod nos huiusmodi impeticiones, acciones, seu accionum instauraciones et violentas potencie oppressiones penitus sedare et disbrigare debemus bona fide, fraude et dolo omnimo remotis in omnibus supradictis. In quorum stb.

Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie ad extirpandam omnem materiam, que contencionis seu dubii rancorem inter Reuerendum dominum Magistrum Generalem et fratres ipsius ex vna parte, et nos nostrosque successores ex altera forsitan esset in posterum paritura, presentis scripti testimonio, ex certa sciencia promittimus, errore mentis aliquo non seducti, a Serenissimo Principe domino Karolo Rege Vngarie nostro sororio, ac a generosa domina conthorali ipsius Regina, sorore nostra karissima, dicto Reuerendo domino Magistro Generali et fratribus ipsius bonas patentes litteras optinere; quibus dicti incliti dominus Rex et Regina Vngarie, tam pro se quam pro heredibus vtriusque sexus et successoribus suis, fraude et dolo exclusis, renunciare debent expresse impeticioni, repeticioni, accioni, exceptioni, omnique iuri seu iuribus, si ipsis competere poterunt post mortem nostram super terris, territoriis seu districtibus Culmensi, Pomerania, Nessow et Curiis Orlow, Muryn, et aliis possessionibus ante motam gwerram per predictos Magistrum et fratres iuste habitis et possessis. In quorum stb.

Nos Karolus Dei gracia Rex Vngarie, et Elizabeth eiusdem Regni Regina conthoralis ipsius legittima, ad vniuersosorum cognicionem deducimus ac publice protestamur, quod

Illustris Princeps Kazimirus Rex Polonie cum venerabilibus et religiosis viris Magistro Generali et fratribus Ordinis Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerusalem pacem perpetuam et concordiam fecit, ratificauit, approbauit et confirmauit; donacionem factam per suos progenitores super terra Culmensi et Castro Nessow, et Curiis Orlow et Morin; nec non renunciauit terre Pomeranie cum omnibus iuribus, proprietatibus, libertatibus, consuetudinibus et pertinenciis suis, et alia bona et possessiones quascunque eo modo et iure, sicut eas ante motam gwerram possederunt, confirmauit; renuncians omni iuri, accioni, impeticioni, que sibi aut suis heredibus et successoribus vniuersis stb. prefatas donaciones, ratihabicionem, approbacionem et confirmacionem, ac renunciacionem supradictas ratificamus et presentibus approbamus. Preterea si contigerit dictum dominum Regem Polonie sine heredibus vtriusque sexus decedere, quod absit, ab hac luce; si extunc quidquam iuris ad predictas terras, seu quamlibet eius partem nobis, nostris heredibus aut successoribus competeret, illis exnunc pro nobis, nostris heredibus et successoribus vniuersis expresse renunciamus pure, simpliciter et in totum. In cuius rei testimonium etc.

Actum et datum in ciuitate Wladislauiensi iuniore anno Domini M° CCC° XXX° septimo indictione quinta in die tali Presentibus Venerabilibus stb.

Horum omnium negociorum premissorum dominus Johannes Rex Bohemie ordinator fuit atque gestor.

Et ego Wilako quondam Johannis de Wroczimonicz Cracouiensis Diocesis Publicus auctoritate Imperali Notarius stb.

Et ego Hermanus quondam Rotthmann de Thorun clericus Culmensis Dyocesis Publicus auctoritate Imperiali Notarius stb.

(Eredetie bőrhártyán, melytől Kazimir lengyel királynak és Altenburgi Detre a német rend főmesterének pecsétjei függnek, a német rendnek königsbergi titkos levéltárában.)

355.

Lajos bolgár herczeg Robert siciliai királynak udvarában. 1338.

Robertus etc. Thesaurariis etc. fidelitati vestre precipimus, quatenus Spectabili Lodoyco filio Incliti Imperatoris Bulgarie nepoti nostro carissimo ad nos pridem venienti, quem in comitiua nostra prouidimus moraturum, vncias auri X ponderis generalis mense quolibet in principio mensis, quas ei pro expensis suis et familie sue mense quolibet vsque ad beneplacitum prouidimus exhiberi de quacunque pecunia etc. soluere et exhibere curetis, et recipiatis ab eo exinde singulis vicibus apodixas. Datum Neapoli anno Domini M° CCC° XXXVIII° die XII° mensis Januarij VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« H. 279. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 109. ev., u. o.)

356.

Bolgár követség Siciliában. 1338.

— — Et Boclos Lau et sociis eius septem nunciis Spectabilis Imperatricis Bulgarie redituris ad eandem Imperatricem, quas eis pro expensis et equitaturis eorum gratiose exhiberi providimus — — — — — — — — — — vncie sex. V. Aprilis VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 314. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 66. lev.; u. o.)

357.

Robert siciliai királynak engedélye, hogy Siciliából élelmek kivittethessenek Anna bolgár császárné számára. 1338.

Pro Imperatrice Bulgarorum.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie fidelibus suis etc. Quia donauimus nouiter Excellenti Principisse domine Agne Imperatrici Bulgarorum, consobrine nostre carissime, de frumento Massariarum nostrarum Apulie frumenti salmas quingentas ad generalem Regni mensuram de thumunis octo per salmam, quas ad terram Ragusij de partibus Sclauonie, vbi habet aliquo tempore cum sua familia commorari, pro vsu suo dicteque familie volumus deportarj: fidelitati vestre precipimus, quatenus nuncium prefate Imperatricis presentes vobis licteras assignantem extrahere seu extrahi facere de portubus jurisdictionis vestre licitis et permissis ad extractionem victualium deputatis predictas frumenti salmas quingentas ad predictam generalem mensuram, ferendas abinde per mare extra Regnum cum vase seu vasis competentibus ad predictam terram Ragusij, et exonerandas ibidem, libere a jure quolibet exiture, vicesime et tareni, sine contradictione qualibet permictatis, cum jus ipsum etc. Datum Neapolj in Camera nostra anno Dominj M° CCC° XXXVIII° die V° Julij VI. indictionis Regnorum nostrorum anno XXX.

(A »Registri Angioini« X. 309. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 241. lev.: u. o.)

358.

XII. Benedek pápa De Carceribus Galhard titeli prépostot, és Gerváz Péter aniciai kanonokot küldi ki bíráknak a lengyel király és a német rend közti perben. 1338.

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Magistris Galhardo de Carceribus, Preposito Titulensi Colocensis Diocesis, et Petro Geruasij Canonico Aniciensis Eccle-

siarum, Apostolice Sedis Nuntijs, salutem et Apostolicam benedictionem. Querelam grauem pro parte karissimi in Christo filii nostri Kasimiri Regis Polonie Illustris in Consistorio coram nobis et fratribus nostris propositam audiuimus continentem, quod olim Magister et fratres Domus Beate Marie Theutonicorum, qui tunc erant in Pruscie partibus commorantes, nonnullus terras et dominia infra Regnum suum Polonie consistentia, videlicet Culmensem et Pomeranie, dudum, necnon a paucis citra temporibus Magister qui tunc erat et fratres dicte Domus, Vladislauiensem, Brestensem, Dobrinensem et Michalouiensem terras ad Regem et progenitorem eius de jure spectantes, infra Regnum ipsum consistentes, non siue magna strage Christi fidelium et concrematione centum ecclesiarum vel circa, hostiliter inuaserunt, et per violentiam occuparunt, et adhuc de facto detinent occupatas in animarum ipsorum perniciem, ipsius Regis, ad quem ratione dicti Regni sui dicte terre, vt premittitur, spectare noscuntur, sicut etiam per sententiam latam super dicta terra Pomeranie per certos Judices delegatos per felicis recordacionis Johannem Papam XXII. predecessorum nostrum, dum adhuc ageret in humanis, et instantiam clare memorie Wladislai Regis Polonie tunc viuentis genitoris Kasimiri Regis predicti deputatos ab olim dicitur liquido apparere, ac dicti Regni, quod est Ecclesie Romane censuale, quodque post Deum nullum preter ipsam Ecclesiam recognoscit superiorem in terris, necnon et eiusdem Ecclesie Romane, que propterea censu, qui denarius Beati Petri dicitur, eidem Ecclesie in ipso Regno debito multipliciter existit defraudata, graue preiudicium atque dampnum. Supplicatum igitur nobis pro parte dicti Regis, vt prouidere super hijs de oportuno remedio curaremus, nos apud Sedem Apostolicam informari volentes, an Magister et fratres predicti super premissis infamia laborarent; dilecto filio nostro Petro tituli Sancte Praxedis Presbitero, et bone memorie Johanni Sancti Theodori Diacono tunc viuenti, Cardinalibus commisimus oraculo viue vocis, vt se super hoc apud sedem ipsam plenius informarent, nobisque referrent, que per informationem huiusmodi reperient; ac deinde per eos super huiusmodi infamia informatione recepta, dictoque Johanne postmodum,

sicut Domino placuit, de hac luce subtracto, ipsoque Petro Cardinalibus se de speciali mandato nostro de Romana Curia pro certis arduis negocijs absentante, demum venerabilis frater noster Johannes Episcopus Portuensis de speciali mandato per nos viue vocis oraculo sibi facto de informatione huiusmodi per dictos Cardinales, vt prefertur, recepta, cuius acta sibi fecimus assignare, fecit in Consistorio coram nobis et dictis fratribus nostris relationem plenariam et fidelem. Et quia per relationem huiusmodi nobis constat, quod Magister et fratres predicti super premissis noscuntur infamia laborare, nos nolentes nec valentes illa, si vera sint, salua conscientia, conniuentibus oculis pertransire, quin contra inuasores, occupatores, incendiarios, sacrilegos, et malefactores huiusmodi, prout predictorum excessuum enormitates exposcunt, ne ipsorum impunitas alijs in exemplum transeat, debite procedamus: discretioni vestre de dictorum fratrum nostrorum consilio per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, incendiarios ecclesiarum predictarum cuiuscunque status, ordinis et conditionis existant, auctoritate nostra in Ecclesijs et locis alijs, vbi expedire videritis, generaliter excommunicatos publice nuntietis, et faciatis per alios nuntiari; quorum absolutionem Sedi predicte duximus specialiter reseruandam; ac deinde de predictis inuasionibus, occupationibus et incendijs siue dampnis, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicij, vocatis qui fuerunt euocandi, informari curetis; et si uobis constiterit legittime de inuasionibus, occupationibus, dampnis et incendijs supradictis, et personis que talia perpetrarunt, eosdem incendiarios nominatim excommunicatos publice nuntietis, diebus dominicis et festiuis, et per alios in locis, vbi expedire videritis, nuntiari faciatis, et ab omnibus artius euitari; et tam eos, quam alios inuasores et occupatores ad reedificationem ecclesiarum, per eos vel occasione ipsorum, vt premittitur, destructarum, et satisfactionem ac emendationem aliorum bonorum immobilium, nec non ad restitutionem plenariam dictarum terrarum cum fructibus inde perceptis et rerum mobilium exinde ablatarum seu amissarum, vel solutionem extimationis ipsarum rerum mobilium, seu emandationem damp-

norum super dictis bonis immobilibus illatorum, taxatione per vos prius facta, de dictis bonis mobilibus pro personarum et negotij qualitate ac valore seu extimatione ipsorum mobilium ablatorum seu incensorum et deperditorum, vbi ipsorum mobilium valor seu extimatio aliter probari non poterit, iuramento eiusdem Regis et aliorum, qui pertnlerunt dampna huiusmodi, declaranda, eisdem Regi et alijs dampna passis integraliter faciendam, nullo super hoc eisdem inuasoribus, occupatoribus, incendiarijs, raptoribus et dampnorum illatoribus appellationis suffragante remedio, sententialiter condempnetis; huiusmodi sententiam, quam super premissis proferri contigerit, executioni debite demandates; contradictoras quoslibet et rebelles cuiuscunque status, dignitatis, ordinis vel conditionis extiterint, per excommunicationis et suspensionis in personas, ac interdicti in terras seu Ecclesias eorundem, ac Vniuersitates seu Communitates earumdem terrarum, et alia iuris remedia, prout expedire videritis, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ne aliquis extra suam Ciuitatem et Diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis vltra vnam dietam a fine sue Diocesis, ad Judicium euocetur; seu ne Judices a Sede deputati predicta extra Ciuitatem et Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij uel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam a fine Diocesis eorundem trahere presumant, ac de duabus dictis in Consilio Generali, et alijs quibuscunque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis, quam de personis, vltra certum numerum ad Judicium non vocandis, aut alijs editis, que nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, aut eius libero exercitio quomodolibet obuiare, seu in eisdem Magistro et fratribus, vel quibusvis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel eorum Ecclesie, Ciuitates, Castra et loca, ecclesiastico subici interdicto, seu quod vltra vel extra certa loca ad Judicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, eorumque

locis, personis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et quibuslibet alijs priuilegijs indulgentijs et literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta nostre Jurisdictionis explicatio in hac parte quomodolibet valeat impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Ceterum volumus et Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico prepeditus, quodque vobis et vtrique vestrum a data presentium sit in premissis omnibus et eorum singulis perpetua potestas et jurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possit in premissis omnibus et singulis, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et jurisdietio nostra super premissis omnibus et eorum singulis per citationem vel modum alium perpetuata legittimum extitisset, quacunque constitutione non obstante. Quod si prefati Magister et fratres in hac parte processibus vestris efficaciter parere non curauerint, et etiam obedire; eos ex parte nostra peremptorie citetis, vt infra semestris temporis spatium post citationem vestram huiusmodi cum omnibus eorum et dicte Domus exemptionum priuilegijs, si qua habent ijdem, videlicet Magister et fratres, quos per informationem huiusmodi principales et precipuos repereritis predictorum excessuum patratores personaliter, alij vero per procuratorem seu procuratores ydoneos, plenum et sufficiens mandatum, ac plenam et liberam potestatem habentem seu habentes, ad obediendum et parendum eorum nomine et pro parte sua, super premissis Apostolicis ordinationibus, beneplacitis et mandatis, Apostolico conspectui se presentent, hijs que super premissis iudicio vel concordia, iniungenda, ac statuenda duxerimus, plenarie parituri, et aliter facturi et recepturi, quod de Sedis eiusdem processerit beneplacito voluntatis. Alioquin nisi comparuerint et dicta priuilegia portauerint, illa dicta Sedi Apostolice ostensuri, ex tunc priuilegia ipsa suspendimus, et ipsos interim suis Ordinarijs volumus esse subiectos, ac nichilominus contra eos,

prout justum fuerit et expedire viderimus, procedemus eorum absentia non obstante. Ceterum si forte prefatos Magistrum et fratres per uos vel alium seu alios ausi non fueritis in Domibus seu domicilijs eorundem citare, vel ipsi impedimentum prestiterint ne citari valeant in eisdem, volumus et decernimus, vobis et cuilibet vestrum presentium auctoritate licere ipsos diebus aliquibus dominicis vel festiuis, cum populus conuenerit ad Divina, vt sic facta citatio ad eos peruenire verisimiliter presumatur, citare vel citari facere, publice in Ecclesijs Ciuitatum vel locorum insignium magis vicinorum, in quibus possitis tute morari, et deinde procedere contra illos, siue citati taliter statuto ipsis peremptorio termino competenti, coram vobis compareant, siue comparere contempnant, juxta formam presentium, ac si citati alias legittime extitissent. Quem quidem citationis modum vobis sit licitum obseruare, etiam in alijs citationibus faciendis de illis seu contra eos, vt coram vobis debeant, vt premittitur, comparere; quas quidem citationes ita volumus et decernimus eosdem artare citatos, ac si eos personaliter comprehendissent, et in eorum presentia facte essent, quacunque constitutione contraria non obstante; diem vero citationis, per quam predicti Magister et fratres citati fuerint, vt coram nobis, vt premittitur, debeant comparere, ac formam, et quicquid super premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras vel instrumentum publicum harum seriem continentia, fideliter intimari curetis. Datum Auinione, IV. nonis Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

(XII. Benedek pápa regestakönyveiből.)

359.

A velenczei kormány gróf Frangepán Duymot Velenczébe idézi. 1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. die VIII. Junii. Capta: Quod scribatur ser Michaeli Georgio ambaxiatori, quod faciat preceptum Comiti Doymo veniendi ad nostram presentiam stb.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVIII. köt. 40. lev.)

360.

A spalotai érsek, s Mladin és Nelipcs grófok kibékülésének folytán a velenczei kormány határazata. 1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. die XXIII. Julii. Capta: Quia vir nobilis Andreas Cornario Comes Spalati nobis scripsit, quod Christi gratia discordia sedata est inter Archiepiscopum Spalati et Comitem Mladinum de Clisa et Comitem Nelipcium de Tininio, ob quam discordiam XVI de gentibus dicti Comitis Mladeni per Commune Spalati propter quandam derobationem factam per ipsos in una villarum dicti Archiepiscopatus vocata Sanctus Georgius fuerunt condempnati ad penam furcarum, et quidem intimus Comitis Neliptii nomine Boydanus similiter per contumaciam exbannitus et condempnatus fuit ad amputationem manus; et quia pro coroboracione concordie inde facte petitur, quod banniti huiusmodi de bannis et condempnatione antedictis cancellentur, quod fieri nequit sine nostro mandato: vadit pars, quod committatur nostro Comiti antedicto, quod factum ipsum de cancellando predictos proponat in Consilio Generali Spalati, et si erit in consciencia de cancellando predictos, et maior pars Consilii antedicti sic congregati, id possint facere nostra auctoritate presenti, et habeat roboris firmitatem.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XVIII. köt. 51. lev.)

361.

A német rendnek óvástétele a De Carceribus Galhard titeli prépost és Gerváz Péter aniciai kanonok mint apostoli nunciusok által a közte és a lengyel király közti perben történendő itélethozása ellen, felebbezéssel együtt. 1339.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, indiccione septima quarto die mensis Februarii hora quasi tercia, in domo Advocati Ciuitatis Warschovie Poznaniensis Dyocessis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri domini

trum et fratres Ordinis Hospitalis Beate Marie Domus Theutonicorum Jerusalem super terra Culmensi, et Castro Nessow, et Curiis Orlow et Murin seu Pomerania, aut Michalouiensi, ceterisque bonis per predictos fratres habitis iuste et rationabiliter possessis ante motam gwerram, et Illustrem Principem recolende memorie dominum Wladislaum Regem Polonie, et venerabiles viros Magistrum Generalem et fratres predictos nobis ipso viuente forte impeteret, seu actionem contra eos in Spirituali Judicio seu seculari, seu per alias vias quascunque instauraret, vel forte eos occasione dictarum terrarum per violenciam, oppressionem, potenciam opprimeret: promittimus pro nobis et omnibus nostris amicis et fidelibus, quod nos huiusmodi impeticiones, acciones, seu accionum instauraciones et violentas potencie oppressiones penitus sedare et disbrigare debemus bona fide, fraude et dolo omnimo remotis in omnibus supradictis. In quorum stb.

Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie ad extirpandam omnem materiam, que contencionis seu dubii rancorem inter Reuerendum dominum Magistrum Generalem et fratres ipsius ex vna parte, et nos nostrosque successores ex altera forsitan esset in posterum paritura, presentis scripti testimonio, ex certa sciencia promittimus, errore mentis aliquo non seducti, a Serenissimo Principe domino Karolo Rege Vngarie nostro sororio, ac a generosa domina conthorali ipsius Regina, sorore nostra karissima, dicto Reuerendo domino Magistro Generali et fratribus ipsius bonas patentes litteras optinere; quibus dicti incliti dominus Rex et Regina Vngarie, tam pro se quam pro heredibus vtriusque sexus et successoribus suis, fraude et dolo exclusis, renunciare debent expresse impeticioni, repeticioni, accioni, exceptioni, omnique iuri seu iuribus, si ipsis competere poterunt post mortem nostram super terris, territoriis seu districtibus Culmensi, Pomerania, Nessow et Curiis Orlow, Muryn, et aliis possessionibus ante motam gwerram per predictos Magistrum et fratres iuste habitis et possessis. In quorum stb.

Nos Karolus Dei gracia Rex Vngarie, et Elizabeth eiusdem Regni Regina conthoralis ipsius legittima, ad vniuersosorum cognicionem deducimus ac publice protestamur, quod

Illustris Princeps Kazimirus Rex Polonie cum venerabilibus et religiosis viris Magistro Generali et fratribus Ordinis Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerusalem pacem perpetuam et concordiam fecit, ratificauit, approbauit et confirmauit; donacionem factam per suos progenitores super terra Culmensi et Castro Nessow, et Curiis Orlow et Morin; nec non renunciauit terre Pomeranie cum omnibus iuribus, proprietatibus, libertatibus, consuetudinibus et pertinenciis suis, et alia bona et possessiones quascunque eo modo et iure, sicut eas ante motam gwerram possèderunt, confirmauit; renuncians omni iuri, accioni, impeticioni, que sibi aut suis heredibus et successoribus vniuersis stb. prefatas donaciones, ratihabicionem, approbacionem et confirmacionem, ac renunciacionem supradictas ratificamus et presentibus approbamus. Preterea si contigerit dictum dominum Regem Polonie sine heredibus vtriusque sexus decedere, quod absit, ab hac luce; si extunc quidquam iuris ad predictas terras, seu quamlibet eius partem nobis, nostris heredibus aut successoribus competeret, illis exnunc pro nobis, nostris heredibus et successoribus vniuersis expresse renunciamus pure, simpliciter et in totum. In cuius rei tęstimonium etc.

Actum et datum in ciuitate Wladislauiensi iuniore anno Domini M°CCC°XXX° septimo indictione quinta in die tali Presentibus Venerabilibus stb.

Horum omnium negociorum premissorum dominus Johannes Rex Bohemie ordinator fuit atque gestor.

Et ego Wilako quondam Johannis de Wroczimonicz Cracouiensis Diocesis Publicus auctoritate Imperali Notarius stb.

Et ego Hermanus quondam Rotthmann de Thorun clericus Culmensis Dyocesis Publicus auctoritate Imperiali Notarius stb.

(Eredetie bőrhártyán, melytől Kazimir lengyel királynak és Altenburgi Detre a német rend főmesterének pecsétjei függnek, a német rendnek königsbergi titkos levéltárában.)

355.

Lajos bolgár herczeg Robert siciliai királynak udvarában. 1338.

Robertus etc. Thesaurariis etc. fidelitati vestre precipimus, quatenus Spectabili Lodoyco filio Incliti Imperatoris Bulgarie nepoti nostro carissimo ad nos pridem venienti, quem in comitiua nostra prouidimus moraturum, vncias auri X ponderis generalis mense quolibet in principio mensis, quas ei pro expensis suis et familie sue mense quolibet vsque ad beneplacitum prouidimus exhiberi de quacunque pecunia etc. soluere et exhibere curetis, et recipiatis ab eo exinde singulis vicibus apodixas. Datum Neapoli anno Domini M° CCC° XXXVIII° die XII° mensis Januarij VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« H. 279. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 109. ev., u. o.)

356.

Bolgár követség Siciliában. 1338.

— — Et Boclos Lau et sociis eius septem nunciis Spectabilis Imperatricis Bulgarie redituris ad eandem Imperatricem, quas eis pro expensis et equitaturis eorum gratiose exhiberi providimus — — — — — — — — — — vncie sex. V. Aprilis VI. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 314. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 66. lev.; u. o.)

357.

Robert siciliai királynak engedélye, hogy Siciliából élelmek kivittethessenek Anna bolgár császárné számára. 1338.

Pro Imperatrice Bulgarorum.

Robertus etc. Magistris Portulanis Apulie fidelibus suis etc. Quia donauimus nouiter Excellenti Principisse domine Agne Imperatrici Bulgarorum, consobrine nostre carissime, de frumento Massariarum nostrarum Apulie frumenti salmas quingentas ad generalem Regni mensuram de thumunis octo per salmam, quas ad terram Ragusij de partibus Sclauonie, vbi habet aliquo tempore cum sua familia commorari, pro vsu suo dicteque familie volumus deportarj: fidelitati vestre precipimus, quatenus nuncium prefate Imperatricis presentes vobis licteras assignantem extrahere seu extrahi facere de portubus jurisdictionis vestre licitis et permissis ad extractionem victualium deputatis predictas frumenti salmas quingentas ad predictam generalem mensuram, ferendas abinde per mare extra Regnum cum vase seu vasis competentibus ad predictam terram Ragusij, et exonerandas ibidem, libere a jure quolibet exiture, vicesime et tareni, sine contradictione qualibet permictatis, cum jus ipsum etc. Datum Neapolj in Camera nostra anno Dominj M° CCC° XXXVIII° die V° Julij VI. indictionis Regnorum nostrorum anno XXX.

(A »Registri Angioini« X. 309. sz. Reg. Roberti R. kötetéből 241. lev.: u. o.)

358.

XII. Benedek pápa De Carceribus Galhard titeli prépostot, és Gerváz Péter aniciai kanonokot küldi ki bíráknak a lengyel király és a német rend közti perben. 1338.

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Magistris Galhardo de Carceribus, Preposito Titulensi Colocensis Diocesis, et Petro Geruasij Canonico Aniciensis Eccle-

siarum, Apostolice Sedis Nuntijs, salutem et Apostolicam benedictionem. Querelam grauem pro parte karissimi in Christo filii nostri Kasimiri Regis Polonie Illustris in Consistorio coram nobis et fratribus nostris propositam audiuimus continentem, quod olim Magister et fratres Domus Beate Marie Theutonicorum, qui tunc erant in Pruscie partibus commorantes, nonnullus terras et dominia infra Regnum suum Polonie consistentia, videlicet Culmensem et Pomeranie, dudum, necnon a paucis citra temporibus Magister qui tunc erat et fratres dicte Domus, Vladislauiensem, Brestensem, Dobrinensem et Michalouiensem terras ad Regem et progenitorem eius de jure spectantes, infra Regnum ipsum consistentes, non siue magna strage Christi fidelium et concrematione centum ecclesiarum vel circa, hostiliter inuaserunt, et per violentiam occuparunt, et adhuc de facto detinent occupatas in animarum ipsorum perniciem, ipsius Regis, ad quem ratione dicti Regni sui dicte terre, vt premittitur, spectare noscuntur, sicut etiam per sententiam latam super dicta terra Pomeranie per certos Judices delegatos per felicis recordacionis Johannem Papam XXII. predecessorum nostrum, dum adhuc ageret in humanis, et instantiam clare memorie Wladislai Regis Polonie tunc viuentis genitoris Kasimiri Regis predicti deputatos ab olim dicitur liquido apparere, ac dicti Regni, quod est Ecclesie Romane censuale, quodque post Deum nullum preter ipsam Ecclesiam recognoscit superiorem in terris, necnon et eiusdem Ecclesie Romane, que propterea censu, qui denarius Beati Petri dicitur, eidem Ecclesie in ipso Regno debito multipliciter existit defraudata, graue preiudicium atque dampnum. Supplicatum igitur nobis pro parte dicti Regis, vt prouidere super hijs de oportuno remedio curaremus, nos apud Sedem Apostolicam informari volentes, an Magister et fratres predicti super premissis infamia laborarent; dilecto filio nostro Petro tituli Sancte Praxedis Presbitero, et bone memorie Johanni Sancti Theodori Diacono tunc viuenti, Cardinalibus commisimus oraculo viue vocis, vt se super hoc apud sedem ipsam plenius informarent, nobisque referrent, que per informationem huiusmodi reperient; ac deinde per eos super huiusmodi infamia informatione recepta, dictoque Johanne postmodum,

sicut Domino placuit, de hac luce subtracto, ipsoque Petro Cardinalibus se de speciali mandato nostro de Romana Curia pro certis arduis negocijs absentante, demum venerabilis frater noster Johannes Episcopus Portuensis de speciali mandato per nos viue vocis oraculo sibi facto de informatione huiusmodi per dictos Cardinales, vt prefertur, recepta, cuius acta sibi fecimus assignare, fecit in Consistorio coram nobis et dictis fratribus nostris relationem plenariam et fidelem. Et quia per relationem huiusmodi nobis constat, quod Magister et fratres predicti super premissis noscuntur infamia laborare, nos nolentes nec valentes illa, si vera sint, salua conscientia, conniuentibus oculis pertransire, quin contra inuasores, occupatores, incendiarios, sacrilegos, et malefactores huiusmodi, prout predictorum excessuum enormitates exposcunt, ne ipsorum impunitas alijs in exemplum transeat, debite procedamus: discretioni vestre de dictorum fratrum nostrorum consilio per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, incendiarios ecclesiarum predictarum cuiuscunque status, ordinis et conditionis existant, auctoritate nostra in Ecclesijs et locis alijs, vbi expedire videritis, generaliter excommunicatos publice nuntietis, et faciatis per alios nuntiari; quorum absolutionem Sedi predicte duximus specialiter reseruandam; ac deinde de predictis inuasionibus, occupationibus et incendijs siue dampnis, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicij, vocatis qui fuerunt euocandi, informari curetis; et si uobis constiterit legittime de inuasionibus, occupationibus, dampnis et incendijs supradictis, et personis que talia perpetrarunt, eosdem incendiarios nominatim excommunicatos publice nuntietis, diebus dominicis et festiuis, et per alios in locis, vbi expedire videritis, nuntiari faciatis, et ab omnibus artius euitari; et tam eos, quam alios inuasores et occupatores ad reedificationem ecclesiarum, per eos vel occasione ipsorum, vt premittitur, destructarum, et satisfactionem ac emendationem aliorum bonorum immobilium, nec non ad restitutionem plenariam dictarum terrarum cum fructibus inde perceptis et rerum mobilium exinde ablatarum seu amissarum, vel solutionem extimationis ipsarum rerum mobilium, seu emandationem damp-

norum super dictis bonis immobilibus illatorum, taxatione per vos prius facta, de dictis bonis mobilibus pro personarum et negotij qualitate ac valore seu extimatione ipsorum mobilium ablatorum seu incensorum et deperditorum, vbi ipsorum mobilium valor seu extimatio aliter probari non poterit, iuramento eiusdem Regis et aliorum, qui pertulerunt dampna huiusmodi, declaranda, eisdem Regi et alijs dampna passis integraliter faciendam, nullo super hoc eisdem inuasoribus, occupatoribus, incendiarijs, raptoribus et dampnorum illatoribus appellationis suffragante remedio, sententialiter condempnetis; huiusmodi sententiam, quam super premissis proferri contigerit, executioni debite demandates; contradictoras quoslibet et rebelles cuiuscunque status, dignitatis, ordinis vel conditionis extiterint, per excommunicationis et suspensionis in personas, ac interdicti in terras seu Ecclesias eorundem, ac Vniuersitates seu Communitates earumdem terrarum, et alia iuris remedia, prout expedire videritis, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ne aliquis extra suam Ciuitatem et Diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis vltra vnam dietam a fine sue Diocesis, ad Judicium euocetur; seu ne Judices a Sede deputati predicta extra Ciuitatem et Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij uel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam a fine Diocesis eorundem trahere presumant, ac de duabus dictis in Consilio Generali, et alijs quibuscunque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis, quam de personis, vltra certum numerum ad Judicium non vocandis, aut alijs editis, que nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, aut eius libero exercitio quomodolibet obuiare, seu in eisdem Magistro et fratribus, vel quibusvis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel eorum Ecclesie, Ciuitates, Castra et loca, ecclesiastico subici interdicto, seu quod vltra vel extra certa loca ad Judicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, eorumque

locis, personis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et quibuslibet alijs priuilegijs indulgentijs et literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta nostre Jurisdictionis explicatio in hac parte quomodolibet valeat impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Ceterum volumus et Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico prepeditus, quodque vobis et vtrique vestrum a data presentium sit in premissis omnibus et eorum singulis perpetua potestas et jurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possit in premissis omnibus et singulis, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et jurisdietio nostra super premissis omnibus et eorum singulis per citationem vel modum alium perpetuata legittimum extitisset, quacunque constitutione non obstante. Quod si prefati Magister et fratres in hac parte processibus vestris efficaciter parere non curauerint, et etiam obedire; eos ex parte nostra peremptorie citetis, vt infra semestris temporis spatium post citationem vestram huiusmodi cum omnibus eorum et dicte Domus exemptionum priuilegijs, si qua habent ijdem, videlicet Magister et fratres, quos per informationem huiusmodi principales et precipuos repereritis predictorum excessuum patratores personaliter, alij vero per procuratorem seu procuratores ydoneos, plenum et sufficiens mandatum, ac plenam et liberam potestatem habentem seu habentes, ad obediendum et parendum eorum nomine et pro parte sua, super premissis Apostolicis ordinationibus, beneplacitis et mandatis, Apostolico conspectui se presentent, hijs que super premissis iudicio vel concordia, iniungenda, ac statuenda duxerimus, plenarie parituri, et aliter facturi et recepturi, quod de Sedis eiusdem processerit beneplacito voluntatis. Alioquin nisi comparuerint et dicta priuilegia portauerint, illa dicta Sedi Apostolice ostensuri, ex tunc priuilegia ipsa suspendimus, et ipsos interim suis Ordinarijs volumus esse subiectos, ac nichilominus contra eos,

prout justum fuerit et expedire viderimus, procedemus eorum absentia non obstante. Ceterum si forte prefatos Magistrum et fratres per uos vel alium seu alios ausi non fueritis in Domibus seu domicilijs eorundem citare, vel ipsi impedimentum prestiterint ne citari valeant in eisdem, volumus et decernimus, vobis et cuilibet vestrum presentium auctoritate licere ipsos diebus aliquibus dominicis vel festiuis, cum populus conuenerit ad Divina, vt sic facta citatio ad eos peruenire verisimiliter presumatur, citare vel citari facere, publice in Ecclesijs Ciuitatum vel locorum insignium magis vicinorum, in quibus possitis tute morari, et deinde procedere contra illos, siue citati taliter statuto ipsis peremptorio termino competenti, coram vobis compareant, siue comparere contempnant, juxta formam presentium, ac si citati alias legittime extitissent. Quem quidem citationis modum vobis sit licitum obseruare, etiam in alijs citationibus faciendis de illis seu contra eos, vt coram vobis debeant, vt premittitur, comparere; quas quidem citationes ita volumus et decernimus eosdem artare citatos, ac si eos personaliter comprehendissent, et in eorum presentia facte essent, quacunque constitutione contraria non obstante; diem vero citationis, per quam predicti Magister et fratres citati fuerint, vt coram nobis, vt premittitur, debeant comparere, ac formam, et quicquid super premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras vel instrumentum publicum harum seriem continentia, fideliter intimari curetis. Datum Auinione, IV. nonis Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

(XII. Benedek pápa regestakönyveiből.)

359.

A velenczei kormány gróf Frangepán Duymot Velenczébe idézi. 1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. die VIII. Junii. Capta: Quod scribatur ser Michaeli Georgio ambaxiatori, quod faciat preceptum Comiti Doymo veniendi ad nostram presentiam stb.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVIII. köt. 40. lev.)

360.

A spalotai érsek, s Mladin és Nelipcs grófok kibékülésének folytán a velenczei kormány határazata. 1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. die XXIII. Julii. Capta: Quia vir nobilis Andreas Cornario Comes Spalati nobis scripsit, quod Christi gratia discordia sedata est inter Archiepiscopum Spalati et Comitem Mladinum de Clisa et Comitem Nelipcium de Tininio, ob quam discordiam XVI de gentibus dicti Comitis Mladeni per Commune Spalati propter quandam derobationem factam per ipsos in una villarum dicti Archiepiscopatus vocata Sanctus Georgius fuerunt condempnati ad penam furcarum, et quidem intimus Comitis Neliptii nomine Boydanus similiter per contumaciam exbannitus et condempnatus fuit ad amputationem manus; et quia pro coroboracione concordie inde facte petitur, quod banniti huiusmodi de bannis et condempnatione antedictis cancellentur, quod fieri nequit sine nostro mandato: vadit pars, quod committatur nostro Comiti antedicto, quod factum ipsum de cancellando predictos proponat in Consilio Generali Spalati, et si erit in consciencia de cancellando predictos, et maior pars Consilii antedicti sic congregati, id possint facere nostra auctoritate presenti, et habeat roboris firmitatem.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XVIII. köt. 51. lev.)

361.

A német rendnek óvástétele a De Carceribus Galhard titeli prépost és Gerváz Péter aniciai kanonok mint apostoli nunciusok által a közte és a lengyel király közti perben történendő itélethozása ellen, felebbezéssel együtt. 1339.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, indiccione septima quarto die mensis Februarii hora quasi tercia, in domo Advocati Ciuitatis Warschovie Poznaniensis Dyocessis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri domini

Benedicti Pape Duodecimi anno quinto. In presencia nostra Notarii infrascripti et testium subscriptorum coram Reverendis viris dominis Galhardo de Carceribus Preposito Tytulensi, ac Petro Gervasii Canonico Aniciensi constituti honorabiles et discreti viri ac domini Magister Martinns Canonicus Ecclesie Warmiensis et Plebanus Elbingensis, Jacobus Plebanus in Arnoldisdorf Culmensis Dyocesis, Magister Bando Clericus Pomezaniensis Dyocesis, protestaciones fecerunt Magistro Martino prefato dicente: Reverendi Domini. Nos protestamur, quod quidquid pro parte dominorum nostrorum coram vobis facturi vel dicturi sumus, per hoc non intendimus in vos tanquam in Judices consentire, nec per ea, que coram vobis per nos inantea fient vel fieri contingent, intendimus recedere a prefactis. Et paulo post dominus Jacobus predictus quandam appellationem, alias per eum interpositam innovavit et denuo interposuit, et apostolos primo secundo et tercio, et cum instancia peciit. Tenor autem appellacionis sequitur in hec verba.

In nomine Domini Amen. Cum in oppressorum subsidium appellacionis remedium sit provide per Sacros Canones institutum, idcirco ego Jacobus Plebanus in Arnoldisdorf Culmensis Dyocesis, procurator et nuncius specialis Magnifici et Religiosi domini Theoderici de Aldenburg Ordinis Hospitalis Sancte Marie Domus Thewtonicorum Jerusalem Magistri Generalis; ac Conpreceptorum et fratrum suorum nomine procuratorio constitutus coram vobis honorabilibus et Reverendis viris et dominis Galhardo de Carceribus Preposito Tytulensi, ac Petro Gervasii Canonico Aniciensi, salvis protestacionibus quas premisi, propono et dico, quod vos in causis, que vobis a Sanctissimo Patre et Domino, domino Benedicto Papa Duodecimo ad supplicaciones et suggestiones Magnifici Principis domini Kazimiri Regis Polonie; necnon Reverendi patris domini Janizlai Archiepiscpi Gneznensis commisisse dicentur: licet ob reverenciam Sedis Apostolice ipsas commissiones vos necessario habebatis suscipere; tamen non debebatis ipsas tam faciliter admittere, nec eas in detraccionem fame dominorum meorum, maxime eis non vocatis nee per contumaciam absentibus publicare facere, nec earum vir-

tute vobis partes iudicis ulteriores assumere, nec vigore aut occasione earum contra dictos dominos meos procedere quoquomodo. Quia heedem commissiones sunt invalide, nulle et nullius vigoris ex causis et racionibus infrascriptis: Primo quia dominus Kazimirus Rex Polonie, ante tempus et tempore impetracionis Apostolicarum litterarum extitit et est excommunicacionum sentenciis multipliciter irretitus ex eo, quod ipse dominum Johannem presbyterum, qui dicitur Lector Cypzensis, violenter capi, incarcerari et per aliquot dies captum in vinculis detineri fecit, mandavit seu ratum habuit. Item tempore quo domini mei Magister et fratres Ordinis supradicti cum sua potencia, et cum auxilio Magnifici Principis domini Johannis Regis Bohemie, qui protunc devocionis causa peregrinando in Prusyam advenerat, in terris infidelium paganorum pro utilitate publica fidei Catholice strenue laborando agereut, idem dominus Kazimirus Rex predictus cum patre suo quondam domino Wladisslao, et cum subditis et vasallis domini Janizlai Archiepiscopi et Ecclesie Gneznensis, de consilio, assensu ac mandato eiusdem Archiepiscopi Terram Culmensem predictorum Magistri et fratrum, ac domini Culmensis Episcopi, violenter intravit, et eam rapinis et incendiis crudeliter devastavit, libertates et privilegia dictis Magistro et fratribus ab Apostolica Sede indulta temere violando. Ex quorum violacione, non est dubium, dictos Regem et Archiepiscopum ipso facto excommunicacionum sententias latas a Sanctissimis Patribus et dominis quondam Honorio et Alexandro Romanis Pontificibus, et a Canone »Si quis suadente«, et aliis iuribus incidisse. Item postea idem dominus Kazimirus Rex predictus cum quondam suo patre predicto de consilio et cum auxilio dicti domini Gneznensis Archiepiscopi, adiunctis sibi paganis infidelibus in detrimentum populi Christiani et obrobrium fidei Catholice terras dominorum Magistri et fratrum predictorum, ac domini Culmensis Episcopi; videlicet Culmensem, Luboviensem, rapinis et incendiis cum hostili crudelitate vastavit, et innumeros utriusque sexus homines tam clericos quam laicos per manus execrabilium paganorum, quos iidem Rex et Archiepiscopus advocaverant quosdam abduci fecit, quosdam vero crudeliter trucidare.

Quare non est dubium, ipsos dictas excommunicacionum sentencias incidisse. Esto preterea, sine preiudicio tamen dominorum meorum, quod non obstantibus racionibus supradictis ipse commissiones essent alique; adhuc dico, quod vos domini supradicti, non debetis ad earum exequucionem procedere ex causis et racionibus que sequuntur. Quia licet dissensio et controversia inter dictum Regem Polonie et Archiepiscopum Gneznensem ac subditos eorum incolas Regni Polonie ex una; dominosque meos Magistrum et fratres Ordinis supradicti parte ex altera aliquamdiu durasset; postea tamen per Magnificos Principes dominos Karolum Vngarie et Johannem Bohemie Reges, veros et legittimos eiusdem dissensionis arbitros et amicabiles compositores ad hoc electos a partibus super omnibus dissensionibus, controversiis, dampnis et iniuriis hincinde tempore guerrarum illatis, ordinacio pacis, concordie, remissionis et finis facta fuit. Primo in Regno Vngarie, et postmodum mediante iam dicto Rege Bohemie in Regno Polonie innovata et consumata fuit. Et insuper iuramentis, per prefatos Regem Polonie scilicet et Magistrum corporaliter prestitis solidata; ubi dominus Archiepiscopus Gneznensis pro se et aliis sibi Metropolico iure subiectis presens fuit, et ordinacionem factam laudavit, eiusque innovacionem, consumacionem ac remissionem omnimodam suasit fieri fatisque consensit, ac pactum de non petendo fecit; et expresse omni accioni et impeticioni sibi super dampnis et iniuriis competentibus renunciavit, et litteras renunciacionis huiusmodi dare promisit, quas eciam idem dominus Archiepiscopus se dedisse domino Regi Polonie dictis fratribus presentandas postmodum publice fassus fuit; et super premissis omnibus inviolabiliter observandis idem dominus Archiepiscopus manum suam in signum fidei iuxta morem patrie dedit Magistro et fratribus; ibi eciam dominus Kazimirus Rex Polonie sepedictus terris Culmensi, Pomeranie et Michelovie, ac iuri, si quod super eisdem terris sibi competeret, prout ipse idem in Vngaria coram dictis Principibus Vngarie et Bohemie Regibus prius fecerat, expresse et in totum renunciavit, nichil iuris aut dominii in eisdem terris sibi aut suis successoribus retinendo. Approbavit eciam et

innovavit Rex Polonie predictus pro se et incolis Regni sui tam clericis quam laicis compensacionem a dictis Vngarie et Bohemie Regibus factam super omnibus dampnis et iniuriis tempore guerre inter eundem Regem et dominos meos Magistrum et fratres suosque subditos utrimque habitis; cui approbacioni et innovacioni dictus dominus Archiepiscopus manifeste consensit. Et quia de ordinacione huius eiusque consumacione factis tam sollempniter in inpetracione commissionum premissarum ad vos optentarum, nulla fuit facta mencio: patet, quod ipse sunt subrepticie, quia snnt super re transacta et omnimodo finita ac tacita veritete optente. Item in impetracione earumdem commissionum manifesta falsitas est expressa, ubi dicitur quod Magister et fratres terras Culmensem, Pomeranie et Michelovie per violenciam occuparunt et detinent occupatas; quia notorie constat omnibus, quod domini mei Magister et fratres Ordinis supradicti easdem terras bona fide et iusto titulo sunt adepti, et adeptas seu habitas legittime longis temporibus possederunt. Et insuper dictus Rex Polonie non solum eisdem terris, ut predicitur, plene et in totum renunciavit; verum eciam omnibus privilegiis et litteris impetratis et eciam inpetrandis, omnique alii iuris auxilio, quo de facto eciam posset contra dictam ordinacionem in toto vel in parte veniri, promittens pro se et successoribus suis ac incolis Regni sui, tam clericis quam laycis, dicto domino Archiepiscopo tunc presente, consenciente ac ratificante, contra ordinacionem, eius consumacionem et renunciacionem huius de iure vel de facto in toto vel in parte per se vel alium non venire. Et super hiis omnibus observandis idem dominus Kazimirus Rex Polonie corporale prestitit iuramentum in presencia multitudinis copiose, prout hec apparent per publica instrumenta, et adeo sunt notoria, quod nulla possunt tergiversacione celari. Vnde si premissa vel eorum aliquod domino Pape fuisset expressum; ipse dictis Regi et Archiepiscopo suas utique litteras denegasset. Ex quo patet, quod dicte commissiones et littere Apostolice sunt expressa falsitate, ac veritate tacita impetrate, et sunt subrepticie, invalide, nulle et nullius vigoris; et per consequens nulla vobis per eas aut earum virtute seu occasione potuit aut debuit iurisdiccio

aut aliqualis iudicandi seu exequendi facultas attribui vel acquiri. Et quia vos domini supradicti, qui vos presentis cause Commissarios seu Delegatos dicitis, non attentis causis et racionibus prescriptis, quas alias et alibi in vestri absencia, quia vos comode et sine periculo adire non potui, proposui, publicavi et apellavi, vos dictas Commissiones in preiudicium et gravamen dominorum meorum Magistri et fratrum predictorum ac mei eorum nomine suscipientes admisistis, easque in detraccionem fame Magistri,Fratrum et Ordinis prepictornm in Ecclesia Cracoviensi et alibi publice Clero legi ac populo publicari fecistis, permisistis et ratum habuistis, occasione earum vobis iurisdiccionem de facto indebite, quia de iure non potestis, usurpando; in ipsa causa proceditis, vultis et dicitis vos velle procedere, et sic transactum sollempniter ac concorditer finitum negocium retractare disponitis, et viam vultis periuriis apperire. Idcirco Ego Jacobus procurator supradictus constitutus coram vobis, appellacionem alias interpositam innovo, et ex causis premissis et qualibet earum aliisque suo loco et tempore proponendis. Senciens dominos meos Magistrum et fratres sepedictos indebite et iniuste gravatos, timens eciam verisimiliter eos et me eorum nomine inposterum plus gravari, a vobis, vestris iurisdiccionibus, exequucionibus, processibus, gravaminibus illatis, comminatis vel eciam inferendis, ad Sanctissimum Patrem et Dominum nostrum dominum Benedictum Summum Pontificem, et ad Sedem Apostolicam in hiis scriptis provoco et appello, nomine procuratorio quo supra, et nomine omnium dictis dominis meis adherencium, seu adherere volencium, ac nomine omnium quorum interest submittens et subponens dominos meos, statum, bona et iura eorum cum omnibus eis adherentibus proteccioni Sedis Apostolice. Et apostolos michi et dominis meis a vobis traddi et concedi peto primo secundo et tercio, et iterum et cum instancia peto reverenter. Acte sunt hec anno mense die hora loco Pontificatu predictis. Presentibus venerabilibus patricus et dominis Janizlao Archiepiscopo Gneznensi, et Johanne Episcopo Poznaniensis Ecclesiarum, cum quibusdam Ecclesiarum suarum Canonicis; et Clericis Magistro Mathia Archidyacono Ploczensis Ecclesie, Nicolao in

Strosberg Plebano Culmensis Dyocesis, Johanne de Kalicz Plebano Sancti Georgii in Warschovia, Johanne de Ladomiria Presbytero, Bartholomeo Advocato, Herbordo Cive Ciuitatis Warschovie, Jarislao Archidyacono Cracoviensis Ecclesie, et aliis pluribus tam clericis quam laicis fidedignis.

Et Ego Nicolaus quondam Gotschalci de Kopynhaven Clericus Culmensis Dyocesis Publicus Apostolica auctoritate Notarius, presentis appellacionis interposicioni, leccioni, protestacioni et omnibus aliis premissis una cum prescriptis testibus presens fui, et ea vidi et audivi fieri, ac de mandato dicti domini Jacobi fideliter transscripsi, et in hanc puplicam formam redegi nil addens vel minuens, meoque nomine et signo consuetis consignavi rogatus.

(Eredetie a német rendnek königsbergi titkos levéltárában.)

362.

De Carceribus Galhard titeli prépost és Gervaz Péter aniciai kanonok, apostoli nünciusoknak itélete III. Kazimir lengyel király és a német rend közt. 1339.

In nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi, quod nos Galhardus de Carceribus Prepositus Titulensis Colocensis Diocesis, et Petrus Gervasius Canonicus Aniciensis Ecclesiarum, Apostolice Sedis Nuncij et Excutores, et Judices incausa que uertitur inter Magnificum Principem dominumKazimirum Dei gracia Regem Polonie Illustrem ex vna parte; et venerabiles et religiosos uiros Magistrum et fratres Ordinis Domus Beate Marie Theutoricorum in partibus Prussie ex altera, ab eadem Sede Apostolica specialiter deputati pridem recepimus litteras Apostolicas veras et integras, ac omni suspicione carentes, bulla plumbea Sanctissimi Patris et Domini nostri domini Benedicti Diuina prouidentia Pape XII. stb. Quarum quidem litterarum Apostolicarum auctoritate ad instanciam dicti domini Regis seu procuratoris eiusdem predictos Magistrum et fratres dicti Ordinis, ac specialiter et nominatim Aduo-

catos et Commendatores eiusdem Ordinis, videlicet Commendatorem Generalem, Aduocatum Culmensem, ac Commendatores de Thorun, de Grudencz Lipauiensem, Radinensem, Egilpergensem, Golubensem, Strosburgensem, Papouiensem, Wenczlauiensem, ac de antiquo Castro Thorun; et in terra Cuyauie Nessouiensem, Orlouiensem, Murinensem, Brestensem, Coualouiensem, Radzeuiensem et Mosburgensem; et in terra Pomeranie Swecensem, Gdanensem, Tharszouiensem et Camensem; in terra autem Prussie Marienburgensem, Stumensem, Lessinensem, Elbinensem, de Lesk ac Rigensem, ac quoscunque dictarum terrarum Aduocatos et Commendatores coram nobis in Judicium iuxta mandatum Apostolicum ad certum locum et terminum fecimus euocari. Comparentes igitur in Judicio coram nobis loco et termino peremptovio supradictis Magistris Bartholdo de Ratibor jurisperito procuratore dicti domini Regis Polonie nomine procurutorio ipsius stb.; idem procurator libellum seu peticionem suam obtulit in scriptis, petens contra Magistrum et fratres ac Commendatores predictos, uel aliam personam pro ipsis legittime interuenientem procedi per nos iuxta tenorcm petitionis ipsius ac litterarum Apostolicarum contigentiam predictarum (l. 358. sz. a.) Quibus propositis et oblatis comparuit eciam discretus uir dominus Jacobus de Arnoldiuilla Plebanus Culmensis Diocesis procurator et nomine procuratorio Magistri et fratrum, qui stb. protestacione premissa, quod non intendebat in nos consentire tanquam in Judices suos seu dominorum suorum, nec comparere alias coram nobis, ex causis friuolis et minus racionabilibus a nobis ad Sedem Apostolicam appellans, a presentia nostra confestim illicentiatus recessit. Nos vero attendentes, quod in dicta causa predictorum Magistri et fratrum ac Commendatorum, seu procuratoris eorum absentia non obstante, de jure et vigore Apostolici rescripti procedere poteramus, instante procuratore dicti domini Regis per nos procedi in causa predicta petente, petitionem oblatam ipsius pro parte dicti domini Regis recepimus stb. Recepta igitur peticione predicta, prestitoque iuramento de calumpnia et de ueritate dicenda litem animo contestandi per dictum procuratorem dicti domini Regis in contumaciam partis aduerse,

datis eciam articulis et testibus productis et examinatis ipsisque et eorum attestacionibus publicatis, productis eciam instrumentis, quibus vti voluit idem procurator; taudem in causa predicta pro parte dicti domini Regis Polonie per dictum procuratorem ipsius renunciatum extitit et conclusum, et nos in partis alterius contumaciam habuimus pro concluso. Nos itaque visis et auditis informationibus et probacionibs et alijs in dicta causa productis et actitatis, ac juribus cause ipsius, et meritis justicie lente discussis et diligenter examinatis, deliberacione prehabita diligenti nobis cum, et eciam cum peritis, dictisque Magistro et fratribus ac Commendatoribes citatis ad audiendum nostram diffinitiuam sentenciam ad diem presentem, dicto que Magistro Bartholdo procuratore dicti domini Regis Polonie ad hoc in nostra presencia constituto et presente, ac proferri per nos diffinitiuam sentenciam postulante; prefatis Magistro et fratribus ac Commendatoribus contumaciter absentibus, quorum absencia Dei presencia repleatur, Sacrosanctis Dei Euangelijs positis corum nobis, ut nostrum de vultu Dei prodeat judicium et oculi nostri videant equitatem sedentes pro tribunali in loco ad hoc partibus assignato, Dei nomine inucato, qui precepit iuste filios hominum iudicre.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.Quia constat nobis informacione prehabita plenaria et diligenti, ex productis et actitatis et probatis legittime coram nobis pro parte dicti domini Kazimiri Regis Polonie Illustris, et procuratoris ipsius in predicta causa, quod frater Theodoricus de Aldenburg nunc Magister Ordinis Domus Hospitalis Beate Marie Theutonicorum, tunc Mareschalcus fratris Luderi de Brunsuik tunc Magistri Ordinis supradicti, ac Commendatoris et Aduocati Culmensis, de Thorun, de Grudencz, Lipauiensis, Radinensis, Egilpergensis alias dictus de Coprziwnicza, Golubensis, Strosburgensis alias dictus de Brodnicza, Papouiensis, Wenczlauiensis, ac de antiquo castro Thorun; ac de terra Cuyauie Nessouiensis, Orlouiensis, Murinensis, Brestensis, Coualouiensis, Radzeouiensis, et Mosburgensis alias dictus Przedce; ac de terra Pomeranie Swecensis, Gdanensis, Tharszouiensis, Camensis; nec non de terra Prussie Marienburgensis, Stumensis, Lessinensis. Elbinensis, de Lesk et Rigen-

sis, nec non fratres dicti Ordinis predictorum et aliorum locorum parcium predictarum, qui tunc erant cum valido et hostili exercitu et vexillis erectis, timore Dei posposito et dyabolo suadente, Regnum Polonie deuastando, Ecclesias videlicet de Nakel, de Warta, de Szadek, de Baldrzicow, de Conyn, de Slup, de Pobediscz, de Caczewo, nec non Fratrum Minorum et Sancte Crucis in Pisdr igne incenderunt, et ablatis per eos inde primitus libris, calicibus, thesauris, et aliis depositis dictarum Ecclesiarum, eas cum sanctuarijs et sanctorum reliquiis et ymaginibus penitus combuxerunt. Idcirco predictos fratres Theodoricum de Aldenburg Magistrum Generalem nominatim, ac Commendatores et aduocatos ac fratres dicti Ordinis locorum et parcium predictarum, et quoscunque alios, qui dictas Ecclesias incenderunt, et combuxerunt, et quorum occasione incense et combuxte fuerunt, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa denunciamus hijs scriptis excommunicatos, ac per Episcopos et Prelatos et Ecclesiarum Rectores Ciuitatum et Diocesium Gneznensis, Poznanensis, Wladislauiensis, Plocensis et Cracouiensis, ac Lubucensis, Wratislauiensis et Culmensis, sub pena suspensionis ab eorum officijs, in Ecclesijs suis diebus dominicis et festiuis, dum populus ad Diuina conuenerit, mandamus publice nunciari; absolucione ipsorum fratris Theodorici de Aldenburg Magistri, ac Commendatorum et fratrum predictorum, et aliorum dictarum Ecclesiarum incendiariorum Sedi Apostolice tantummodo reseruata, predictos Magistrum, Commendatores et fratres locorum et parcium predictarum dicti Ordinis Domus Beate Marie Theutonicorum de Prussia ad reedificacionem ecclesiarum predictarum per eos vel occasione ipsorum destructarum et combuxtarum, et ad restitucionem et emendacionem aliorum bonorum immobilium hijs scriptis sentencialiter condempnamus. Preterea quia constat nobis prehabita informacione plenaria et diligenti predicta, ex productis et probatis legittime et actitatis coram nobis ex parte dicti domini Regis Polonie in causa predicta per procuratorem ipsius domini Regis, quod terre Culmensis, Pomeranie, Wladislauiensis, Brestensis, Dobrinensis et Michalouiensis, cum suis Ciuitatibus, Castris, opidis et villis, et suis juribus et pertinencijs vniuersis site

sunt infra metas Regni Polonie, et infra ipsum Regnum, et tanquam de Regno et ad ipsum Regnum pertinentes, et Reges et Principes Regni Polonie progenitores dicti domini Kazimiri Regis Polonie Illustris, qui pro tempore fuerunt, eas tenuerunt et possederunt; contatque nobis eciam ex predicta informacione, ex productis et probatis et actitatis coram nobis, quod predicti Magister, Commendatores et fratres, qui pro tempore fuerunt Domus sepedicti Ordinis Beate Marie Theutonicorum de Prussia, sepedictas terras Pomeranie, Brestensem, Wladislauiensem et Dobrinensem cum suis Castris, villis spectantes et pertinentes ad dictum dominum Regem, et ad progenitores ipsius, consistentes infra Regnum Polonie, cum magna strage fidelium, in Dei offensam, ac ipsius domini Kazimiri Regis, et clare memorie domini Wladislai, patris ipsius domini Regis Polonie in iacturam, grauamen et lesionem hostiliter inuaserunt et occuparunt, et adhuc dictus Magister, qui nunc est, Commendatores et fratres predicti Ordinis violenter, et terras Culmensem et Michalouiensem cum suis Ciuitatibus, Castris et villis, ac juribus et pertinencijs vniuersis infra dictum Regnum Polonie consistentes, at ad Regnum ipsum pertinentes, indebite et iniuste detinent occupatas; constat nobis eciam, quod ijdem Magister, Commendatores et fratres dicti Ordinis terram Magne Polonie ad ipsum dominum Regem spectantem, cum valido exercitu hostiliter et vexillis erectis intrantes et inuadentes, terram ipsam, Castra, villas, Ciuitates et opida igne penitus combuxerunt, vastarunt et desolauerunt, videlicet Gnezneusem Ciuitatem Metropolitanam dicti Regni Polonie, Zneynam, Nakel, Lanciciam, Vneyow cum castro, Siradiam cum castro ibidem, Wartam, Szadek, Baldrzicow, Chartholupa, omnes villas in Territorio siue Districtu Kalisiensi, Pisdr cum castro et claustro seu monasterio Fratrum Minorum ibidem, Conyn, Slup, Srzodam, Kleczk, Pobedisczc cum castro ibidem, et Costrin Ciuitates seu opida munita cum omnibus suis villis sibi adiacentibus, et in eorum Districtibus et Territoriis constitutis ipsis primitus spoliatis omnibus bonis mobilibus et se mouentibus, et multis hominibus interfectis, et pluribus e dicta terra in captiuitatem deductis, denudatisque mulieribus et oppressis,

igne penitus combuxerunt, vastauerunt et desolauerunt; et alia dampna dicto domino Regi et Regno suo, suisque subditis plurima intulerunt. Eapropter ad restitutionem dictarum terrarum Pomeranie, Wladislauiensis, Brestensis, Dobrinensis, Culmensis et Michalouiensis plenariam et integram facidam dicto domino Kazimiro Regi Polonie, ac fructuum, reddituum et prouentuum inde perceptorum, et bonorum mobilium ablatorum, incensorum et deperditorum, nec non emendacionem dampnorum super bonis immobilibus illatorum. que omnia taxamus ad centum nonaginta quatuor millia et quingentas marchas Polonici ponderis et monete, prout eciam dictus dominus Rex in nostris manibus per proprium iuramentum Sacrosanctis Dei tactis Euangelijs ipsa damna in prefata summa declarauit; insuper et ad restitucionem expensarum factarum in dicta lite et occasione ipsius per dictum dominum Regem seu procuratorem ipsius, faciendam dicto domino Regi, quas in mille sexcentis marchis predictorum ponderis et monete taxamus, prout dictus procurator in nostris manibus tactis predictis Sacrosanctis Dei Euangelijs asseruit dictum dominum Regem fecisse et expendisse, et eciam declarauit predictos Magistrum Generalem, Commendatores et fratres Domus Ordinis Beate Marie Theutonicorum predictarum terrarum illicitos detentores et occupatores, dictorum dampnorum illatores, et excessuum patratores dicto procuratori ipsius domini Regis Polonie nomine procuratorio eiusdem hijs eisdem scriptis per hanc eandem nostram diffinitiuam sentenciam sentencialiter condempnamus. In quorum stb. Acta fuerunt hec in Warszow Poznaniensis Diocesis infra Ecclesiam Parochialem Sancti Johannis Baptiste dicti loci anno a Natiuitate Domini MCCCXXXIX. indictione VII. Pontificatus Sanctissimi Patris et Domini nostri domini Benedicti Diuina prouidencia Pape XII. anno quinto et die XV. mensis Septembris circa horam vesperarum. Presentibus Reuerendis in Christo patribus et Dominis domino Janislao Archiepiscopo Gueznensi, domino Clemente Plocensi, domino Johanne Poznaniensi, et domino Stephano Lubucensi Episcopis; ac venerabilibus patribus fratre Guilelmo de Suleow, fratre Johanne de Mogila Abbatibus; et domino Nicolao

Agriensis, Gregorio Czosnensis (Csazmensis) Zagrabiensis Diocesium, et Petro Lancicensi Prepositis, et pluribus alijs tam clericis quam laycis in magna multitudine testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Petrus de Montilio clericus Aniciensis auctoritate Apostolica et Imperiali Notarius Publicus prolacioni huiusmodi presentis sentencie diffinitiue, dum per supradictum dominum Galhardum de Carceribus de voluntate et expresso consensn prefati domini Petri Gervasij college sui recitabatur et legebatur, personaliter interfui stb.

Et Ego Albertus Cristini clericus Cracouiensis Diocesis Publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius prolacioni presentis sentencie diffinitiue stb. presens interfui stb.

(Gróf Dzialynski Titus gyűjteményéből; lásd »Lites et Res gestae inter Polonos Ordinemque Cruciferorum stb. stb. Johannis Dlugosz MCCCCLXXIX. Pozen 1856«. 66. stb. ll. Különben megjegyzendő, hogy ezen, III. Kazimir lengyel király és a német rend közt régen fennforgó, és már 1325. Vissegrádon Robert Károly magyar és János csek királyok közbenjárása által elintézendő volt egyenetlenség, sem Benedek pápának interventiója, sem az itt közlött itélet által nem fejeztetett be, s hogy ezen ügyben Benedeknek utódja VI. Kelemen pápa 1342. II. nonas Augusti, és 1343. III. nonas Maji alatt is még bocsátott ki bullákat, mig a két félnek 1343. julius 23-án kiegyezkedése nem jött létre.)

363.

Frangepán Duymnak, ki Velenczébe idéztetett, a megjelenési határidő elhalasztatik. 1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. die vltimo Septembris. Capta: Quod elongetur terminus Comiti Doymo de Vegla pro litteris Regis Hungarie, quas nobis misit, pro elongatione dicti termini, et pro instanti supplicatione nobis facta per dictum Comitem usque per totum mensem Maii proxime venturum, veniendi scilicet ad nostram presentiam stb.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XVIII. köt. 90. lev.)

364.

Robert Károly magyar király Dalmátiában váratik. 1340.

Anno Domini MCCCXXXIX. die nono Marcii. Capta: Auditis et intellectis litteris Comitum Arbi, None et Jadre, et specialiter illis Comitis Arbi, que continent de Comite Paulo Curiacho loquente pro se et patribus suis, et eorum cognato Comite Nelipcio, et de Comite Paulo loquente asserente pro se et suo fratre Comite Gregorio, et eius nepote Comite Maladino, et de castro, quod dictus Comes Paulus offert Dominio, et de duobus aliis castris, que dictus Comes Gregorius offert Dominationi, ut Comes None scribit; et qnod existentes omnes simul, et habentes podium et auxilium Dominationis, crederent esse securi ad obviandum adventum Regis Vngarie; et quando Rex veniret, ponerent contratam ad tale punctum, quod non possit in ea morari, nec in Sclavonia propter victualiam, que non esset, ymo propter fortilicias et passus, quos habent, darent ei de talibus incursatis, quod esset liber redire; et intellecta responsione eis per ipsum Comitem Arbi facta et cetera, propter quod videtur, quod dicti Comites libenter vellent esse unum cum isto Dominio ad turbandum dictum adventum, asserentes, fore eorum consumationem; et super ipsis habita plena deliberatione, consulunt, quod pro Dominatione scribatur prefato Comiti Arbi, narrando partem de tenore suarum litterarum, et recommendando ipsum de sollicitudine, quam habuit in eo, quod scribit. Et quia scire de intentione dictorum Comitum non nocet, mandetur ei, quod cum pulcriori et honestiori modo et via, que sibi videbuntur convenire pro honore Nostre Magnificencie ostendens, quod a semetipso solum veniat inquirat caute et trahat omnem claritatem tam a dictis Comitibus, quam ab aliis, et a quolibet per se per modum raciocinandi tam de adventu domini Regis, quam de intencione ipsorum, et quomodo videntur contentari de eo, et qualiter se haberent circa eius adventum; super quibus nobis per suas litteras bene et ordinate scribat, et similiter suum consilium.

Capta; Quia per Nicolinum, cuius aduentus est breuis

poterit plenius sciri de nouis aduentus Regis Vngarie, et de condicionibus illarum parcium, et tunc poterit prouideri et fieri id, quod redundabit in honorem et bonum statum istius Dominii, consulit stb. quod supersedeatur vsque ad eius aduentum stb.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. k. 1—3. lev.)

365.

A velenczei kormánynak e tárgybani utasítása az arbei gróf számára. 1340.

Nobili et sapienti viro Andree Michaeli Comiti Arbi.

Bartholomeus Gradonico Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, nobili et sapienti viro Andree Michaeli de suo mandato Comiti Arbi, fideli dilecto, salutem et dilectionis affectum. Litteras vestras recepimus, per quas scripsistis nobis de interogacione per vos facta Comitibus Doymo et Bartholo, quando iuistis Segniam; super adventu Regis Vngarie ad partes maritimas, et de responsione; quam vobis fecerunt, designantes causam sui adventus, et ad quorum requisitionem, et de via, quam Comes Doymus facere debet ad ipsum Regem; et nova, que vobis debet denotare. Scripsistis ea, que habuistis a Comitibus Sclauonie, et a quibus per se et eorum oblaciones in dexiderando esse unum nobiscum ad prohybendum adventum dicti Regis, designantes vobis modum, quem in hoc tenerent, et multa alia ; et de responsione, quam eis fecitis etc. Quibus intellectis vestram sollicitudinem commendamus. Et quia scire de intencione dictorum Comitum non nocet, fidelitati vestre per nos et nostra Consilia, Minus, Rogatorum et XL scribimus et mandamus, quatenus cum pulcriori et honestiori modo et via, quibus videbitur vobis convenire, pro honore nostro, ostendentes, quod a vobismet solum veniat, inquiratis, et caute et comode trahatis omnem claritatem tam a dictis Comitibus, quam ab aliis, et a

quolibet pro se, per modum raciocinandi, tam de adventu dicti Regis, quam de intencione ipsorum Comitum, et quomodo videntur contentari de eo, et qualiter se haberent contra eius adventum. Super quibus omnibus nobis per vestras litteras, bene et ordinate rescribatis, et vestrum consilium superinde. Datum in nostro Ducali palacio die X. Marcii VIII. indictionis.

(Eredetie bőrhártyán a velenczei nagy levéltárban.)

366.

Ugyanazon tárgyban a velenczei kormány biztosokat küld Dalmátiába. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XXVIII. Marcii. Capta: Quod in nomine domini auditis et intellectis litteris super facto novorum Sclauonie de adventu Regis Vngarie, elligantur tres sapientes stb.

Ser Marcus Justiniano Procurator, plezius ser Blanchus Fuscareno; ser Martinus Faletro, plezius ser Nicolletus Faletro; Johannes Gradenico, plezius ser Andreas Bondumiro.

Capta: Item quod dicti provisores vadant per terras nostras Sclauonie pro ortando illas nostras gentes, pro inquirendo et operando totum illud, quod credent spectare pro conservacione earum et honore et bono statu nostri Dominii; et totum, quod perquisiverint, habuerint et cognoverint tam de voluntate ipsorum ciuium, tam de novis illarum partium, quam de rebus opportunis pro conservatione ipsarum Ciuitatum, nobis scribant, et suum consilium, et nostrum prestollentur mandatum.

Capta: Item quod dicti provisores inquirant et sentiant de adventu Regis Vngarie, si est venturus ad partes maritimas; et si habuerint, ipsum esse venturum, sit in eorum arbitrio, si eis videbitur, proscenciendi et inquirendi a Baronibus Sclauonie voluntatem eorum, et quomodo contentantur de adventu dicti Regis, et qualiter essent dispositi ad ressistendum ne veniat, et quem modum tenerent; ac etiam tra-

hant ab eis totum id, quod poterunt; et omnia, que habuerint, scenserint et traherint tam de adventu domini Regis, tam de intencione et voluntate dictorum Baronum, quam de omni alio, quod cognoverint spectare ad honorem et bonum statum istius Dominii, nobis scribant, et suum consilium, et nostrum prestollentur mandatum. Possint, si eis videbitur, quod aliqua dissencio esset a Baronibus Sclauonie ad invicem, ponere pacem et concordium.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 4. lev.)

367.

A velenczei kormánynak határozatai dalmatiai ügyei tárgyában. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XIX. Aprilis. Capta: Scribatur nostris provisoribus, quod intelleximus eorum litteras mentionem agentes de via et modo, quem tenuerint tam None et Jadre, et de responsione Jadrensium, quam de adventu Regis cum uxore et filio minori ad partes maritimas etc., propter quod eorum sollicitudinem plurimum commendamus, et nobis placent ea, que dixerunt et operati fuerunt. Et quia de industria et provissione eorum multum confidimus, quod quecumque fecerint, et de cetero per eos fient, sint solliciti nobis sepe scribere et denotare, et similiter eorum consilium superinde, ut nos de hinc in dictis factis providere valeamus id, quod redundet ad bonum et honorem nostrum, et conservationem terrarum nostrarum de inde.

Capta: Scribatur Comiti Jadre, recomendando eius sollicitudinem, quam habuit et habet in curando honorem nostre Magnitudinis, et in denotando nobis sepe omnia nova, que in illis partibus occurrunt, quod nobis plurimum placet. Et ideo mandetur ei, quod sit sollicitus, ut fuit, in inquirendo et persenciendo adhuc et continue omnia nova et eruditiones illarum partium, et voluntatem Baronum Sclauonie, et quelibet alia, que cognoverit pertinere ad decus Ducale et bonum

statum ipsarum terrarum, scribendo sepe nobis, et suum consilium.

Capta: Scribatur iterum Comiti Arbi, quod inquirat deinde tam a Comitibus Doymo et Bartholo, quam ab aliis de adventu Regis Vngarie, et quando firmiter venturus est, et de omni alio, quod cognoverit pertinere ad honorem nostri Dominii et bonum statum ipsarum terrarum Sclauonie, de quibus nobis sepe scribat, et similiter suum consilium.

Ceterum, quia per Comitem nostrum Jadre habemus, quod Jadratini, ipso Comite invito et resistente, miserunt Seniam duos nobiles de Jadra pro emendo unam galeam novam Comitis Doymi, qui ibi est, et pro aliis, cum qua galea, si emeretur, possent inferre non modicum damnum, quando essent male dispositi: vadit pars, quod committatur dicto Comiti Arbi, quod procuret omni suo posse vel in emendo ipsam galeam vel alio convenienti modo, dummodo ipsa non veniat ad manus alicuius vel aliquorum, qui cum ea possent infere dampnum et sinistrum nostro Communi et suis fidelibus.

Capta: Scribatur etiam Consuli et mercatoribus Venetis in Segnia commorantibus, ut alias eis scriptum fuit, recomendando eorum fidelitatem et sollicitudinem, quam habent in denotando nobis nova, que in illis partibus sunt manifesta; et quod non habentes respectum ad denarios quocunqne modo possunt, et per nuncium destinandum ad partes Vngarie, et aliter procurent scire nova de adventu dicti Regis, et ea et alia, que habuerint, sint solliciti sepe nobis intimare; et quod litteras presentibus alegatas mittant secrete in Curia Regia ad manus illorum, ad quos vadunt.

Capta: Scribatur insuper quibusdam nepotibus Francisci de Spinali et aliis nostris Venetis, qui sunt in Curia Regis Vngarie, quod inquirant et senciant, si Rex venturus est ad partes maritimas, et causas, quare et ad quorum instantiam venit, et omnia alia nova nobis sollicite per eorum cursorem scribant, cui satisfieri faciemus de hinc, prout miserint scribendo.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 7. lev.)

368.

Frangepán Duymnak Velenczében megjelenési határideje elnapoltatik. 1340.

Anno Domini MCCDXL. die secundo Maii. Capta Quod ob reverentiam domini Regis Vngarie, quod nobis super hoc suas litteras destinavit, et etiam propter occupationes, quas habuit Comes Doymus de Vegla, ut scribit, per quas non potuit venire Venecias pro iuramento fidelitatis ad terminum statutum, elongetur terminus veniendi pro dicto iuramento usque ad Sanctum Michaelem proxime venturum.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 9. lev.)

369.

A velenczei kormánynak utasítása dalmátiai biztosai számára. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die IV. Maii Capta: Quod scribatur nostris Provisoribus Sclavonie, qualiter suas recepimus litteras continentes, quecunque inventa et gesta fuerant per eos, que omnia placent nobis; et quia nobis scripserunt de facto Scardone, quod sibi dixerat Comes Maladinus, respondemus eis, quod per illam meliorem cautiorem viam, que videbitur eis, examinent dictum factum, et trahant et senciant, quicquid poterunt, in facto predicto, et quicquid fecerint, habuerint et senserint, nobis sollicite, et suum consilium super inde procurent destinare, et habita sua responsione et informacione, venietur huc, et fiet, sicut videbitur.

Cum faciat pro nobis et securitate terrarum nostrarum procurare habere terram et castrum Scardone, et alias data fuit opera de habendo ipsum habere, ne ad manus aliorum perveniat, quod esset periculosum et damnosum pro terris nostris, et nostri provisores, qui sunt tales, quales scitis, sint in ipsis partibus, et possint plenius de conditione dicti castri informari; vadit pars,

si viderent, quod res faciat pro nobis et statu nostro, quod detur eis plena libertas, cum quibus sibi videbitur, tractandi habendi ipsum castrum et terram Scardone, et complendi sicut eis melius videbitur; possendo promittere usque ad libras X mille parvorum: et si non possent pro ipsa quantitate, possent promittere usque ad dictam quantitatem; et id, quod habuerint et fecerint, nobis rescribant.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XIX. köt 21. lev.)

370.

A velenczei kormánynak rendelete tengeri parancsnokai számára. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XIII. Maii. Capta; Quod committatur Petro Mauroceno Capitaneo Culfi, quod unum de suis liguis de velocioribus premittat ad nostros provisores Sclavonie cum litteris nostris, per quas scribatur ipsis provisoribus, quod deliberavimus, quod armata dicti Capitanei cum suis scilicet sex galeis veniat ad ipsas partes Sclavonie, et sicut ipsi sciunt, armata ipsa ordinata est et deputata pro salvacione nostre gentis et navigiorum nostrorum, que sunt conservacio nostra. Verum tamen habentes etiam cordi facta Sclavonie, et de ipsorum provisione bona considerantes, quia sunt informati plene de omnibus factis, si habebunt, quod, Rex Vungarie se movit pro descendendo in Sclavoniam, et quod brevius sit venturus, per que nova videretur eis necesse pro honore nostro et conservatione nostrarum terrarum retinere dicta ligna in toto vel parte; relinquimus hoc in sua libertate, habendo respectum in omnem operare; sicut de ipsis speramus, et propterea premisimus dictum lignum, ut suam deliberationem iuterim de retinendo scilicet vel non retinendo dicta ligna in parte vel toto habere possint, ita quod cum eo, quod deliberabunt, sive de retinendo vel non retinendo, remittant lignum ipsum statim ad dictum nostrumCapitaneum, cui commisimus, quod faciat de stando et non stando, sicut

sibi per ipsos fuerit ordinatum; et sic commitatur Capitaneo predicto, hoc intellecto, quod etiam si non videretur eis de retinendo dictas galeas, ipse Capitaneus, eundo cum sua armata ad terras nostras Sclauonie, se presentet pro confortatione ipsarum. Et scribatur Capitaneo ser Andree Cornario simili modo de quatuor galeis redituris, quod in redditu earum se presentet dictis prouisoribus nostris, et si videbitur eis pro nouis dicti aduentus Regis, quod ipsa nova essent tantum ante, quod propterea videretur eis de retinendo eas, remaneant ibi, et non recedant absque nostro mandato; intellecto similiter, quod in dicto suo reditu nostris terris Sclauonie pro consolatione ipsarum se presentent.

Capta: Quod si prouisores retinerent partem de dictis galeis ser Petri Mauroceni, eo quia galee relique, que remanerent de ambabus armatis essent pauce, ad furniendum duas postas, ipsi ambo Capitanei debeant cum suis armatis, que sic remanserint, insimul permanere, quousque illa pars, que remanserit, ad ipsos peruenerit, vel aliud per nos fuerit ordinatum, remanentibus libertatibus Capitaneis in suo statu.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XIX. köt. 24. lev.)

371.

A velenczei kormánytanácsnak, dalmatiai ügyeire vonatkozó intézkedései. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XX. Maii. Capta: Quod respondeatur nostris Prouisoribus Sclauonie, quomodo recepimus suas litteras datas None XIII. Maii, per quas nobis denotare curauerunt, tam de parlamento habito cum Comitibus, videlicet Paulo et Gregorio, natis condam Comitis Curiachi, quam de hiis, que secum habuerunt et fecerunt, quam etiam omnibus aliis per eos gestis et habitis circa negocia eis commisa, de quorum omnium significatione suam vigilem prouisionem et sollicitudinem plurimum commendamus, et ad nobis per eos intimata sic eis presentibus respondemus. Et primo

super eo, quod nobis scripserunt, quod dicti Comites Paulus et Gregorius in eo et super eo, quod ipsi provisores eos requisiuerant de modo, qui et eis videbitur tenendus in facto cessationis aduentus Regis Vngarie, responderant, quod si essent vniti cum Comite Neliptio ex vna parte, et cum filiis condam Comitis Friderici, scilicet Comitibus Duymo et Bartholo ex altera, vel tantum cum vna ipsarum partium, habendo et auxilium nostre Dominationis, credebant indubie sic facere, quod Rex non veniret; et quod erat bonum, quod ipsi provisores mitterent ad Comitem Neliptium, vt veniret, sed tamen ab eis scire volebant expresse Dominationis nostre intentionem, et quod tandem simul ordinauerint, quod dicti Comites mitterent ex parte sua vnum nuncium, et ipsi prouisores vnum alium ad ipsum Comitem Neliptium ad procurandum, quod ipse Comes Neliptius personaliter veniat, vel mittat, causa uniendi se adinuicem; et quod similiter scriptum extiterat predictis Comitibus Duymo et Bartholo, quod libenter essent secum ad parlamentum et cum istis Comitibus, predicta omnia in magna frequentia denotantes, dicentes, quod si placeret nobis, committeretur eis, quod possent promittere dictis Comitibus et Baronibus Sclauonie auxilium, videlicet in equitibus et aliis stipendiariis, cum tale auxilium velle viderentur Comites ipsi et Barones; quod placet nobis de via, quam in hoc tenuerunt, et de nunciis ad dictum Comitem destinatis. Sed quia non specificauerunt nobis quantitatem equitum et peditum, quam volent Comites supradicti, et volentes clare scire dictorum Comitum et Baronum Sclauonie voluntatem et intentionem, et que quantitas esset eis neccessaria, et vt possimus superinde salubrius consulere et prouidere, sicut erit neccesse, mandamus eis cum nostris Consiliis Minori, Rogatorum et XL, quod modis congruis et honestis debeant scire et investigare ab ipsis Comitibus et eorum quolibet, quod si eueniret, dictum Comitem Neliptium cum Comite Budislauo et fratribus suis Paulo et Gregorio, et cum Comitibus Duymo et Bartholo adinuicem se vnire, vt essent contra Regem, qualem modum tenereut ipsi omnes Comites in faciendo, quod Rex non veniret, vel in obuiando aduentui suo, et quale succursum et auxilium darent et mitterent pro parte sua, scilicet

quilibet pro se, et quale etiam succursum a nobis vellent, et in quota quantitate equitum et peditum particulariter et distincte. Et si casus occurreret, quod dictus Comes Neliptius solum cum dicto Comite Budislauo et fratribus se vniret, quem modum etiam tenerent in resistendo aduentui Regio prelibato et quid vellent ipsi ponere parte sua, et quid parte nostra. Et si contingeret solum dictos Comites Budisclauum et fratres, videlicet Paulum et Gregorium, nobiscum esse contra Regem, quid facerent ad procurandum, quod Rex non veniret, et quem modum etiam tenerent, et quid vellent ponere de suo, et quid vellent, nos ponere de nostro. Quibus omnibus sic diligenter scitis et inquisitis ab ipsis Comitibus et quoque eorum, vt supra dictum est, ea nobis velociter per suas litteras studeant denotare, et suum clare, specificate et aperte et per singulum, consilium superinde. Ad illud vero, quod scripserunt secundum suum consilium de galeis illuc transmittendis pro confortatione et tutella terrarum nostrarum, ordinauimus cum nostris Consiliis prelibatis, et sic eis scriptum fuit auctoritate dictorum Consiliorum, quod si haberent, quod Rex recessisset, vel in brevi esset venturus, possent reavere armatam nostram ad Culfi custodiam deputatam in toto et parte, sicut eis videretur; cuius est Capitaneus vir nobilis Petrus Mauroceno, cui commissimus, quod deberet se cum dicta armata eis presentare, et facere, sicut ei per ipsos esset ordinatum. Et similiter scriptum fuit nobili viro Andree Cornario Capitaneo Generali, quod committeret illis quatuor galeis Veneciarum reddituris, quod deberent se eis presentare, et in totum et per totum facere, sicut dictum est supra. Modo nescimus, si eas vel aliquam earum retinuerint, sed per nova, que scribunt de aduentu Regis, que quiescere videtur, et per ea etiam, que habemus a quibusdam de hinc in Vngariam transmissis pro nouis explorandis de aduentu Regio prelibato, non habemus, quod adventus siue recessus Regius sit tam subitus et velox, quod si non retinuerint dictas galeas vel earum aliquam, dicte quatuor galee Venecias remeare debentes, non bene ad eos possunt venisse, de quibus tunc poteruut ordinare, prout eis placebit et videbitur pro honore nostro et bono et tutela terrarum nostrarum predictarum. Nichilominus si talia haberent, que subi-

tum et velocem succursum requirerent, et eis videretur, dictum succursum ante a nobis recipere et habere posse, quam expectare dictas quatuor galeas; volumns, quod sollicite nobis id scribant, et qualis succursus eis esset neccessarius. In aduentu autem dictorum nunciorum per dictos Comites et eos ad Comitem Neliptium transmissorum, et responsionis Comitis Duymi et Bartholi credimus, quod forte habebunt aliqua, que nobis et factis nostris vtilia essent et fructuosa; et propterea, licet non sit expediens, mandamus eis cum nostris Consiliis prelibatis, quatenus totum, quod habuerint, fecerint et senserint de voluntate et intentione dictorum Comitum et Baronum, et suum consilium tam super predictis quam omnibus aliis, que ad honorem nostrum et statum nostrum et conseruationem terrarum nostrarum Sclauonie cognouerint pertinere, sint solliciti nobis per suas litteras velociter reserare.

Capta: Quod respondeatur dictis nostris Prouisoribus Sclauonie, quomodo scriptis et denotatis litteris et responsione proxime scriptis, per quas respondebamus eis ad suas primas litteras datas None die XIII. Maii, alias suas recipimus litteras hodie XX. instantis mensis Maii, datas None XV. dicti mensis, per quas nobis denotauerunt, quod post recessum Andree de Firmo Comes Gregorius inter alia pecierat ab eis, velle a nobis aliqua tamen inhonesta, irrationabilia et inaudita, quod eis non visum fuit, ea nobis declarari. Et quia multa melius possent oretenus enarrare quam scribere, que essent bona et vtilia pro istis factis, videbatur eis, quod redeunte Andrea predicto, et habita responsione dictorum Comitum Duymi et Bartholi, quod Venecias possent remeare etc. Quibus omnibus intellectis, sic eis presentibus respondemus. Et primo in eo videlicet quod scribunt de Venetias redeundo, quod occurrentibus negociis et nouis, que nunc sunt et videbentur occurrere in partibus illis, vbi sunt, si aliqui non essent ibi, neccessario nobis et toti terre videretur aliquos illuc transmittere pro tractando et operando ea, per que ipsi ad partes illas transmissi fuerunt. Et propterea non videtur, quod sit tempus, quod ipsi vel aliquis eorum, quantum pro nunc, debeant Venecias remeare. Super eo autem, quod nobis scripserunt de quibusdam inhonestis, irrationabilibus et inauditis per dictum

Comitem Gregorium a nobis velle, si nobiscum vniretur, que ab ipsis peciit Comes predictus, quantumcumque irrationabilia sint et inhonesta, nobis per ordinem in scriptis mittere studeant, et tam ea quam omnia alia, que haberent et habuerint aliunde, cum per gratiam saluatoris mare sit ita securum, quod tute et sine aliqua dubitatione omnia nobis scribere possunt. Verum putamus, quod in redditu Andree de Firmo, et habita responsione Comitum Duymi et Bartholi, et isto medio scient et habebunt plura tam de ascensione Comitis Neliptii et dictorum Comitum Duymi et Bartholi et aliorum Baronum Sclauonie, quam de nouis magis certis de aduentu Regis Vngarie, que omnia, sicut habuerint, et quecumque alia occurrentia in partibus illis, que acciderent et cognoscerent pertinere ad honorem nostrum et statum et conseruationem terrarum nostrarum maritimarum, et suum consilium superinde, nobis studeant per suas litteras velociter declarare.

Capta: Et quia tutum credimus et vtile pro factis nostris et conseruatione terrarum nostrarum predictarum nostrorum fidelium dictarum terrarum Sclauonie nobiscum et penes nos et nostram Dominationem mentes et corda habere, vt disponant in cordibus suis ad conseruandum se sub nostra fidelitate et in statu suo pacifico et libertate sua consueta, volumus et sic scribatur eis auctoritate dictorum nostrorum Consiliorum, quod redeunte Andrea sepe dicto, et habita responsione dictorum Comitum, et factis suis parlamentis et aliis omnibus suprascriptis, ire debeant Jadram, et per alias terras nostras Sclauonie, visitando eas, hortando et inducendo ciues earum verbis, modis et viis, que eis videbuntur pro honore nostro et conseruatione terrarum ipsarum, et quod disponant se in velle se manutenere et in statu pacifico gubernare. Et vt cesset omnis scandali materia, que inter nostros fideles dictarum terrarum et homines galearum nostrarum, si ibi essent et ligni posset oriri, mandetur eis cum nostris Consiliis prelibatis, quod non permittant homines dictarum galearum et ligni exire in aliquam terrarum ipsarum aliquo modo; et si propter necessitatem dictarum galearum et ligni, vel habendi refrescamentum, opporteret aliquos de dictis hominibus galearum et ligni, terram aliquam exire, ordinent, quod, quampaucius poterun

vadant ad ipsas terras, et illi, qui ibunt, nulla arma secum defferant vllo modo.

Cum fuerit scriptum prouisoribus de facto Scardone, quod examinarent et sentirent id, quod possent, de habendo Scardonam, et id, quod habuerint, nobis rescriberent, et suum consilium; et ipsi nobis responderint id, quod sibi videtur, non facta aliqua examinatione post habitas litteras nostras, nec postmodum fuerint in ipsis partibus; et nunc mittatur eis, quod vadant ortando terras nostras, in qua via habebunt comodum loquendi et standi plenius, quod fieri poterunt de ipso facto, scilicet de possendo habere Scardonam; vadit pars, quod mandetur eis vlterius consilium Sapientum de facto Scardone, quod in ipsa via senciant et loquantur de ipso facto, sicut eis videbitur, et nobis rescribant, quicquid fecerint et inuenerint, et suum consilium clare, sicut eis videbitur, de accipiendo locum vel non pro bono negotiorum nostrorum.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XIX. köt. 31. lev.)

372.

A velenczei kormánynak rendelete ugyanazon tárgyban. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die primo Junii. Capta: Quod rescribatur nostris Prouisoribus Sclauonie, quomodo recepimus suas litteras datas Arbi XXIV. Maii, continentes de Episcopo Tininiensi, quem ad eos debebat mittere Comes Neliptius, qui non venerat; et quod discesserant de Nona pro eundo Segniam pro parlamentando cum Comitibus Vegle, scilicet Duymo et Bartholo, de nouis, que habuerint de aduentu Regis Vngarie. De quorum significatione, sollicitudinem eorum commendamus. Et sicut credimus eos scire, scripsimus eis pridie, quod facto parlamento cum Comitibus supradictis, ire deberent Jadram, et per alias nostras terras Sclauonie, auisando eos, hortando et inducendo ciues earum, sicut in dictis litteris nostris seriosius continebatur; et totum, quod habe-

rent, nobis per suas litteras deberent denotare, et sicque precipiendo obseruari. De quibus nullam nondum recipimus responsiuam, quam tamen dietenus expectamus. In quo quidem parlamento per eos fiendo credimus, quod habebunt noua clariora et certiora de aduentu Regis prefati. Et propterea iterato scribimus eis et mandamus, quatenus totum, quod habuerint et fecerint tam in dicto parlamento quam ea, que habuerint in omnibus aliis parlamentis per eos celebratis et factis cum Comitibus et aliis Baronibus Sclauonie, debeant nobis per suas litteras declarare. Ad id vero, quod scribunt, de mittendo eis libertatem posse redire Venecias, cum mora sua in partibus illis sit frustra, et in minus honoris nostre Dominationis; respondemus eis, quod receptis litteris suis responsalibus ad dictas nostras, et recepta informatione ab eis de nouis, communi et statu et conditionibus partium illarum, et voluntate Baronum Sclauonie, de quibus cupimus informari, qui de omnibus predictis plenarie sunt informati, quia iam diu prefuerunt et presunt negociis, deinde, et habito etiam suo consilio super hiis, postea super redditu suo Venecias prouidebitur, sicut videbitur.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvböl XIX. köt. 36. lev.)

373.

A velenczei kormánytanácsnak határozata Dusan István szerb király követsége tárgyában. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die primo Junii. Capta: Quod super ambaxata domini Regis Raxie eligantur tres sapientes per dominum Ducem, Consiliaros et Capita, qui examinent contenta in dicta ambaxata, et possint loqui et conferre cum Ambaxatoribus Regis, et dent nobis suum consilium in scriptis, cum quo erimus hic, et fiet, sicut videbitur; et expediant se vsque ad hodie ad octo dies.

Ser Marcus Mauroceno ser Pauli, ser Draganus Geno, ser Nicoletus Belegno vnionis.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvböl XIX. köt. 36. lev.)

374.

Dusan István szerb királynak követsége a velenczei köztársasághoz. 1340.

Hec est forma Ambaxate transmisse domino Duci Veneciarum per Serenissimum dominum Regem Seruie.

Propter magnum affectum, quem dominus Rex Seruie gessit et gerit ad Dominium et Communitatem Veneciarum, semper affectauit uniri eisdem; set quia hoc non potuit hucusque mancipare effectui comode, obstaculis interiectis; proposuit deinceps domino Duci vniri, et Communitati prefate indissolubilis amiticie vinculis, et ciuis ipsorum effici more et consuetudine Ciuitatis predicte, si ipsorum adest beneplacitum in hac parte. Sane cum dictus dominus Rex multos inimicos habeat, videlicet Dominos in circuitu Regni ipsius commorantes, quorum occupauit Ciuitates, Castra, fortilicia et contractas, quia in statu pacifico secum viuere noluerunt; si casu aliquo et infortunio superueniente opporteret ipsum habere confugium ad Dominium et Ciuitatem Veneciarum, quod securum ad eosdem incessum habeant et introitum, et Ciuitates ipsorum fidelium cum suis liberis et thesauro et domestica suppellectili vniuersa, ibidem moram trahentes ad libitum, et cum expediens viderint, exitum obtineant liberalem.

Insuper cum domino Regi fuerit intimatum, quod aliqui vestri vicini et fideles solent contra Dominium et Ciuitatem Veneciarum aliquando inobediencie erigere cornua; si quo tempore volueritis contra tales nostro frui auxilio, promittimus vobis de gente nostra quingentos armatos equites, quando et quocienscunque expediens videritis, in vestrum subsidium destinare, etiam si ad partes opportunum fuerit Lombardie, domini Regis sumptibus et expensis; et etiam, si cum vestro fuerit comodo, promittimus personaliter cum nostro exercitu in vestrum iuvamen et auxilium interesse. Et si casu intercidente vestro indigeremus auxilio, si cum vestro beneplacito et bono comodo fieri poterit liberali, quod ipsum a vobis amicabiliter postulemus, tamquam a nostris proximis et amicis.

Intelleximus etiam, quod mercatoribus vestris transitus potest esse fructuosus et vtilis per nostrum Regnum, dirigendo gressus suos cum suis mercimoniis versus Constantinopolim et Imperium Romanie; vnde cum intuitu vestro, mercatorum vestrorum comodum proprium reputemus, nobis placet, quod predictus eis transitus per Regnum nostrum pateat, et per eundem reditus salutaris. Et si aliqua damna a nostris perceperint regnicolis mercatores prefati, ipsis de Camera nostra integraliter satisfacere debeamus. Ceterum ad hoc, vt omnia et singula predicta robur et firmitatem obtineant, Excellencie Vestre placeat ad nos aliquem virum nobilem destinare, cui possimus loco vestri vocis oraculo spopondere sub sanctis iuramentis debitis deponentes, vniuersa et singula in perpetuum seruaturos domino Duci et Communitati Veneciarum prefate.

Item cum infirmitate fuerimus valida occupati, ita quod medici totaliter de nostra convalescencia desperabant, votum vouimus, quod Jerosolimis ad honorem Saluatoris solęmpnem Ecclesiam et Monasterium construi faciemus, si nos ab huiusmodi infirmitatis voragine liberaret. Cuius gratia impetrata, quod ore promisimus, intendimus exequi per effectum per certos nostros nobiles, quos illuc cum magna quantitate pecunie intendimus transmandare. Vnde cum non confidamus dictos nostros nobiles, quos illuc cum magna quantitate pecunie intendimus transmandare, et dictam pecuniam in manibus ponere aliorum solummodo in vestris; proximitatem vestram, de qua plene confidimus et speramus, requirimus et rogamus, quatenus nobis concedatis duo corpora galearum vsque in Cyprum, in quibus dicti nobiles perficient vota nostra, quas ad nostras expensas faciemus armari, vt expediens fuerit. Et quia de mense Augusti vestri armatores sunt ituri cum galeis, placeat vobis ad hoc, vt perficiant iter suum, quod vadant in concordium earumdem, ipsasque velitis comendare Capitaneo galearum ipsarum, vt dictas galeas vsque in Cyprum aliquatenus non sequestret, set de eis curam habeat specialem.

(A »Copia de Commemoriali« csimű velenczei államkönyvből. II köt. 17. lev.)

375.

Ezen követségre a velenczei kormánytanácsnak válasza. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die VIII. Junii. Capta: Examinata ambaxata domini Regis Seruie, et contentis in ea, et habita collacione cum Ambaxatoribus dicti Regis, consulunt concorditer Sapientes, quod ad ipsam respondeatur per modum subscriptum. Et primo ad factum Ciuilitatis nostre, quam petit, respondeatur: Quod semper ad eum deuocionem specialem habuimus, et propterea grato animo ipsum in ciuem nostrum recipere sumus parati, vt hec dispositio nostra inter ipsum et nos euidentius appareat, et plenius confirmetur.

Ad idem quod petit, quod possit, si casus eueniret necessarius sibi, tute ad Ciuitatem Veneciarum, et alias terras nostras venire, et de ipsis exitum liberum habere cum suis liberis, thesauro et domestica suppeletili, respondeatur: Quod dispositi semper in omni casu, in quantum honeste per nos et nostros fieri potest, sibi plenarie complacere; contentamus et volumus, quod ad Ciuitatem Veneciarum et alias terras nostras venire, morari et stare possit, et de ipsis ad libitum suum exire cum suis liberis, thesauro et domestica supelectili, sicut petit, dummodo veniat, moretur et stet cum illa decencia, que necessaria fuerit pro securitate terrarum nostrarum.

Ad factum autem auxilii, quod nobis promittit, et a nobis petit, respondeatur regraciando de oblatione sua, quod in eo semper gessimus confidenciam specialem, et propterea in omni casu nobis necessario ad Eius Maiestatem haberemus confidentem recursum; et speramus, quod eum inveniremus ad nostra comoda semper promptum, et sic potest facere et sperare de nobis, quia disponimur libere ad queque comoda et beneplacita sua.

Ad factum autem mercatorum nostrorum, quibus, versus Constantinopolim eundo per Regnum suum permittit liberum transitum et securum, respondeatur regraciando de oblacione et permissione predicta, quod speramus, quod nostros mercatores et fideles in omni casu habeat specialius commendatos.

Et quod licet certi reddamur, quod, vt hec intentio Regia erga nostros seruetur, efficaciter prouidebit; tamen Maiestatem Suam deuote exoramus, quatenus nostro intuitu mandet, et sic effectualiter faciat prouideri, quod nostri mercatores cum suis rebus eundo et redeundo per Regnum, tute libere et fauorabiliter tractentur, sicut de propinguitate sua confidimus et speramus.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XIX. köt. 38. lev.)

376.

A velenczei kormánytanácsnak utasitása dalmatiai biztosai számára. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die sabato X. Junii. Capta: Quod rescribatur nostris Prouisoribus Sclauonie, quomodo recepimu litteras suas datas Arbi penultimo Maii, continentes de parlamento celebrato per eos cum Duymo et Bartholo Comitibus Vegle, et hiis omnibus, que ab eis habuerant circa aduentum Regis Hungarie etc. Que omnia in eis contenta intelleximus ad plenum. Et quia in dictis litteris inter alia continetur, quod, quando scripte fuerunt eis littere Ducales de visitando singulas terras nostras, putabant, quod id eis iniunctum fuisset occasione aduentus Regis, qui fore forsitan credebatur: respondemus eis, quod bene intelleximus per suas plures litteras, secundum quod habuerunt, quod Rex pro presenti anno ad has partes non erat profecturus, sed dato, quod non fuisset venturus, nichilominus ad cautelam et pro confortatione nostrarum terrarum et ciuium earum visum fuit nobis, quod dictas terras visitare deberent per modum, quem suprascripsimus eis, et totum, quod sensissent de voluntate eorum et aduentu Regis, nobis declarare curarent, vt superinde prouideri possit per nos, sicut esset neccesse. Item scribatur dictis Prouisoribus, qualiter recepimus suas litteras datas None die quinto Junii, cum quibus miserunt, dictis litteris interclusis, aliqua exemplaria nouorum eis destinatorum per Comitem Gregorium, scilicet ei scriptorum per dictum Regem, et alios

suos notos et amicos, qui continue stabant ante conspectum domini Regis. Que omnia intelleximus ad plenum, et tam suas litteras quam dicta noua, et de eorum transmissione suam sollicitudinem commendamus. Et quia in dictis litteris scripsit ser Marcus Justiniano, quod non tamen propterea credebat per dicta noua, que eis sociis scripserat dictus Comes, cum dictus Comes vsus sit talibus verbis et operibus, et per alias plures rationes in dictis suis litteris annotatas, quod Rex esset hoc anno ad has partes profecturus, et propterea mora sua in partibus illis eum contrariabat multimode, respondemus: Quod nescimus, si dictus Comes Gregorius vsus sit talibus nec ne; sed si Rex veniret, vt ipse Rex scribit, et etiam alii dicto Comiti scribunt, et nemo in partibus illis esset, neccessario nos oporteret aliquos illuc destinare; propterea non videtur nobis, habentibus noua predicta, que habemus, quod pars sit adhuc redeundi Venecias, sed tam super suo redditu Venecias, quam occurrentihus in partibus illis, si qua de nouo occurrerent, que prouisione aliqua vel remedio pro honore nostro et conseruatione nostrarum terrarum celeri indigerent: mandamus eis, quod adhuc visitent dictas terras nostras. Et interim sciant et investigent modis omnibus, quibus possunt, de aduentu Regis, et si est venturus, vt dicte littere dicto Comiti transmisse plene continent; et de omni eo, quod eis videretur, quod facere haberemus pro conseruacione honoris nostri et terrarum predictarum, et totum, quod inuenerint, nobis per suas litteras debeant velociter declarare, vt habita informatione ab eis de omnibus, ad plenum prouidere possimus, sicut dictum est, velut erit neccesse, expectantes attamen super eis nostrum mandatum.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 40. lev.)

377.

Dusan István szerb király velenczei polgárnak felvétetik. 1340.

Privilegium domiai Stephani Dei gratia Regis Servie.

Bartholomeus Gradonico Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, universis et singulis presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis Magnificencia tunc sublimioris honoris suscipit incrementum, cum cives acquirit, quos exaltat decus et sublimitas Regie Maiestatis. Scimus namque, quod Serenissimi domini Reges Servie ad Ducatum nostrum semper amorem intimum, grata exhibitione operum, demonstrarunt adeo, quod propinquitatis affinitas hinc inde antiquitus emanavit. Precipue autem presens Serenissimus Dominus Stafanus Dei gratia Rex Servie propensius nostram Dominationem diligere et subiectos, ipsius Ducatus honores et subiectorum nostrorum comoda gratiosius promovendo, propter quod suis et suorum Ambaxatorum pro ipso Serenissimo domino Rege petencium precibus annuentes, tanquam ad Sue Maiestatis honores devota mente dispositi, ipsum dominum Regem, cum suis filiis et heredibus, in honorabiles cives nostros suscepimus atque suscipimus, et Venetos et cives nostros fecimuset facimus, et pro Venetis et civibus nostris in Veneciis et ubique locorum deinceps haberi et procurari cum effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsos sincere dilectionis brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, omnium consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solempnitate servata, quod eisdem omnibus libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii nobiles cives Veneciarum gaudent et perfrui dinoscnntur, prefatus dominus Rex, et sui filii et heredes, in Veneciis et extra ubique plenissime gaudeant et vtantur. In quorum fidem et evidenciam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, bullaque nostra pendenti aurea communiri. Datum in nostro Ducali palatio anno Dominice Incarnationis millesimo tre-

centesimo quadragesimo, die duodecimo mensis Junii, octave indictionis.

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből III. köt. 2. X. 501. lev.)

378.

A velenczei kormánytanácsnak utasitása dalmátiai biztosai számára. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XII Junii. Capta: quod rescribatur nostris Provisoribus Sclavonie, quod intellectis litteris suis continentibus, quod Rex nullo modo propter sui corporis infirmitatem, et propter invasionem, quam fecerunt Tartari versus partes suas, erat hoc anno venturus, et quod non restabat eis aliud facere circa eis commissa, nisi visitare singulas terras nostras. Respondemus eis, quod si habent, quod Rex non sit hoc anno venturus, ut scribunt, nec aliqua alia novitas fuisset occursura, nec occurrere posset in partibus illis, et quod partes ille et terre nostre permaneant in statu pacifico et quieto, confidentes de sua legalitate et providentia, relinquimus in sua libertate recedendi Venecias, et standi, sicut et quando eis videbitur, visitatis prius propterea terris nostris, sicut per litteras nostras scripsimus eis. Verum si haberent vel sentirent aliqua nova, per que eis videretur mora sua in partibus illis fore utilis et fructuosa pro nostro honore et bono et conservatione terrarum nostrarum, placet nobis, contentantibus ipsis, ipsis duobus, sicut ser Marcus Justiniano nobis per suas litteras declaravit, quod ipsi duo debeant remanere, et dictus ser Marcus Justiniano Venecias redeat, sicut nobis supplicavit instanter.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 41. lev.)

379.

A velenczei kormánytanács megengedi Nelipcs grófnak, hogy számára fegyverek és élelmek Velenczéből kivittethessenek. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XVII. Junii. Capta: Quod concedatur Comiti Neliptio, quod possit extrahere facere de Venetiis, et conducere ad partes Sclauonie, arma a militibus ad valorem librarum viginti quinque grossorum.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 44. lev.)

380.

A velenczei kormánytanácsnak rendelete az arbei grófhoz dalmatiai dolgokban. 1340.

Nobili et sapienti viro Andree Michaeli, Comiti Arbi.

Recepimus nuper litteras a nostro Consule Segne, et hodie a Comite et Judicibus Jadre, continentes certa nova de adventu domini Regis Hungarie, quarum exemplum vobis mittimus presentibus interclusum, ut sentiatis omnia, que in hoc facto sentimus et habemus. Et quia pro statu nostro et conservatione nostrarum terrarum Sclavonie facit habere nova clara et certa de adventu domini Regis prefati, scribimus vobis, et per nos et nostra Consilia, Minus, Rogatorum et XL precipiendo mandamus, quatenus procuretis et sitis solliciti nunc et continue scire et investigare modis omnibus. quibus potestis, et a quocunque vobis videretur, de dicto adventu Regis ipsius, si sit venturus, et cum quanta gente. Que omnia scita et investigata nobis vestris litteris declarare curetis, ut in omnibus, sicut convenit, provisionem habere possimus. Datum in nostro Ducali palacio die XVII. Julii VIII. indictionis.

(Eredetie bőrhártyán, a velenczei nagy levéltárban.)

381.

Robert siciliai király számtartási könyveiből. 1340.

Lancelloto Vngaro vallicto et familiari Regio pro gagiis suis mensium Martii et Aprilis VIII. indictionis ad rationem de tarenis VI per mensem — — — tareni XII.

. . . .

Jacobo Vngaro vallicto Officii Forrarie pro gagiis suis mensium Martii et Aprilis VIII. indictionis — tareni VI.

. . . .

Nicolao filio Petri de Vngaria vallicto Marescalli pro gagiis suis mensium Maij, Junij et Julij VIII. indictionis. tareni VIII.

. . . .

Stephanello filio nutricis de Vngaria pro gagiis suis mensium Junii et Julii VIII. indictionis — — vncia I.

. . . .

(Inter personas hospitii Ducis Andree Falcasius vallictus domicellarum Vngarie, et Johannes vallictus Georgii Vngari memorantur.)

(A »Registri Angioini« G. 279. sz. Reg. Roberti R.; az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

382.

A velenczei kormánytanácsnak utasítása dalmatiai biztosaihoz. 1340.

Anno Domini MDCCCXL. die tercio Augusti. Capta: quod si existentibus ipsis provisoribus in dictis partibus haberent talia nova de facto Regis Vngarie, per que videretur eis de visitando terras nostras Sclavonie pro confortatione earum ad bonum fidelitatis nostre; faciant inde, sicut eis videbitur pro honore nostro et bono negotiorum, semper rescribendo nobis continue nova et conditiones ipsarum partium, et consilium suum.

Die XIIAugusti. C a p t a: Quod committatur provisoribus nostris ituris in Sclauoniam, quod existentibus ipsis in partibus, si haberent talia nova de facto adventus Regis Hungarie, per que videretur eis melius procurare, quod Barones Sclauonie essent concordes insimul, tractent et faciant, sicut eis videbitur pro honore nostro et et bono negociorum de inde.

Die ultimo Augusti. C a p t a: Quod scribantur nostris provisoribus Sclavonie nova que habemus de Baño Bossine per litteras Comitis Tragurii; et quod si ipse Banus venisset vel veniret ad ipsas partes Sclauonie, quod ipsi vadant Tragurium et ad alias terras Sclauonie nostras, et procurent illud bonum, quod poterunt, et eis videbitur, pro conservatione et indemnitate ipsarum terrarum nostrarum, et pro confortatione earum; et possint propterea facere ambaxatam ipsi, et partis eorum, sicut eis videbitur; et propterea mittimus eis litteras credulitatis ad ipsum Banum, qui credat eis et cuilibet eorum.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyv XIX. kötetéből.)

383.

A velenczei államtanácsnak határozata Scardona vára megszerzésének tárgyában. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die XVI. mensis Octobris IX indictionis. C a p t a: Quod mittatur unus Notarius ad Comitem Scibenici, significando sibi, quomodo Comes Maladinus nuper misit ad nos suum nuncium, dicendo, quod libenter daret nobis Castrum et terram Scardone pro precio decenti, et quod nisi Dominium illud accipiat, oportet eum illud dare aliis, cogente ipsum sua stricta necessitate, cum requiratur a multis. Et quia nos considerantes commodum et utilitatem, quod et que proveniret nostris fidelibus de Scibenico, et quod esset ipsorum magna securitas in habendo castrum et terram predictam, et considerantes etiam ex adverso periculum, quod immineret eisdem, si dictus locus veniret in fortiam aliorum, e

forsitan talium qui vere non essent sui amici; providimus, dictum nuncium destinandum ad ipsum, ad notificandum sibi predicta, et dicendum, quod, predictis consideratis, Dominium contentaretur accipere dictum castrum et terram, quando Comes Maladinus eum dare vellet cum omnibus iuribus, honoribus et iurisdiccionibus quomodocumque spectantibus dicto loco pro libris decem millibus. Hoc modo videlicet, quod per Dominium solverentur ante, et illi de Scibenicho infra terminum quinque annorum restituere tenerentur Dominio pecuniam supradictam, videlicet libras duo millia per annum; et quod si dictum castrum hoc modo haberi posset, considerantes, quod sub umbra nostri Dominii melius custodiretur et salvaretur dictus locus, quam per ipsos de Scibenicho, quod per Dominium mitteretur ad custodiam dicti Castri unus Castellanus cum uno socio Veneto, quatuor famulis, XII serzentibus de istis partibus; et restum gentis, que esset necessaria pro securitate dicti Castri, poneretur deinde per ipsos de Scibenicho, ponendo de illis de terra Scibenici de mense in mensem, vel per modum soldi, prout melius et utilius apparebit; et quod salaria predictorum Castellani, socii et aliorum solveretur de introitibus et proventibus dicti Castri et loci ponendo ibi etiam illa dacia et gabellas, que essent convenientes; et quod homines deinde nullam causam haberent conquerendi; que si non sufficerent ad solucionem salarii Castellani et omnium predictorum, quod per Commune Scibenici solveretur illud, quod deficeret pro solvendo dicta salaria et alia, que essent necessaria pro tuta custodia dicti Castri; et quod super hoc volumus, ne dictum Castrum et locus ad manus aliorum veniat. Et ne dicti nostri fideles per tempora possent dicere et nobis imputare, quod hoc pervenit ad nostram noticiam, et eis notum non fecimus: quod dictus Comes Scibenici moneat dicta verba illis de Scibenicho per illum modum et viam, et sicut et quando sibi videbitur, et quod ab eisdem de Scibenicho inquirat et trahat suam voluntatem, scilicet quando contentarentur de predictis et singulis predictorum. Et si casus esset, quod credimus, quod dicti de Scibenicho contententur de accipiendo dictum castrum et locum pro precio supradicto, restituendo per terminos nostro

Communi, et cum aliis conditionibus, ut superius dictum est volumus, quod in nomine Christi dictus Comes procuret convenire cum Comite Mladino, et habere ab ipso dictum castrum et terram cum omnibus iuribus, honoribus et iurisdictionibus dicto Castro quomodocumque spectantibus pro dicto precio librarum X mille, ut supra dictum est. Et ut factum per dictum modum valeat compleri sine dilatione, quia forsitan periculum est in mora, dictus Notarius portet secum litteras Dominii credulitatis Comiti Maladino, quod his, que Comes Scibenici sibi dixerit parte nostra, et cum ipso tractaverit et fecerit in predictis, debeat fidem credulam adhibere, et habere pro firmo, prout a nobis proprio factum foret. Si autem accideret, quod in aliquo de predictis illi de Scibenicho non contentai rentur, vel eis aliud videretur; dictus Comes Scibenichi inquirat et persenciat voluntatem dictorum de Scibenicho, et rescribat, quicquid habuerit, expectante dicto Notario ibi nostrum mandatum; vel si forsan, contentantibus illis de Scibenicho de omnibus supradictis, Comes Mladinus nolet dare dictum Castrum pro precio supradicto, vel quod alia peteret, rescribat nobis similiter et solicite, quicquid habuerit, et cum ipso facere poterit, expectante dicto Notario ibi nostrum mandatum, ut superius dictum est.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 87. sz. lev.)

384.

A velenczei kormánytanácsnak ugyanazon ügyre vonatkozó más határazata. 1340.

Anno Domini MCCCXL. die secundo Decembris. Capta: Quod rescribatur Comiti Sibenici, quod, intellectis litteris suis, et nobis multum videtur extraneum de requi sitionibus factis per Comitem Maladinum in facto Scardone, et quod id, quod ordinaveramus, ordinaveramus pro certo modo nostrorum fidelium de Sibenico, tamquam optantes eorum commodum et bonum in omni casu. Sed videntes enormes requisitiones predictas, volumus et ei mandamus, quod,

quamcicius et dextrius potest, ab ipso tractatu recedat in totum. Et scribatur Johanni Vacondeo Notario nostro, qui est ibi, quod Venecias revertatur.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyv XIX. kötetéből 101. lev.)

385.

Robert siciliai királynak rendelete Cellini Jakab mester, Robert Károly magyar király udvari sebésze bizonyos követelésének tárgyában. 1341.

Magistro Jacobo de Cellino.

Robertus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Prouincie et Forcalquerij ac Pedimontis Comes Justitiario Aprutij vltra flumen Piscarie fideli nostro gratiam et bonam voluntatem. Habuit querula expositio nouiter facta nobis pro parte Magistri Jacobi de Cellino Cirurgici et familiaris Incliti Regis Vngarie nepotis nostri carissimi fidelis nostri, quod de annua prouisione sua vnciarum auri octo ponderis generalis, cuius perceptio est ei super pecunia prouentuum dicti Justitiariatus Officij certo modo per alias nostras licteras stabilita, est ipsi pro certo preterito tempore, tam de tempore, scilicet certorum predecessorum tuorum in dicto Officio, quam tuo, vsque nunc debita satisfactio impendenda, deuota ex eadem parte nobis supplicatione subnexa, vt prouidere ei super hoc de oportuno satisfactionis remedio dignaremur. Nos igitur supplicationi huiusmodi iuste utpothe benignius annuentes, ac volentes sibi per te de prouisione huiusmodi debita sibi tam pro dicto tempore preterito, quam etiam inantea pro futuro integre satisfieri: fidelitati tue expresse mandamus, quatenus certificatus, ut expedit, per licteras dictorum predecessorum tuorum, uel Magistrorum Rationalium Magne Nostre Curie Neapolj residentium, qui rationes ipsorum predecessorum tuorum examinare et discuti facere habuerunt, de toto predicto tempore, quo, sicut predicitur, satisfaciendum est ei exinde per dictos prede-

cessores tuos et te vsque nunc, ac de quantitate pecunie sibi debita pro tempore supradicta deinde; totum id, quod sibi deberi inueneris, exinde usque nunc, statim simul et semel deinde inantea tui Officij tempore prouisionem ipsam dicto Magistro Jacobo, uel suo pro eo procuratorj seu nuncio de pecunia prouentuum dicti Justitiariatus Officij sistente, ac futura, per manus tuas sine cuiusuis difficultatis et dilationis prepedio soluere et exhibere procures iuxta tenorem licterarum per te in alijs quibus expedit obseruandum. Sic facturus et curaturus omnino, quod ob defectum satisfactionis prouisionis eiusdem ad nos querela vlterius non feratur; ordinatione seu mandato quocunque contrario nostro uel Sanctie Jerusalem et Sicilie Regine consortis nostre carissime, per quod effectus presentium impediri possit in aliquo uel differri, et illis precipue binis mandatis nostris factis dudum, altero videlicet sub data in Casasana prope Castrum Maris de Stabia die vicesimo Augusti sexte, et altero sub data Neapolj die tertio Octobris octaue indictionis proximo preteritarum, de nil soluendo alicui de dicta prouentuum pecunia, sed ea tota ad nostram Cameram destinanda, executioni presentium non obstantibus quoquomodo. Datum Neapolj in Camera nostra anno Domini millesimo trecentesimo XLI. die V. Martij VIIII. indictionis, Regnorum nostrorum anno XXXII.

(A »Registri Angioini« A. 321. sz. Reg. Roberti R. köt. 270. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

—

386.

Gergely corbaviai grófnak levele a velenczei dogehez bizonyos határegyenetlenségek tárgyában. 1341.

Exemplum litterarum missarum per Gregorianum Comitem Corbavie.

Excellentissimo Domino suo, domino Bartho- lomeo Gradonico Dei gratia illustri Veneciarum Duci, Domino Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, Gregorius Comes Corbavie fidelitatis obsequia et promptitudinem serviendi, famulandi. Grandis cordis affectio et specia-

lis devotio, quam continue gero ad Ducalem Excelsitudinem vestram, me provocat et invitat, simul cnm fratre meo Comite Budisclavo, tamquam veri fideles et cives vestri, consistere favorabiles et defensores vestrorum fidelium in partibus istis, sic et taliter, quod merito nostra sincera fidelitas poterit laudabiliter commendari. Cum itaque Egregius vir et potens dominus Marcus Foscareno, de vestro mandato Comes Sibenicensis, simul cum Judicibus suis requisiverit nos per litteras speciales, et subsequenter volentes nobiscum habere coloquium et tractatum de rectificando plurimas iniurias et pressuras, damna diversa et varia, que continue passa est et continue patitur ipsa Civitas Sibenicensis a circum adiacentibus malis hominibus, de beneplacito at mandato et voluntate dicti domini Comitis atque consilio, non moti aliqua parva utilitate vel precio, sed habentes respectum ad illa, que sunt ad exaltationem vestri nominis et honoris, et subsequenter compaciscentes illis hominibus, qui vestris preceptis continue sunt pacati et prompti, presertim Communitati iam dicte, ipsam Civitatem et singulares provisimus deffendere, manutenere et gubernare cum eodem fratre nostro dante nobis auctoritatem plenissimam eius mediantibus testimonialibus litteris iuxta nostram possibilitatem, et obviare sinistris et illis, qui conantur submittere nomine Excelsitudinis Vestre, prout idem domini Duces et Commune ad nostram Excellenciam mittet nuncium et litteras speciales apposita clausula ex utraque parte ad pacta ad inuicem composita addendi, minuendi et corrigendi, sicut Ducalis Excelsitudo Vestra nobis fidelibus vestris precipiet et mandabit; denique nos, nostros fideles vestra benigra gratia habere dignemini commendatos. Scriptum Sibenici, die III. Aprilis.

(A »Copia de Commemoriali« czimü velenczei államkönyvből III. köt. 194. lev.)

387.

Dusan István szerb királynak levele a velenczei dogehez, az országának tengeri partján történt hajotörések tárgyában, 1341.

Stephanus Dei gratia Servye, Dioclie, Dalmatie, Albanie, nec non totius Maritime Regionis Rex; Spectabili Francisco Dandulo, Venetiarum Duci, dilecto nobis et fratri, salutem quam sibi. Novitus gratuitas recepimus vestras litteras, quarum tenore plenius intellecto, vestram fraternitatem scire affectamus, nostri Regalis nominis, ac in nostra propagine constitutum esse, de accidentibus naufragiis in portibus nostre regionis, quod singula ac universalia bona seu mercimonia dictorum naufragrancium, ad nostram Regalitatem debite succedant, quod versus vos et vestram Ducalem Communitatem minime curamus, cum de simili de vestra dignitate sine dubio postulamus. Verum ad nos transmittere curetis vobis fidedignos, quibus rationem debitam de perpetratis in naufragio nuper accesso in nostra regione, ac bona ablata, sine dilatione restitui faciamus, prout de nostra Regalitate ut credimus confidetis. Datnm in Regali nostra Curia, XXII. mensis Madii.

(A »Copia de Comemoriali» czimű velenczei államkönyvből III. köt. 198. lev.)

388.

A velenczei kormánytanácsnak engedélye, hogy Dusan István szerb király számára fegyverek kivittethessenek. 1341.

Anno Domini MCCCXLI. die XII. Junii IX. indictione. Capta: Quod Martolus Georgius de Ragusio nomine domini Regis Raxie possit extrahere coracias LXXV, que sunt de gracia facta alias eidem domino Regi, soluendo dacium debitum nostro Communi, et mittere ad ipsum dominum Regem Raxie.

(A »Misti« czimű velenczei államkönyvből XIX. köt. 86. lev.)

389.

A velenczei kormánytanács Nelipcs grófhoz követet küld, ki az annak népei által a sebenicoi kerületben véghez vitt pusztításokért elégtételt követeljen. 1341.

Anno Domini MCCCXLI. die XI. Septembris. Capta: Visis, auditis et diligenter intellectis litteris Comitis, Vniuersitatis et hominum Sibenici de facto derobationis per gentem et homines Comitis Nelipcii in locis quam pluribus Districtus dicte terre, et pluries enormiter perpetrate, agentibus specialiter mentionem; consulunt sapientes, et sic capta fuit pars, vt ad satisfactionem, emendam et restitutionem optinendam omnium ablatorum per dictam gentem et homines ad petitionem et instantiam dicti Comitis Nelipcii nullius cause argumento iuridico precedente, vt honoris Ducalis Dominii fama exposcit, dicti nostri fideles valeant effectualiter deuenire; et vt animo dicti Comitis Nelipcii, qui, prout experiencia liquido demonstratur, malam voluntatem et indemnitati dictorum nostrorum fidelium aduersantem dignoscitur confouere, aquiescendi et desistendi de cetero ab omni molestia, grauamine et damno ipsorum nostrorum fidelium occasio impendatur; et quia videtur ipsis sapientibus, quod ipsius derobacionis causa primeua ab vnione et liga inita inter ipsos nostros fideles de Sibenico et Comites de Curiaco principaliter condescendat, quam ipse Comes Nelipcius, suggerente Lucifero seu inuidie acculeo, et etiam pro discordia seminanda cupit summis affectibus violari: Quod mittatur vnus Ambaxator ad dictum Comitem Nelipcium, qui primitus habito colloquio cum nostris Comitibus Sibinici, Tragurii et Spalati, et ab eisdem informatione succepta super facto derobationis iam dicte, debeat ad dictum Comitem Nelipcium properare, apud quem cum pacifico animo et quiete, verbisque benevolis et amabilibus insistere et procurare debeat cum effectu per illum modum, qui sibi commodius et conformius pro honore nostro et bono fidelium nostrorum damnificatorum videbitur expedire; quod sibi placeat effectualiter ordinare, quod damna et grauamina dictis nostris fidelibus indebite et contra Deum et iusticiam irro-

gata, et omnia et singula bona eisdem quoquo modo sic ablata vel extorta in ipsorum euidens et maximum detrimentum, per dictos eius districtuales debeant omni cavillatione seu dilatione remota libere et integraliter reparari et modo debito reformari, vt amicicia et dillectio, que hinc inde viguisse stabiliter disceritur, et quam, quantum in nobis est, firmum propositum gerimus vigere debere, non valeat violari, sed illesa potius conseruetur, et noster animus in hoc omni pacientia carens prorsus valeat quietari; et quod aliqui fideles vel districtuales sui contra nostros fideles aliqua seu eorum bona a similibus vel aliis grauaminibus in posterum inferendis debeant precauere, vt de sua nobilitate confidimus et speramus. Verum si dictus Ambaxator id poterit optinere, Venecias revertatur, per partes Comitum de Curiaco faciens viam suam, quibus de oblatione sic benigne facta dictis nostris fidelibus dicte derobationis causa, prout de sua fidelitate, quam nostris hominibus et obsequiis inuenimus semper promptam, firmiter sperabamus, referat multas grates, ipsos deprecans parte (nostra), quod cunctos nostros fideles deinde habeant in omnibus commendatos. Si autem id optinere non valeret, et sibi videretur, quod de emenda et satisfactione dictorum damnorum esset protinus desperandum, in suo regressu a dicto Comite Nelipcio cum dictis Comitibus de Curiaco, et cum Comitibus nostris prefatis, et aliis bonis hominibus deinde super omnibus que dixerit, fecerit seu operatus fuerit cum dicto Comite Nelipcio super facto dicte derobationis, debeat colloquium celebrare, et audita intentione tam dictorum Comitum de Curiaco quam dictorum nostrorum fidelium, et quid vellent facere, et qualis ordo et modus sibi videretur in premissis seruandus, nobis que fecerit cum ipso Comite Nelipcio et dictis nostris fidelibus debeat per suas litteras intimare, et suum consilium superinde, nostrum expectans mandatum.

Electus Ambaxator ser Donatus Contareno, plezius ser Johannes Contareno.

Capta: Ceterum si contingeret dictum Ambaxatorem non inuenire dictos Comites de Curiaco insimul, debeat illi, quem inveniret, predicta exponere, et cum ipso esse et convenire ad predicta. Et quia etiam de levi posset occurrere, quod

ambo essent in loco ita longinquo, quod posset sinistrari sibi commissorum executio, faciat ipse Ambaxator litteras continentes de oblatione prefata etc., vt superius est expressum, et ipsas dimittere Comiti nostro Sibenici presentandas et dandas ipsis Comitibus de Curiaco.

Capta: Quod dictus Ambaxator habeat libras centum pro vno mense, et inde in antea libras L in mense et in racione mensis; et possit expendere grossos XXX in die in expensis grossorum XVIII. Et habeat vnum expensatorem et famulum consuetos, et respondeat cras per diem, et recedat cum barca, cum qua vadit vsque vbi inuenerit lignum, cum quo vadat vsque Sibinicum, et postmodum redeat lignum ad custodiam. Et recedat dictus Ambaxator ad voluntatem Domini, Consiliorum et Capitum.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XX. köt. 8. lev.)

390.

A velenczei koumánytanácsnak utasitása a Corbaviai grófokkal és Nelipcs gróffal elintézendő egyenetlenségek tárgyában. 1341.

Anno Domini MCCCXLI. die XX. Decembris. Capta: Visis et examinatis litteris ser Marini Venerio Ambaxatoris in Sclauonia, et litteris responsabilibus Comitis Gregorii, consulunt, quod cum non videatur in illis partibus amplius vtilis mora sua, nec est cum nostro honore, mandetur ei, quatenus, visis presentibus, debeat Venecias remeare. Verum si negotia sibi commissa nondum expediuisset secundum formam sue commissionis, seu nostris fidelibus inde damna passis non esset integre satisfactum secundum promissionem factam per Comitem Nelipcium, vt nobis descripsit, debeat iterato dictam emendam et satisfactionem requirere, prout expediens viderit pro bono negotiorum. Qua quidem requisitione facta, depresenti Venecias protinus redeatis.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből XX. köt. 24. lev.)

391.

A corbavini grófok és Sebenico város közti kibékülés. 1341.

Exemplum unionis fiende cum Comitibus Gregorio et Budisclauo Corbauiensibus cum illis de Sibinico.

Cum hoc sit, quod plures et diuerse robarie, furta, homicidia et alie varie et diuerse offense fierent in Districtu Sibenicensi per plures et varios robatores de bestiis et aliis rebus tam ciuium Sibinici quam rusticorum de Ciuitate ; idcirco Egregius et potens vir dominus Marcus Foscarenus honorabilis Comes Ciuitatis Sibinici, Judices et Consiliarii eiusdem Ciuitatis, considerantes conditionem et statum dicte Ciuitatis, et volentes talibus obuiare, et de opportuno remedio prouidere, de voluntate et assensu Generalis Consilii dicte Ciuitatis, et pro parte eorum, nobilis vir Helias condam Radouani Helie ciuis Sibenicensis, sindicus, procurator et nuntius specialis suprascripti domini Comitis et Judicum et Consiliorum et totius Communis Sibenicensis pro vniuerso Communi et singularibus personis Ciuitatis eiusdem habens plenam auctoritatem et generale ac speciale mandatum a dicto Consilio Generali Sibenicensi, prout de sindicatu et auctoritate sibi concessa patet per publicum instrumentum scriptum per Angelinum Notarium infrascriptum sub predictis millesimo etc. pro parte et nomine Vniuersitatis et singularium personarum Communis Sibinicensis predicti ex parte vna, et Egregius et potens vir dominus Gregorius, natus bone memorie Comitis Curiaci, honorandus Comes de Corbauia, suo nomine et vice et nomine domini Comitis Budisclaui eius fratris, ac propria voluntate et consensu eiusdem Comitis Budisclaui, prout patet per litteras suas missas domino Comiti, Consilio et Communi Sibinicensi ex parte predicti domini Comitis Budisclaui, et eiusdem sigillo proprio sigillatas, que in actis Communis Sibinicensis ad maiorem cautelam fuerunt per me Angelinum registrate, sic pro omnibus et singulis hominibus et personis, predictis dominis Comitibus Budisclauo et Gregorio subiectis, Summi Creatoris vestigia sectari volentes, pro bono statu et pacifico omnium predictorum et totius contrate, Christi nomine inuo-

cato, ad talem conventionem, concordiam, unionem et confederationem unanimiter devenerunt, videlicet:

Quod dictus dominus Comes Budisclauus et Gregorius debent deffendere et quarentare Ciuitatem et homines Sibinici et eius Districtus, et quoslibet homines ipsorum, res et bona ipsorum contra quamlibet personam toto suo posse ubique locorum ita et taliter, quod inimicos dicte Ciuitatis Sibinici domini Comes Budisclauus et Gregorius habebunt, tenebunt et tractabunt pro inimicis suis, tam in Districtu dicte Ciuitatis, quam extra, toto suo posse, bona fide, sine fraude; exceptis Regem Vngarie, et subiectis et fidelibus domini Ducis Veneciarum, non preiudicando propterea alicui unioni facte per eos cum aliquibus personis. Predicti vero dominus Marcus Foscarenus Comes, Judices et Consilium, ac dominus Helias sindicus et sindicario nomine predicti Communis Sibinicensis et Vniuersitatis et hominum dicte Ciuitatis debent esse amici benevoli dictorum dominorum Comitum Budisclaui et Gregorii et suorum hominum, et eis dare consilium, auxilium et favorem toto suo posse, bona fide et sine fraude contra suos inimicos, secundum negocii qualitatem, prout melius videbitur convenire. Et inimicos dictorum dominorum Comitum Budisclavi et Gregorii habebunt, tenebunt et tractabunt pro inimicis suis, exceptis domino Rege et subiectis et fidelibus domini Ducis Veneciarum, non preiudicando propterea alicui unioni facte cum aliquibus personis. Et predictum auxilium dare et prestare tenentur solummodo in partibus Sclauonie, et hoc intelligatur solummodo, quando dicti predicti domini Comes Budisclavus et Gregorius vel eorum alter personaliter iret contra suos inimicos, aliter non. Et si contingeret, predictos dominos Comites Budisclavum et Gregorium vel gentem suam movere guerram seu derobationem alicui persone, vel Vniuersitatem facere absque voluntate et consensu et requisitione predicti domini Comitis Sibinicensis et Communis, quod predicti dominus Comes Sibinicensis et commune predictum auxilium dare seu prestare minime teneantur.

Item si contingerit, quod aliquod damnum, robaria seu quevis offensio fieret hominibus Ciuitatis Sibinici et eius Districtus, quecunque, et predicti domini Comites Budisclavus et

Gregorius occasione predicta intrarent in guerram; quod predictus dominus Comes, Commune et homines Sibinicenses teneantnr predictos dominos Comites Budisclavum et Gregorium manutenere, adiuvare, deffendere toto posse, ipsos non derelinquendo modo aliquo in dicta guerra. Et convenient predicti domini Comes Gregorius nomine quo supra, et dictus Comes Sibinici, Judices et Consiliarii, et predictus dominus Helias sindicus et sindicario nomine supradicti Comitis, quod per dictum dominum Comitem Sibinicensem mittatur ad Serenitatem Ducalis Excellencie pro supradictis pactis et conventionibus roborandis et confirmandis, et secundum preceptum, quod Ducale Dominium venerit addendi, minuendi, corrigendi, confirmandi vel annullandi, tenendi vel reprobandi, cum predictis dominis Comitibus in predictis, et cetera predicta, in omnibus sit firmum et ratum, et secundum dictum mandatum in omnibus observetur.

Pro quibus omnibus firmiter attendendis et observandis ad maiorem cautelam et firmitatem perpetuam presentis unionis, concordie et amicicie et omnium predictorum predicti domini Comites Gregorius pro se ipso et vice et nomine predicti domini Comitis Budislavi et gente eorum ex una parte et Judices et Consiliarii dicte Ciuitatis, ac dominus Helias sindicus et sindicario nomine domini Comitis, hominum et Vniuersitatis dicte Ciuitatis Sibinicensis, nec non omnes et singuli de dicto Consilio Generali, qui interfuerunt in palacio Communis, nec non omnes et singuli de dicto Consilio, nec non LXV more solito congregati ad predicta specialiter ex altera parte, iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia, tactis Sacrosanctis Scripturis, predictam concordiam et unionem, confederationem, omnia supradicta et singula in presenti contractu contenta et inserta pro se et eornm hominibus et gentis seu firmiter et ratum perpetuo habere et tenere, et non contrafacere vel venire aliquo modo ingenio pro se vel aliis, sed bona fide et legaliter attendere et observare sub pena prestiti iuramenti etc.

(A »Copia de Commemoriali« czimű velenczei államkönyvből III. köt. 194. lev.)

392.

A velenczei kormánytanácsnak fegyverkivitelt tárgyazó engedélye Dusan István szerb király számára. 1342.

Anno Domini MCCCXLII. die XXV. Maii. Capta: Quod concedatur Serenissimo domino Regi Rassie, qui de hoc per suos Ambaxatores nos instanter fecit rogari, quod possit extrahi facere de Venetiis et conduci ad partes Regni sui, curacias et alia arma necessaria pro centum equitibus, et pancerias quingentas cum suis furnicamentis, solvendo dacium consuetum, cum conditione, quod predicta extraxisse teneatur per totum mensem Julium proxime secuturum, et extrahendo coracias de hinc et alia arma, possit vel de hinc extrahere, vel aliunde facere illa conduci Venecias, et hinc extrahere, cum dacio Communis consueto, possendo tamen usque ad X armaturas de dictis armis et hinc et de extra facere adduci et illa extrahere, ut est dictum de aliis.

(A »Misti« czimü velenczei államkönyvből. XX köt. 56. lev.)

* * *

PÓTLÉKOK.

393. (31. b.)

Bolgár és szerb követség Siciliában. 1272.

Pro Nicolao de Sancto Omiro milite.

Scriptum est Magistro Portulano Apulie etc. Volumus et tue fidelitati precipiendo mandamus; quatenus Nicolaum de Sancto Omero militem, familiarem et fidelem nostrum extrahere, de quocunque portu Apulie voluerit, pro se suaque familia; et nunciis Illustrium Imperatoris Vulgarorum et Regis Seruie sexaginta equitaturas et triginta salmas ordei absque iure exiture aliquo libere patiaris, prouiso ne pretextu concessionis huiusmodi maior per eos equorum et ordei quan-

titas extrahatur. Datum Fogie per eumdem Johannem. XII. Madij prime indictionis.

Item scriptum est Portulanis portuum Tranj et Baroli, quatenus eumdem Comitem Georgium cum decem et octo personis, tribus roncinis, et equis duobus ad arma de portu Tranj uel Barolj, de altero uidelicet ipsorum portuum, in quo per eundem Justitiarium vassellum pro transitu eorum inueniri contigerit, transire et abire sine molestia permittatis. Actentius prouisuri, quod plures equitaturas uel equos ad arma etc. presentibus post mensem unum etc. Datum ut supra.

(A »Reg. Angioini« B. 21. sz. Reg. Karoli II. köt. 39. lev., az olasz kir. Grande Archivioban Nápolyban.)

---

394. (37. b.)

György gróf, a szerb királynak követe, Siciliából visszatér hazájába. 1274.

Scriptum est eidem Justitiario (terreBari) etc. Cum Comes Georgius Nuncius Illustris Regis Seruie dilecti amici nostri ad eundem Regem de nostra licentia reuertatur; fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus eumdem Comitem cum personis decem et octo secum redeuntibus, roncinis tribus, et duobus equis ad arma, quos secum ducit, de quibus extrahendis licentiam sibi duximus concedendam, si in portu Tranj uel Baroli est aliquid vassellum paratum, quod ad partes illas debeat nauigare, in quo decenter et commode ire possint cum naulo per te pro parte Curie soluendo; uel in ipsius defectu in aliquo vassello ad hoc ydeneo, quod statim inuenire et conducere studeas de quacunque fiscalj pecunia, et etiam de pecuuia presentis generalis subuentionis, que est uel erit per manus tuas, aliquo mandato non obstante etc. usque Jadaram, uel aliam terram illarum partium quam ipse elegerit, celeriter per mare facias transfetari. Recepturus etc. Datum aput Lacum Pensulem per Magistrum Guillelmum III. Septembris III. indictionis.

(A »Reg. Angioini« B. 21. sz. Reg. Karoli I. köt. 313. lev., u. o.)

395. (66. b.)

A bolgár czárnak követe Siciliából visszatérvén hazájába ; I. Károly siciliai király avval két követet küld Bulgáriába. 1278.

Pro Nuncijs euntibus ad Imperatorem Bulgarorum.

(Anno Domini MCCLXXVIII.) XXVIII. Junij ibidem. Scriptum est Justitiario Terre Barj.

Karolus etc. Cum Giracium de Nicotera et Johannem dictum Yspanum dilectos milites et fideles nostros una cum nuncijs Magnifici Principis Imperatoris Bulgariorum pro quibusdam nostris negotijs ad ipsius Imperatoris presentiam destinemus: volumus et fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus ad requisitionem ipsius Giracij et Johannis omni occasione, difficultate et excusatione remotis, vas unum sufficiens et competens in quo tam Nuncij nostri, quam Imperaturis predicti, cum XXIIII equitaturis vsque Jadaram uel Ragusiam comode transfetari ualeant, conducere studeas sine mora, ac prouideas eis de necessarijs victui ad transitum ipsum usque Ragusam uel Jadram pro personis et equis eorum de pecunia militie ac subuentionis vnius anni, uel de quacunque pecunia alia, que est uel erit per nus tuas, mandato aliquo huic contrario etc. recepturus etc. cautus etc.

(A »Reg. Angioini« A. 29. sz. Reg. Karoli I. köt. 97. lev. ; u. o.)

---

396. (72. b.)

I. Károly siciliai király követeket küld a szerb királyhoz. 1279.

Pro Nuncijs Servie et Regis Karoli.

Scriptum est Magistris Portulanis Apulie etc. Cum nos Magistrum de Aureliano Clericum, et Raynaldnm Blancroy nostros dilectos ad Illuxtrem Regem Seruie una cum ipsius Regis Nuncijs de nostra Curia redeuntibus ad eumdem spe-

cialiter destinemus; volumus et mandamus, quatenus tam ipsius Regis, quam nostris nuncijs de aliquo securo et sufficienti uase pro ipsorum transitu usque Durachium, nec non alijs necessarijs super mare, ad ipsorum requisitionem prouidere curetis; nullam in hoc commictentes negligentiam, uel defectum; mandato aliquo huic contrario, per quod presentis mandati executio impediri ualeat, uel diferri aliquatenus, non obstante. Datum apud Turrim (Sancti Erasmi) die penultimo Februarij,

(A »Reg. Angioini« F. 28. sz. Reg. Karoli I. köt. 208. lev. u. o.)

---

397. (101. b.)

II. Károly siciliai király követeket küld a velenczei köztársasághoz, hogy. III. Endre magyar király ellen vele szövetkezzék. 1292.

Capitula Ambassariae factae Commnni Venetiarum per Petrum Bossonum et Judicem Basilium de Virgiliis pro parte Caroli Secundi contra Andream occupatorem Regni Ungariae.

(A »Registri Angioini« C. 59. sz. Reg. Karoli I. kötetéből. 85. lev., u. o. A regestakönyv tárgymutatójában felemlitetik, de a jelzett lap ki van vágva.)

---

398. (128. b.)

Uládszló szerb herczeg és Morosini Konstanczia közti házasság. 1293.

Nel nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Sancto Amen.

Io Basilio per la Dio grazia Vescovo Bassinense (?), vasallo e servitore dil signore Re Stefano, e Vito Robalevial da Ragusi, commessi dal signore Re Stefano e della signora

Regina Caterina, e del loro figliuolo Uladislao, sopra le anime loro, e sopra le nostre anime al signor Albertin Morosini avunculo del signor Re di Ungheria, e a Michiel di lui figlio, che il Re Stefano e la Signora Caterina tolgono Costanza figliuola di Michiel Morosini per suo figliuolo Uladislao per legittima donna; e che il signore Uladislao la torra per legittima moglie. E secondo che parlato il signore Re Stefano col Re Ungarico si adempiranno le nozze, id est torranno Costanza figlia di Michiele Morosini per Uladislao figliuolo del Re Stefano; et etiam secondo che parleranno tra loro, e nel termine che dicono, prometiamo e giuriamo nei Sancti Evangelii, e sopra l' onorata croce, nell' anima del signore Re Stefano, e della signora Regina Caterina, e del signore Uladislao loro figliuolo, e nelle anime nostre, che essi vogliono il tutto adempire e tener fermo in saecula saeculorum Amen. Item che ancora confermerà tale cosa il signore Re Stefano e la signora Regina Caterina, ed il signore Uladislao di nuovo con giuramento, secondo che nelle predette lettere è descritto, e perciò fossero scritte in Servio ed in Latino, le quali sigillate furono consegnate a noi. E perchè fosse data fede a queste secondo che sono scritte di sopra, abbiamo imposto ad Antonio Notaio che le scriva in Latino, e che Abracito Prete del Re le descriva in Servio, e ne facciano scrittura patente e sigillata. Queste cose furono fatte in Venezia nel gran palazo del signore Albertino Morosini; e furono testimonii messer Brina vescovo di Trieste, frate Jacopo di Roma dell' ordine de' Predicatori elleto vescovo di Creta, Ruggiero Morosini, Teofilo Morosini, Giovanni Paolo della Fontana di Ferrara, messer Marco Michieli, e messer Giovanni Zeno Veneziano.

Questo a scritto Abracito Prete del detto Re Stefano nell' anno del Signore MCCXCIII. indictione VI. nel mese di Agosto, nel di XXIV.

(A grof Morosini család levéltárából kézirat gyanánt közölve Nardi Ferencz által »Tre documenti della famiglia Morosini pubbliccati la prima volta in occasione delle felicissime nozze del conte Luigi Michiel colla contessa Anetta Morosini«. Padua 1840. 15. lev.)

399. (148. b.)

II. Károly siciliai király élelmekkel segiti Pál bánt. 1295.

Scriptum est eidem Secreto (Apulie) etc.

Fidelitati tue precipimus, quatenus ad mandatum Regis Vngarie primogeniti nostri et in Regno Sicilie Vicarii Generalis tibi propterea dirigendum, nuncios Pauli Bani dilecti et deuoti nostri permittas extrahere libere a jure exiture quolibet de portubus decrete tibi Prouincie mille salmas frumenti deferendas ad partes Sclauonie pro munitione Castrorum suorum Partium earundem. Datum Anagnie per Bartholomeum de Capua militem etc. die XXVIII. Madlj VIII. indictionis.

(A »Registri Angioini« B. 74. sz. Reg. Karoli II. köt. 80. lev., u. o

400. (158. b.)

II. Károly siciliai király és Mária királyné megerősitik Pál bánt és testvéreit magyarországi birtokukban. 1298.

Karolus Secundus etc. et Maria, consors eius, dictorum Regnorum ac Vngarie Regina donant Paulo Bano Croatorum, ac Georgio et Blandino fratribus, Ciuitatum de Dalmatia Comitibus, dilectis consanguineis, affinibus et fidelibus suis pro seruitijs exhibitis in manutenendo, gubernando et defendendo causam suam contra hostiles insidias et conatus Ciuitates, castra, villas, terras in Regno Vngarie ac Sclauonie, et partibus Croatie et Dalmatie constituta, que siue habuerint et tenuerint ab hactenus, siue clare memorie Karolus primogenitus etc. Vngarie Rex ipsis concesserit et donarit stb. Datum IV. Augusti vndecime indictionis.

(A »Registri Angioini« névszerint Regesta Karoli II. 97. sz. köt. 244. l., s 101. sz. kötetéből 44. és 226. lev., u. o.)

401. (173. b.)

II. Károly siciliai király unokáját Robert Károlyt ajánlja Katalin szerb királynénak. 1300.

Magnifice Principisse domine Catarine Illustri Regine Seruie, carissime sorori nostre. Littera, participiando ei captionem Principis Tarentini; et quod tractet cum Baronibus et Nobilibus Vngarie, ut Carolum nepotem nostrum carissimum (azaz Robert Károlyt) filium et heredem beate memorie Caroli Regis Vngarie ipsius Regni Vngarie in Dominum et Regem tituletur. Datum XII. Januarii XIII. indictionis.

(Lellis jegyzeteiből, melyeket a »Registri Angioini«-nak elvesztett 27. sz. kötétéből 565. lev. készitett, Miniere Riccio úr birtokában.)

402. (173. c.)

II. Károly siciliai király unokáját, Robert Károlyt Magyarországba küldvén, felszóllit több főurat, hogy őt királgnak ismerjék el. 1300.

Karolus Secundus Jerusalem et Sicilie Rex scribit diversis Principibus Regni Vngarie pro titulando Karolum nepotem suum in Regem Vngarie, et mittit dictum Karolum nepotem in Vngariam. Datum X. Februarii XIII. indictionis.

(Lellis jegyzeteiből a »Registri Angioini« elvestett 27. sz. kötetéből 566. lev., u. o.)

403. (271. b.)

Guinsonei Péter, Fülöp tarentoi herczeg és Mária siciliai királynénak követe Magyarországban. 1318.

De Petro de Guinsone milite, Ambassatore et Nuncio Philippi Tarentini Principis, et Marie Jerusalem, Sicilie et Vngarie Regine destinato ad partes Vngarie. II. Augusti MCCCXVIII. prime indictionis.

(A »Registri Angioini« A. 202. sz. Reg. Caroli Illustris kötetéből 118. lev., u. o.)